Plutarchi
Moralia.
III.



Ex libris Caroli Simleri stud.
1835.

MORALIVM OPVSCVLORVM PLVTARCHI TOMVS TERTIVS.

*

Continens ea, quæ post superiorem nostram editionem à uiris doctis è Græco in Latinum sunt conuersa: quorum catalogum sequenti pagella inuenies.

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1551.

OPVSCVLORVM PLVTARCHI, QVAE IN HOC HABENTVR TOMO CATALOGVS.

GYBERTO LONGOLIO INTERPRETE.

Num seni gerenda sit Respublica, pagina 5.

De amore naturali parentum erga proles, 40.

De causis naturalibus, 54.

Vtrum aqua an ignis sit utilior, 76.

Quòd magis inopinata, magisq; mirabilia à Stoicis quàm poëtis adserantur, 84.

De tribus Reipublicæ generibus, Monarchia, Democratia, & Oligarchia, 87.

SIMONE GRYNAEO INTERP.

Sit'ne rationis aliqua in bestijs uis. Tum utra animantium plus huius habeant, terrestria'ne, an aquatica. 92.

ROBERTO BRITANNO INTERP.

Consolatoria Plutarchi ad uxorem, 144.

Vitæ decem oratorum, 154.

ADRIANO IVNIO MEDICO INTERP.

Symposiacorum problematum, hoc est, Conuiualium sermonum, Decades octo. 198.

EDVARDO HENRISONE INTERP.

Septem Sapientum conuiuium.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI, D. HERmanno Xylonio, Imperialis monasterij apud Vuerdenam Vuestphaliæ Abbati doctißimo, Gybertus Longolius S. D.

*

QVOTIDIE, uel potius in dies singulos, amor & obseruãtia in te mea crescit. quotidie enim magis ac magis clarißimi tui ingenij & industriæ fructus edis uberiores. Nam ut taceam summam istam maximarum rerum, territorij & prædiorum administrationem, quæ σατραπικὸν quendam animum (ut ista nostra ætas exposcit) desiderant: ita quoque religionis negocia sustines, ut nihil tibi antiquius, nihil charius esse cognoscam, quàm gregem tibi commissum ad diuinæ scripturæ cognitionem, ueram quidem illam philosophiam, & perpetuum studiorum præmium, perducere. Quanquam autem id quidem sit & humanitatis, & fortaßis officij tui, quum tamen tanto temporis decursu nihil propè minus in cœtibus istis celebratum sit: uidere mihi uideor omnes istas sodalitates in eam propè consuetudinem uenisse, ut unicam pietatem & religionem existiment, à manibus & bibliothecis bonas literas & humanitatis libros detestari. Sed tu ut omnia prudenter & cum summo iudicio agis: ita illud quoque ferendum tibi minimè, arbitratus es. Nam conductis artium doctoribus non uulgariter peritis, adolescentiam iuuentutemq́; quæ in tuam disciplinam sese tradidit & insinuauit, ita institui & for-

mari curas, ut nihil planè ad Reipublicæ & disciplinæ Christianæ œconomiam spectans, illos latere patiaris. Hoc uerò est quod iam nunc fieri & oportet, & opus est. Nam cum præclaras opes & amplißima prædia homines pij Ecclesiæ donauissent, an in segnes aliquot & ignauos homines alendos, & non potius in educanda adolescentum ingenia, qui uiri doctrina nobiles facti, populum docere, solari, monere, castigare possent, hæc contulisse credas? nonne impijßimos œconomos dixeris, qui ipsi omnium artium ignari & rudes, ne prodatur illorum stultitia, discipulos longè rudiores, ne dicam stolidiores, non legunt, sed fraude & uersutijs in carceres suos ducunt? Sed quid est, quæso, quòd hæc apud te, qui sæpe mecum cum summo animi dolore & cruciatu ista deplorare soleas? Satis est & longè aliam & potiorem tibi esse mentem, quæ quid rectum, quid laudabile sit, animaduersione consequi potest. Quam quoniā constantem & firmam esse cognoui, non precibus aut obtestatione aliqua, ut in proposito maneas, mihi nunc utendum esse duxi. In gymnasio duntaxat procurando constantiam firmitatemq; & animi & uoluntatis requiro. Nihil, mihi crede, sanctius, nihil præclarius, nihil Deo gratius feceris unquam. Quod ad me uerò attinet, priusquam hinc discedo, μνημόσυνον, ueluti pignus perpetuæ nostræ neceßitudinis, apud te relinquere decreui: nimirum Plutarchi aliquot opuscula, de moralibus illius partim in hoc à me conuersa, ut ex longa & diutina Galeni lectione me recrearem: partim etiam temporis fallendi gratia: siquidem ista feci Latina circa Hilaria, cum propter populum, qui tum peßimo in ocio est, me in bibliothecam intimam abdidissem. Qualiacunq; autem sunt, non puto neque tuæ præstantiæ, neque gymnasio tuo ingrata futura. Etenim multa continent, quæ τὰ κοινὰ administrantes scire refert

refert. Et à Plutarcho hic expressum uides non minus doctè quàm copiosè senectutis eiusq; περιστάσεως encomium: ad quam cum perueneris (peruenies autem utiq;, si, ut facis, omnes animi bonorumq; reliquorũ dotes in hoc unum conferas, quò pijs, bonis, studiosis auxilio sis, nihilq; de præstanti illa tua uoluntate remittas unquã) nõ dubito, quin prudentiam & doctrinã uiri multum tibi prodesse posse confitearis. Quod ut facias, non est quod quicquã te moneam. Vale Abbatum omnium princeps. Quod uerò quæris, quàm diu hîc, non multos sanè dies, sed certum non habeo. simul ac constituero, ad te scribam. Coloniæ, Calend. Maij.

NVM SENI GERENDA SIT RESPVBLICA,

PLVTARCHI CHAERONEI LIBER VNVS.

MAGNVM *sanè te laudum Pindari buccinatorem mi Euphanes esse cognoui, quum eius uerba nunquam non in ore habeas: & illa quidem in primis, quæ de ludis Græciæ ab eo & rectè & conuenienter fabricata sunt: Occasio, inquit, uirtutem in summas tenebras deiecit. At uerò quum non paucæ nos à ciuilium negociorum gestione occasiones abstrahant atque auocent, earumq; de numero non in postremis desidia, animiq; eneruatio, quam mollitudinem uocant, existat: postremam nobis, ueluti à sacra linea, senectutem eliciunt. Quasi* Prouerb.

uerò maximè illa sit, propter quam & honoris & gloriæ studia hebetiora & tardiora fiant. Itaq; sicut athleticis certaminibus, ita quoque ciuilibus negotijs procurandis, suos ueluti fines terminosq́;, quos prætergredi in rem non esse arbitrantur, constitutos esse prædicant. De hoc autem negotio, ut plerunq; mecum ipse disceptare soleo, ita quoque iam nunc tecũ agere animus est: quò uidelicet intelligas, in Reipub. negotijs administrandis quàm sit necessaria senũ opera: deinde, ne uiam hanc sanè longam satis & communem, qua uterq; progreßi huc usque sumus, relinquas: ne'ue tanquam cognitum & iam inde ab ineunte ætate assuetum amicum, Remp. uidelicet, cum alio, eoq́; insolito (ut taceam interim cum quo ne liceat quidem ullo tempore familiaritatem consuetudinemq́; inire) commutes. Cæterùm, si me audies, quæ semel animo tuo constituta & decreta sunt, hæc mecũ prosequare, his inhæreamus, neq; alium uitæ, quàm bene uixisse, nobis finem præscribamus: nisi ipso quod restat exiguo uitæ spatio aliud quicquam, quàm prolixum illud tempus quo uiximus, tanquam frustra planè & temerè transmissum tritumq́; conqueri, & incusando deplorare libeat. Etenim non tyrannis & iniusta dominatio, quemadmodum ad Dionysium dixisse quendam ferunt, gloriosum sepulcrum concinnauit: sed à monarchia scelere & iniurijs plena ne tantillum quidem cessauisse, hoc uerò calamitatem longè magis accuratam exquisitioremq́; attulit. filium quoq; illius iam regno exutum, & inter priuatos uitam agẽtem, philosophiæ professor Diogenes Corinthi conspicatus: Quàm facis, inquit, tuo genere indigna, ô Dionysi! non enim nobiscũ hic te otiosum, & ab omni metu securum, sed istic cum tyrannis domicilio inclusum, non aliter ac patrem tuum fecisse nouimus, uitam consumere oportebat. Resp. porrò quæ à ciuibus probitate

bitate

bitate claris secundũ legum præcepta gubernatur, non honestum modò uiri, qui nõ tam imperare quàm imperium reuereri & pati didicit, sepulcrum est, quàm (ut uerè dicam) gloria quædam anteactæ uitæ, quæ aduersus mortem collocari solet. Hoc uerò est, Simonide autore, quod postremum sub terras penetrat. Qui uerò propter senectutem à magistratu sese abdicant, ijs omnis humanitatis honestatisq; amor ceu extinctus abijcitur atque deponitur: ijs rerum optimarum studium, præ illorum quæ ad uitam subleuandam pertinent, cupiditate defatigatũ, ante tempus restinguitur: his actuosæ & diuinæ illæ animæ partes, præ corporeis istis, quæ permotionibus & affectibus agitantur, contemptiores humilioresq; iudicãtur. Hoc uerò si quis laudet, ut ab honesto quàm longißimè abest, ita quoque auribus turpia illum loqui censuerim. Quid enim istud aliud est, ac lucri faciendi, pro quo nullos labores impendas, desiderium atq; cupiditas? Multo profectò rectius Thucydides censuit, qui gloriæ & honoris studiũ non senectutis absentia, sed cõmunibus ciuilibusq; rebus ritè procurandis definiuit. Quarũ sanè administrationẽ ne apes quidem & formicas unquã abijcere, mirationem inprimis magnã facit. Ecquis enim nostrũ est, qui uel unquam ex apicula fucũ factum nouerit? Atqui quosdam uideas, qui eos quibus ætas iam ingrauescit, à Rep. ad priuatas ædes ablegant, quò istic otiosi & desides non aliud faciant, quàm quod uenter & gula iubent. Quinetiam uirtutis eius quæ in agendo consistit, facultatem omnem ob hoc illis adimunt, quò non aliter otio, ac neglectum rubigine ferrum, tentari solet, torpescant. Longè mihi potior Catonis sententia uisa est, qui senectutem pluribus & sibi peculiaribus incommodis obnoxiam, turpitudinis nota in inuidiam non uocandam censuit. At inertia, quæ timiditatem,

& uitæ mollitiem coniunctam habet, extra culpam esse nequit. Non enim propter ista tantùm senectus in turpitudinem uenit: sed ciuili imperio sibi abrogato, ad ignaua uitæ officia labi illam necesse est: & in gynæceum scilicet, aut in agrum sese abdens, quid rerum istic messores agant, quid hi qui spicas legunt, curiosè contemplatur. Vis paucis dicam?

Fit Oedipus quispiam, & insignia ænigmata.

Si uerò nunc in senectute aliquis, neque priusquam ætatis annum quinquagesimum agat, ad Remp. (ueluti de Epimenide Cretensi, quem adolescentem dormitum iuisse, & in senectute à somno excitatum ferunt) omni scilicet tranquillitate uitæ, & otio, quæ sequi potuit, relictis, accedat, & in forenses contentiones occupationesq; ciuiles descendat, maximè cum se exercitatione nulla formauerit, neque in ciuilibus negotijs, immò ne cum ipsis hominibus satis uersatus sit: huic rectè forsitan unus aliquis quod à Pythia ex Apollinis oraculo responsum est, obiecerit: Serò nunc ades,

Regnum simul atque imperium à me postulans:

Sed limen aulæ serius pulsas modò. Non aliter ac si comessator aliquis rudior & imperitior noctu errans, non regionis, non urbis locorum, sed ipsius uitæ, cuius rationem non satis sit expertus, mutationem moliatur. Porrò Simonidis dictum, Ciuitas uirum docet: ut celebre, ita quoq; uerum est: sed apud eos maximè locum habet, quibus abunde satis temporis, quo doceri & institui disciplinis istis, quæ contentionibus ciuilibus & forensibus negotijs exacuũtur, suppetit. At ne hæc etiã satis profuerint, nisi talem nanciscantur naturã, quæ & laboris sit patiens, & nullã fortunæ aduersitatem reformidet. Hæc nõ omnino sibi malè quispiã aduersus eos qui iam annis graues ad Rẽp. uiã parant, dixisse uidebitur: uerùm qui mentis & rationis rectè cõpotes sunt, longè

aliter

aliter sentiunt. Quis enim ignorat, non adolescentiam modò, uerumetiam iuuentutem à cōmuni & publica rerum procuratione, ut cum maximè, abhorrere? Neq; uerò id solum sententiam nostram probat, sed & testimonia fori nobiscū faciunt. Præcones cum militarem concionem cōuocant, non Alcibiadas, non Pytheas ad suggestum uocant: sed illos tantùm, qui annos quinquaginta iam numerant. horum uerò sententiam & consilium exquirunt. Nondum enim militaris disciplina ab ea cōsuetudine adeò abhorret, neq; credendum, illam usum atq; tractationē eius rei tantum neglexisse, ut ista patiatur obliuione obrui. Cato cum annos octoginta natus esset, reus factus, & causam suam ipse sustinēs, dixisse fertur: Perquam graue esse, apud quos uixeris, causam tanquā apud alienos dicere. Cum Antonium Cæsar Augustus extinxisset, imperia eius non minus popularia quàm regia fuisse perhibentur: atq; eo maximè tempore, cum extremū sibi uitæ diem instare uideret. Nam ipse iuuentutis insolentiam legibus morum latis sæpè castigans, dixisse fertur: Audite senē iuuenes, cuius aliquādo iuuenis uocē senes audiuere. Et Periclis imperium amplißimū tunc fuisse constat, cum is senectute conficeretur. nam & illo tempore Atheniensibus belli suscipiendi autor suasorq; fuit: & cum temerè illorum exercitus in armatos hostes ferretur, quorū numerus immanis (sexcenta propè millia hominum fuisse prædicāt) extitit, nō solùm arma populo ademit, sed & portarū claues, ne quis minus tēpestiuè in hostes excurreret, subduxit. At uerò de Agesilao quæ à Xenophonte scripta sunt, quid obstat quò minus autoris uerbis referātur? Cuius, inquit, iuuentutē illius senectus nō plurimū superauit? Quis uerò hostibus etiā ætate florenti adeò formidolosus fuit, atq; Agesilaus, uel tūc quoq;, cū uitæ suæ tempus maximè transegisset?

Cuius, quæso, ab hac uita discessus, maiorem hostibus lætitiã uoluptatemq; peperit, ac Agesilai, quamuis illam senectute maturã satis fuisse constet? Quis unquam cõmilitones firmius confidentiusq; Agesilao animauit, iam tum etiam, cum senectus iuberet illum uita cedere? Quis unquam etiam iuuenis maiori desiderio, quàm Agesilai iam longa ætate & uita defuncti, desiderata est absentia? Hos uerò uiros cum à tantis & tam præclaris factis nulla serior ætas absterruit: ecquid nobis, qui remp. non tyrannide, non bellis, non urbis uastationibus agitatam, sed in delicijs tenemus, & in qua legibus & præceptis, quas iustitia magistra dictauit, cõtentiones & extra bella certamina decernere licet: ne idem faciamus, timorem trepidationemq; inijciet? At esset fortaßis aliquid quod metui posset, nisi ipsi nos non belli pacisq; administratoribus, uerùm poëtis etiam & sophistis uiliores inferioresq; uelimus. Quis Simonidem decrepitum iam in lyrico certamine (sic enim, si placet, χόρους uertamus) uicisse ignorat? nisi uersiculos, quos epigrãma hac de re contextum extremos habet, mentiri arbitremur.

Comparationis locus à minore, hoc, est à poëtis ad duces & magistratum.

Iam decies octo messes Simonidis ætas
Viderat, ut laudem uictor ab arte tulit.

Quid uerò Sophocles, cum à multis quasi desipiens in iudicium uocatus esset, nonne parte quadam fabulæ illius quã Oedipum Colonæum inscripsit, iudicibus recitata, mirificè ab omnibus probatus est? Principium autem hoc est:

Hospes huc agè ad Euippi cãpũ Accede, locus dabit optĩas
Sedes, albus est Colonus: Vbi uocalis luscinia
Virentibus in uallibus Frequens cantillat.

Hoc carmen cũ mirificè omnibus arrideret, à tribunali tanquam à spectaculis cum plausu & uocum congratulatione populus illum domũ usq; prosecutus est. Nam quòd ab illo

epigram

epigramma ſequens factum ſit, extra dubitationem res eſt:

Herodoto Sophocles carmen conſcripſit, ut annos
Quinquaginta ſibi & quinq; abiiſſe uidet.

Quid uerò de Philemone Alexiq; comœdiarū ſcriptoribus dicemus, quos uictoriæ corona ornatos ipſa etiam in ſcena mors occupauit? Quinetiā traditū eſt Eratoſthenis & Philochori hiſtorijs, tragicum poëtam Paulū cum iam annum ſeptuageſimum cōfeciſſet, octo fabulas, quas in extremo ætatis tēpore quatriduo confecerat, in certamen adduxiſſe. Hæc cum cogitādo animaduertimus, ecquis hercle negauerit turpiſsimum eſſe, noſtros ſcilicet in tribunalibus & ſubſellijs ſenes, ſcenicis iſtis autoribus, quorum amor laudis nulla ſenectutis iniuria extingui potuit, ignauiores ignobilioresq; uideri? qui ſanctiſsimis certaminibus ualere iuſsis, adminiſtrationis ciuilis perſona depoſita, non noui ſatis quā aliam induere geſtiant. Nam à regia dignitate agriculturæ ſtudijs operā dare uelle oppidò humile & abiectū eſſe uidetur: nō aliter ac alicubi Demoſthenes de ſacra Atheniēſium triremi, quam Paralion uocāt, dixiſſe fertur, eam ſcilicet indignè tractari, cum Midiæ ligna, uallum, cōmeatumq; cōueheret. At multo indignius certè eſt, uiros qui magiſtratum geſſere, ſacrorū munere negociorū relicto, relicto ampliſsimo Bœotiæ magiſtratu, abdicato Amphictyonū primo & ſacro totius Græciæ cōſeſſu, priuatā uitā degere uelle. Tu uerò ſi ex ijs aliquē cōſpicias aut farinā aut acinos uinaceos metientē, uel etiā lanas tractantē, nonne protinus tritū hoc proverbium, E qui ſenecta, de illo uerū eſſe uidebitur? uidebitur ſanè, multoq; maximè quū à nemine coactus huc ſeſe deiecerit. At ex illiberalibus iſtis artibus tractare aliquā, aut mercaturā facere, quum ſimul Rempublicam moderaris, profectò non diſsimile uidetur, ac ſi quis caſtam & liberam matronam, conſciſsis

Paralios, Suidas, πάραλος nauis ſacra quæ in Delphos ſacrorū cauſa quotannis mittebatur.

consciśis eius uestimentis, & iniecto his quæ natura tecta esse iubet, qualicunq; tegumento, in cauponā aliquò aut ganeum ablegent, atq; istic desidere compellat. Ciuilis enim uirtutis dignitas & amplitudo si ad domesticas curas & priuatū quæstum descendat, proculdubio labefactatur. Quòd si autē uitæ fructum & tranquillitatem ciborum cupedijs & uoluptate metiūtur, atq; ob id senes qui in magistratu sunt, ut in ijs paulatim marcescant, inuitant: non uidētur mihi uitam illorū turpiore imagine consequi & exprimere potuisse. De uenereis quoq; si hæc per reliquū uitæ tempus colere instituunt, minus sane bene iudicant. nam quum in fluctibus medijs iactentur, nondum in portū nauim subductam meminere. An uerò quēadmodum in Herculem non sine ioco quidam ludentes, non rectè illum delicato Omphalæ peplo uestitum ab ancillulis Lydis uapulasse, seseq; in illarū contubernium insinuasse ferunt: sic quoque nos, leonina detracta pelle, magistratu dico deposito, conuiuia securi agitabimus, eaq; non sine cantu & tibijs? An magis nobis Pompeij Magni uox audienda, ut certè est, qua L. Luculli de se iudicium iugulauit? Nam is cum exercitum ducere, magistratumq; gerere desijsset, ad lauationes, opiparas cœnas, pomeridiana conuiuia animū adiecit: neq; id solùm egit, uerumetiam non magnificè minus quàm imprudenter (cum nō quæ senectuti, sed adolescentiæ cōueniebant, meditabatur) ædificauit. Interim tamen Pompeium, ut honoris & imperij cupidum, de ambitione, quasi præter ætatē ea flagraret, accusare uituperareq; nō desijt: donec rursum à Pompeio exaudiret, longè esse intēpestiuius senē delicijs affluere, quàm magistratum gerere uelle. Huic ipsi uerò Pompeio ualetudine quandoq; adfecto, cum medici iussu turdus quæreretur (erat tum forte anni tēpus cum eius auis copia nō ita parabilis est) adstāte
quodam

quodam,& apud Lucullum multos farciri adserente, neq; adfectauit,neq; ad illum misit:uerum dixisse fertur: Putatis,nisi delicatè et molliter uiueret Lucullus,desineret uiuus esse Pompeius? Quòd si uerò ex hisce uoluptatibus natura oblectamenta atq; delectationem quærere pergat:certè senile corpusculum propemodum omnibus his, si paucula,sed necessaria excipias, uale dixit. Neq; enim Venerem modò, ut cum Euripide loquar, offensam habent senes::sed & ad cibi potionisq; delectationem palatum admodum obtusum & languidum poßident. Etenim quibus gustu fruimur, leniter ea planè & tanquā in superficie illos adficiunt. Quocirca longè duco præstantius,uoluptates, quas non corpus, sed animus creare solet:neq; rursus ignobiles illas & illiberales,qualibus delectatū ferunt Simonidē,sectari. Nam cum in eo pleriq; improbum illud pecuniarum studium, quam auaritiam uocant,notarent atq; carperent,dixisse proditur, Senectuti sese hoc debere; quòd omnibus uoluptatibus priuatus,& ceu expoliatus,ab eo tantū senium illius aleretur, quod quæstum & lucrum suppeditaret. At pulcherrimas & amplißimas uoluptates,quibus etiam Deos ipsos uel solis uel præcipuis delectari credendum est,è Republica capere licet. Neq; aliæ sunt istæ, quàm beneficiorum in alios proba collocatio: deinde actionum uitæ, ne cum honestate pugnent,recta institutio. Niciam pictorem usque adeò artis suæ operibus oblectatum ferunt,uti à domesticis & familiaribus suis sæpe fuerit percontatus,num lauisset, num prandium comedisset. Quinetiam Archimedem geometricæ tabulæ adfixum ministri ui auellere, & ut lauaret, uestibus sæpe exuere solebant:interim tamē à meditationibus & studijs,etiam dum ungeretur,diuelli nō poterat. Nam corpusculum unguentis delibutum, undiq; figurarū notis depingebat.

gebat. Canus tibicen, quē & tibi iuxtà mecum notum scio, dicere consueuit non nouisse homines quibus caneret, quàm ipse se plus quàm auditores oblectare soleat. nam si illud intelligerent, futurum esse ut nō amplius ab his mercedē accipiat, uerùm illis qui ad se audiendum ueniūt, præmium dare cogeretur. Hæc cum animo lustramus, quantum uoluptatis cumulum suppeditent honestarum actionum uirtutes, publicarum rerum administratio, propensus ad quoslibet iuuandos amor, facilè intelligimus. Atque etiam uoluptates istas non ex illo numero esse perspicimus, quæ titillatione quadam & pruritu, ueluti in corpore leues frictiones, delectationem adferunt. etenim instabiles istæ sunt, & quiescere hominē non patiuntur. præterea titillationē quam adferunt, non liberā, sed inflammationi, quā frequens uenarum pulsatio irritat, sociatam habēt. Quæ uerò ab honestis & præclaris factis oriūtur, quales illius esse cōstat qui quæuis opera & magistratū rectè procurat, nō aureis Euripidis alis, sed Platonicis illis & cœlestibus pennis sunt adsimiles. his anima prudentiā amplitudinemq; cū gaudio adepta, fertur & uolat. Excita iā nunc quæso memoriā, & quæ olim tibi audita sunt, ad eā illa reuoca. Epaminondam aiunt cùm pleriq; rogarēt quid illi in hac uita maximo fuisset oblectamēto, respōdisse, Leuctricæ pugnæ à se, patre matreq; superstitibus, feliciter cōnāsse uictoriam. L. Sylla ab intestinis bellis & seditionibus Italia à se purgata, Romā cum uenisset, profundo admodum sopore, præ gaudio & uoluptate anima quasi spiritum reuocante atq; redintegrante, sopitus est. Atq; istud quidem ipse de se in cōmentarijs suis scriptum reliquit. Demus Xenophonti, nullam esse auditionem laude suauiorē: uerùm, me iudice, nullum spectaculum, nulla rerum recordatio, nulla deniq; animi cogitatio tantum de-

lectationis

lectationis efficere potest, quantum eorũ quæ in magistratu & Repub. tanquã in splendido aliquo & publico spectaculo à te facta sunt, contemplatio. Quinetiã gratia factis benigniter concordans, & beneuolentiæ iustæ consentiens laus, cultorem & amatorẽ uirtutis tanquam lumine & delicijs quibusdam perfundit. Neq; gloriam, ueluti athleticã coronam uetustate longa aridam & squallentem despicere oportet: sed rebus iam propè ueteratis, noua aliqua & recẽs gratia, quæ priorem superet, & illius ueluti stabilimentũ quoddam illustre sit, adijcienda est. Sic enim factitare solent quibus Deliacæ nauis cura cõmissa est. Nam quotiescunq; illa uitium alicubi facit, adsunt qui eximant & abijciant corrupta, noua uerò alia suppingendo sufficiant: atq; ita æternam & interitui non amplius ab eo tempore, quo primùm structa est, obnoxiam custodiunt. At gloriæ simul & flammæ ut persimilis, ita quoq; haud difficilis conseruatio. modicis enim fomentis, ut perdurent, opus habẽt. si quis uerò & extingui ea, & frigere planè sinat: non sine magno negotio ut iterum ardeãt, effecerit. Quemadmodum autẽ Lampis, qui à multarum possesßione nauium nauclericus uulgò dictus est, cum interrogaretur aliquando, qua ratione tantas opes sibi & diuitias parasset: Magnas, respondit, haud difficulter: paruas autẽ non sine laboribus, & multo tempore: eadẽ sanè ratione ciuilem dignitatem consequi, & gloriam per magistratum adipisci, haud promptum & facile est: uerùm ubi ea fueris adeptus, ut incrementũ suscipiãt, & qualibuscunq; initijs orta amplificẽtur, id uerò in promptu & facile est. In amico quẽ nobis cõciliauimus, seruando retinẽdoq;, non frequentibus & magnificis beneficijs, non officijs opus est continuis: nam & exigua amoris indicia, quò indiuulsam amicitiam seruet, huic satis sunt. Populi uerò

Deliaca nauis omniũ apud Atheniẽses elegantißima, quã sacrorum causa in Delon mittere solebant.

amicitia

amicitia fidesq́;,tametſi non continuo ab ijs qui præſunt,& quos in magiſtratu admirantur,aliquid accipiant: at animi tamen illorum beneuolentia promptitudoq́; conſtat, modò illi procurationis curam diligentiamq́; non remittant, nec planè abijciant. Neq; uerò militaris uita in acie & cõflictibus continua eſt,non ſemper oppugnandis oppidis intendit: uerùm interim & deorum epulas curat,celebrat conuenticula:ut interim ocium illud quod luſibus & nugis datur, ſilentio pertranſeam. At tu uelim mihi cauſam dicas, quam ob rem gubernacula Reipub.nõ prendũtur? Num quia res ſit grauis,& laboribus plena, quæq́; interim nulla ſolatia, nulla oblectamenta dare queat? Non putarim quenquam ita iudicaturum:maximè quũ theatra,pompæ,digniora conſeſſus loca,chori, Muſæ,ſplendida gratia & Dei inſtar, totius curæ palatijq́; faſtũ mitigans honor,mirificam delectationẽ pariant,& gratiã non leuiter referant. Inuidia autem,quam omnium uitiorum & malorum, quæ à Repub. timeri poſſunt,peßimum cenſent,haudquaquam ſenibus pertimeſcẽda eſt. Nam canes,ut Heraclitum dicere conſueuiſſe ferunt, in ignotos latrant. At ipſum adeò principiũ,& honoris auſpicatio,tanquam in ipſis tribunalis foribus,cõtentionibus contamimibusq́; obnoxia eſt, & ingreſſum haud facilè præbẽt: gloria autem,cum qua diutius conſueuere homines & uixere,neq; difficulter,neque ferociter,ſed benignè admodum admittitur. Huius rei gratia plerique fumo ſimilem inuidiã cenſent. Primò enim & priuſquam incendatur, de ſe ſatis copioſe ſuſtollitur: poſteaquam uerò flamma cœperit emicare,euaneſcit paulatim,neque haud facilè uſpiam conſpicari ſolet. In alijs autem rebus,quibus omnes excellentiam metiuntur, ut generis titulis, ut honoris & uirtutis, certatur quidem & diſceptatur ſtrenuè nonnunquam, ut

id quod

id quod alijs decedit & aufertur, alij ad se rapiant, sibiq; adscribere poßint. Porrò dignitas illa, & honorum delatio, quæ à tempore datur (hoc autem uerum senectutis honorarium est) æmulis in totum caret, & ad inuidiam transferri non solet. Etenim nullus plane honos est, qui in deferentem magis, quàm quibus defertur, sese transfert, ac is qui in senes effunditur. His adde, partem hominũ ferè maximam, existimationem illam quam alij ab opibus, alij à dicendi facultate, alij ab eruditione expectant, nunquam sibi satis promittere audere: at reuerentiam illam & opinionem insignem, quam senectus pollicetur, quotusquisque ex his qui ad magistratum aspirant, non aliquando sibi ad spem rapiat? Itaque qui multo cum inuidia tempore colluctatus est, deinde sedatis & tranquillatis rebus cursum inhibens, quod reliquũ est, in ciuili administratione progredietur, interim tamen hominum societate familiaritateq; non relicta: haud sanè quicquã à nauis gubernatore dißidet, qui & cum uentis & fluctibus luctando nauigat quidẽ, & aëre tranquillato sedata tempestate iam interim non defatigatus quiescit, sed porrò agere nauim non desinit. In Rep. gerenda quo longius & diutius processeris, hoc plures amicos, consodales plures paraueris. eos uerò omnes, ut à scenico magistro chorus solet, simul producere non licet: relinquere uerò & deserere, ab omni æquitate alienum est. Ac ut annosas arbores non facilè licet euellere, quòd radices multas & profundas iecerint: ita quoq; magistratum quem diu gesseris, deponere difficile est, quum tot negotijs implicatus animus sit, quibus sese explicare oppidò quàm est graue: & perturbationes & distractiones longè maiores abeuntibus ab illo, quàm si in eò uiuere perseuerent, pariantur. Quocirca siqua fortè inuidia aut è ciuilibus certaminibus contẽtiones senibus supersunt, auto-

ritate extinguẽdæ sunt. nõ enim terga uertere inermes planè & nudos illos oportet. Siquidẽ qui inuidia flagrant, in illos plerunq; qui cedere uidẽtur, maiorẽ, quàm qui certando resistũt, impreßionem facere solent. Huius rei testimoniũ habet quod ab Epaminonda ad Thebanos suos cõmilitones dictum est. nam cũ hyemis tẽpestate sæua ab Arcadibus, ut hyberna oppidatim sub tectis agerẽt, inuitarẽtur, nequaquã illis hoc permisit: Nunc enim uos, inquit, admiratione maiore dignos existimabũt, cum uestra in armis exercitia luctasq; contẽplabuntur. At si apud focũ desidẽtes, & fabas torrẽtes uiderint: eadẽ qua se & uos cõditione habebũt. Vides'ne hic quàm sit reuerendũ spectaculũ, quũ non modò dictis, sed & factis senex se omnibus honoribus dignũ testatur. Qui uerò lectulo semper incũbit, aut in porticus alicuius angulo nugas garriens, naresq; mucco plenas emungẽs, totos dies desidet, quis illum nõ contemnit? quis ut abiectũ non despicatui ducit? Hoc Homerus ipse testari uidetur, maximè qui auribus purgatis illius poëma audiuere. Nestorem apud eum in expeditione illa qua Troiam adorti sunt Græci, & summè uenerati sunt, & obseruauere omnes: at senes illos qui domi otium suum in desidia consumpsere, ut Peleus, ut Laërtes, & inutiles, & propemodum abiecti contẽnuntur. Non enim confirmata illa exercitatio (habitum nostri cum Græcis uocant) eadem sibiq; per omnia similis, apud eos qui se remittunt, perdurare solet. Siquidem modicum relaxata, aut etiam resoluta, mox rursum iugi meditatione, & mentis agitatione continua, quæ dicendi agendiq; facultatem excitet & expurget, opus habet. At ea in imbecillo corpore cum usus poscit,

Splendor ut æris in neceßitatibus micat.

Viri uerò ætate plane grandes hoc Reip. cõmodiores, quàm hi qui præter ætatem uel exercitum ducunt, uel magistratum ge

tum gerunt, existunt, quòd reuerentia prudentiaq; spectabiles (quanquam nondum plenè ista adsint) quæuis Reipu. pericula propulsare, & ea maximè quæ subinde per ambitionem & inanem gloriam inter ciues incidunt, nouere. Hi non instar maris uentis procellisq; agitati ciues exagitant, sed benignè & moderatè animos eorum tractant atque moderantur. Quam ob causam quoties in casum grauiorem & & pauorem urbes abducuntur, uiros quidem, sed senectute graues, ad imperium deposcunt. Etenim ex agro sæpenumero senem, ciuitatis gubernacula non desiderantem, sed planè recusantē, ad publicum munus obeundum (quò arrepto magistratu turbulentas res cōponat, & in tuto collocet (compulerunt: non rarò interim belli ducibus etiam claris, & qui in hostes mißi, strenuam prælijs operam nauare potuissent, neglectis item oratoribus, quantumuis clamosis, & qui uno spiritu continenter multa uerba fundere poßint. Atheniensibus quondam in Timotheum & Iphicratē senes propensis, rhetores Charetē quendam Theochare prognatum, ætate & corpore robustum, prætulerūt. Sed ecquid ad hæc Timotheus? Dij meliora, inquit, nisi uobis ducem qui ad sarcinas gerendas appositus sit, desideretis. Etenim qui bellicis rebus præesse debet, hunc non in fronte modò, uerùm & in tergo oculos habere oportet: neq; consilia sua cogitationesq; in usum communem concinnatas, ulla mentis adfectione animiq; permotione mutare ac repudiare par est. Sophocles cū ætate prouectior esset, Quàm libēs, inquit, uenerea, ut ferum & furiosum dominum relinquo. At in magistratu non satis est unum solummodo dominū, amorem uidelicet uel in pueros uel in mulieres insanū fugere: lōgè plures hic & multo furiosiores occurrūt: eius generis sunt contentiones grauiores, ambitio ut primas feras & partes maximas, libido, mor-

bus inuidiæ, quo nihil fertilius, æmulationes, discordiæ: at ex ijs multa prætermittit, multa obtundit, multa etiã planè extinguit, & ut frigeant, senectus facit. Neq; tamẽ usq; adeò ab agendi illo impetu cohibet, quàm ab immoderatis illis ac flagrantibus animi affectibus liberat. nam & sobrios reddit, & ita componit, ut ad cogitationes suas diligentiã curamq; non poßint non adhibere. Porrò esto, uideaturq; horum sermo commodè canescentem, sed iuuenili studio iam tunc primùm ad Remp. properantem, iniecto ueluti pudore reuocare & reflectere, & ex longa in priuatis rebus curandis desidia, tanquam ex morbo ad exercitus aut Reipu. curationem excitatum senem meritò his uerbis incusare:

Miser maneto piger in cubilibus. At eum qui perpetuò in Repu. uixit, in fori certaminibus uersatus est, cur mihi non sines ad faces usq; ad extremũ uitæ actũ progredi? cur tu cum ex lõga uita reuocatũ, institutũ iter mutare cogis? Hæc cum facis, profectò expers omnis cõsilij es, & quæ minime decent, suadere omnibus existimaris. Rectè sanè senem qui uxorem accipiens coronis sese ornat, & unguentis adfluit, detestaris, & illud ex tragœdia Philocteti dictũ ei succinis:

Quæ sponsa nunc tibi aut puella nupserit,

Euge ô miser quid uis tibi cum nuptijs? Neq; certè hæc uerba tua aut absurda aut intempestiua mihi uidentur: nam & ipsi quoq; sæpenumero in se talia ludunt: Non mi ista nupsit, sed magis uiciniæ. At qui iam cũ uxore extra ullam culpã probè multos annos uixit, & eam propter senium nunc repudiare studet, quò sibi scilicet tantùm uiuat, aut illa repudiata pellicem in ædes adducit: non uideo qua ratione sese à turpitudinis & ineptitudinis uitio uindicare poßit. Eadem ratione senes qui perpetuò alijs negotijs implicati, in senio ad Remp. properant: ueluti si quis aut Chlidon agr

don agriculturæ ſtudijs ſemper deditus, aut Lampon naucle rus, aut ex horto philoſophorum quiſpiam magiſtratū ambiat, hos & caſtigare, & ut in conſucto uitæ otio ſe contineant, admonere par eſt. Phocionē uerò, aut Periclem, aut Catonem aggreſſus quiſpiam, dicat: Hoſpes ſiue Athenienſis ſis, ſiue Romanus, aridæ ſenectutis tuæ curas & ſolicitudines abijce. deinde iubeat ne quid hi amplius in Rep. agant, non exercitum ducant, non curiæ negotijs præſint: ſed ancillula contenti, ruſticis ſtudijs ſeſe oblectent: & quicquid illis uel ætatis uel mentis reliqui eſt, id totum rei familiaris procurationi impendant: hoc, inquam, ſi quis decernat & conſtituat, nónne ualde iniqua perſuadere conatur, & non mediocri iniuria Remp. afficit? Enimuerò dicet aliquis, quid in comœdia audiri ſolet? Priuant capilli me niues ſtipendio. Rectè ſanè hoc conie ctas. Nam qui Marti operam dant, eos corporis & ætatis flore,

Vt quibus & bellum curæ eſt, & bellica facta: eximios eſſe decet. Etenim ſenij canitiem quanquam galea condat, ipſa tamen membrorum compages & facultas (adſit licet alacritas animo) clàm & paulatim grauata diſſolutáq; intercidit. At in Iouis concilij fori & urbis miniſtris, neque pedum officium, neq; manus operam, uerùm conſiliū, prouidentiam, & orationis uim, non quæ ſtrepitum turbamq; in populo concitare nouit, ſed quæ de corde profecta, prudentiæ tranquillitatiſq; magiſtra eſt, poſtulamus. His & cani & rugæ, quæ ab alijs ridētur, autoritatis & experiētiæ teſtimonium dare, ad perſuadendum non mediocre auxilium orationi adiungere, & morum gloriam cōmendare poſſunt. Iuuentus enim imperata facere, ſenectus imperare debet. Certè Remp. eam, in qua ſenum conſilium, iuuenum haſtæ primū locum obtinent, ſaluam eſſe arbitror. Neq; in Homero

mirificè magis quicquam laudatur, atq; illud:

Consedêre duces senio spectabilis ordo
Nestoris ad naues.

Hac de causa cum regio imperio Lacedæmonij optimatum ordinem adiungere studerent, & Pythias ad id maiores natu posceret, Lycurgus apertius senes pronunciauit. Ad hæc consessus ille Romanus celebris, senatus à senio etiamnum nuncupatur. Et ut lex diadema atque coronam, ita natura honorabile & dignum magistratus symbolum caniciem esse uoluit. Quinctiam honorariũ & honorari (liceat sic γέρας & γεραίρειν conuertere) à senum dignitate in usu Græcæ linguæ sunt: non ob id quòd in thermis lauent, & molliter sedendo uitam otiosè transigãt, uerùm quia regium in ciuitatibus locũ consequuti sunt. Eius autem uirtutis propriũ absolutumq; bonũ natura nisi in senio non ostendit, neq; profert: non aliter ac plantæ serotinæ fructum reddere tardiorem solent. Regum quoq; rex Agamemnon, cum à Dijs optaret ut sibi consiliarios decem ex Achiuis darent, qualis erat Nestor (sic enim Græcos magnanimos, extra omnem rerum bellicarum reprehensionem futuros) non dubium quin ea precatione rem magni esse momenti, nõ in ciuilibus negotijs duntaxat, uerùm & in belli administratione senectutẽ iudicare uoluit. Nam Multas manus uincit prudens, unũ licet, Consiliũ. Et unica sententia ad persuasionem concinnata, in publicis negotijs nõ modò maxima, sed & pulcherrima efficere potest. At uerò regnum, quod inter Reip. formas & perfectißimũ maximumq; est, quot labores & negotia exhibet? sanè multos dices. Nam Seleucũ sæpißimè dicere solitũ ferunt: Si nouissent multi quàm sit operosum & molestũ, tot duntaxat literas scribere, legereq;, diadema etiã abiectum ante pedes ne subleuarent quidẽ. Philippus autem

cum

cum in regione uenusta admodũ castra ponere pararet, nunciareturq; illi, iumẽtis non esse istic fœnũ: O dij, inquit, qualis est hæc nostra uita, quã etiam ad asinorũ commoditatem instituere cogimur? Hæc cũ uides, tẽpus esse arbitrabere, quo regi iam ætate prouecto, ut diadema & purpurã regalia insignia exuat, suadeas, & ut tunica ligoneq; sumpto, in agro uitam degat, ne scilicet intempestiua canitiei suæ & minimè necessaria facere uideatur. At hæc si neq; Agesilao, neq; Numæ, neq; Dario dicere conuenit: tu nos interim ex Areopagitarum consilio Solonem, è senatu Catonẽ, quia senes sunt, ut ejciamus, mandare non uereris? Quid uerò de Pericle fiet? & hunc tuo consilio ut ciuilium negotiorum procurationem relinquat hortabimur? Sane id tum erat laborandum, cum adolescens in subsellijs lasciuiret, cum furiosas illas contentiones & per impotentes animi impetus impreßiones in publica bona faceret. At posteaquam illi & maturior ætas, & experientia longior, prudentiam impartiuere: nunquid ei Remp. ut mulierem qua aliquandiu abusus fuit, repudiandam censes? At Aesopicæ uulpeculæ in mentem tibi ueniat, quæ erinacei in auferendis ricinis officiũ adhiberi sibi recusauit. nam si hos, inquit, suctu plenos abegeris, aderũt alij longè magis sitientes. Senes quoq; si à magistratu in hũc modum arceas, mox conditionem istam affatim arripuerint iuuenes: sed quales? gloriæ potestatisq; auidi, sitientes, quibusq; animus ad ciuilia negotia gerenda rudis in primis ac nullus propè est. Neq; etiam unde illis esse poßit uideo, quũ neq; sibi duces ad senilem magistratum habuerint, neq; ipsi spectatores rerum fuerint. An uerò illos qui nauibus præsunt, scripta de gubernandis nauibus præcepta experientes reddent? sanè non puto. Verum spectatorem certaminum eorum, quæ cum fluctibus & immanibus

uentorum tempeſtatibus ſunt(cum Tyndaridas fratres fluctiuagi nautæ precibus inuocant)in puppi adſtitiſſe,id uerò eſt quod gubernatorem peritum & ſcientem facit. Et temperare ciuitatem,moderari populum, concionem commodè tractare,num iuuenis aliquis, qui librum aut commẽtarium aliquem in Lyceo conſcriptum legerit, ipſe uerò gubernacula Reip.nunquam prehenderit, contentiones experientia & fortuna, quò à periculis & moleſtijs liber eſſet, ſcienter declinare in utranq; partem non nouerit, num inquam iſta iuuenum aliquis poßit? ſanè non eſt quod hoc dicam. Cæterùm ſi nulla alia cauſa ſit,ob quam tenere Rempu.ſenex debeat,non ſit illi contemnenda iuuentutis inſtructio,nimirum ut hanc qua poßit ratione informet. Quemadmodũ autem literatores & muſicam docentes ipſi præludere prælegereq; ſubſequentibus id diſcipulis ſolent : ita qui ciuilia obit negotia,non uerbis,nõ oratione ſolũmodo præit,ſed cum Remp. adminiſtrat,tum factis & dictis ſimul adoleſcentes gubernat, & in uiros fingit & format. In hunc uerò modum exercitati,non in palæſtris,nõ ijs locis quibus apud magiſtros qui membrorum habilitatem frictionibus & oleis extra periculũ profitentur:uerùm ut in Olympicis & Pythicis maximis Græciæ certaminibus,indomitus cũ equo pullus, iuxta Simonidẽ,ſimul currit:ita quoq; ſenectutẽ ipſi ſectẽtur.Ariſtides cõtinuò adfuit Cliſtheni, Cimon rurſus Ariſtidi.Phocion à Chabria,à Fabio Maximo Cato nunquã eſt digreſſus: Põpeius à Sylla,Polybius à Philemone nõ diſceßit.Nam adoleſcentes qui ſe prouectis ætate inſinuant, hoc ab illis lucri poſſedere,quòd illorum adminiſtrationibus & factis ueluti innutriti & inſiti,cum gloria & autoritate in publicis negotijs experientiã uſumq; facilẽ adipiſcũtur.Cũ ſophiſtæ quidã ab Aeſchine illo qui Academicã philoſophiã profeſſus eſt,in-

terrg

terrogarent qua de causa cõiungeret se Carneadi,quũ tamẽ illius discipulus esse recusaret: At ego,respondit, Carneadis auditor tunc esse cœpi,cum strepitũ & garrulitatẽ beneficio senectutis oratio eius abijciens,ad cõmunem utilitatẽ se cõuertit. Senes autẽ qui in magistratu sunt,non uerbis solũ, sed & factis ab omni dictionis lasciuia & iactantia lõgißimè absunt. Ibim ferunt,cum annosior facta fuerit,quicquid cœnosum uirosumq; halitũ spirat,auersari,ut ijs quæ pigmenta redolẽt & suauia sunt, frui poßit. ita neq; ullum decretũ aut consiliũ à prouectiore ætate profectum, turbidi quicquã habet,uerùm certa omnia & cõstantia ab ea suppeditãtur. Quapropter iuuẽtutis gratia magistratũ maximè gerere senes,ut iã sæpe nobis dictũ est,conducit. Etenim quẽadmodum aquã merumq; miscemus,quò furentẽ Deum, ut cum Platone loquamur,sobrio altero castigatum tẽperemus: hunc in modũ feruenti & flagranti apud populum iuuẽtuti,& gloria & ambitione furẽti,senilis admixta reuerẽtia,quicquid intẽperatè & furiose cõmittitur, corrigit & abscindit. Præter hæc uerò errãt & ij,qui nõ aliud esse existimant Remp. gerere, ac ad rẽ suã augendã nauigasse, aut militauisse: atq; ubi id fueris cõsecutus,cessauisse. Non enim est Reip. finis qualecũq; munus publicũ quod ad indigentiã & usum esse debeat,uerùm uita animalis mãsueti ciuilis & cõmunis,quod natura quãdiu hãc lucẽ usurpat,ciuiliter,honestè et humaniter uiuere debet. Eapropter nõ decet Rempu. geßisse,sed gerere eã par est: quẽadmoeũ cõueniẽs est nõ uerltatẽ fassum esse,sed fateri: neq; iusta egisse,sed secundum iustitiã agere: neq; patriã parentes ciues amauisse,sed amare. Ad hanc rẽ natura duce agimur: nobis has uoces dictat, sed quũ nõ funditus inertia & uitæ mollitia perditi sumus:

Multis pater te genuit utilem uiris.

Et nos feramus auxilium mortalibus.

At uerò qui corporis ualetudinē senilis & imbecillitatem culpāt, iniustè id facere uidentur. Cur enim nō potius morbum aut cæcitatem, quàm senium incusant? Quot enim senes ualētes & robustos, quot uerò adolescētes morbis implicatos passim uidemus? Qua de causa nō senes, sed infirmos reijcere, neq; in horum locum iuuenes, sed ualentes substituere debebāt. Indicant historiæ, Aridæum iuuenem, Antigonum uerò senio cōfectū fuisse: uerūtamen hic totius ferè Asiæ dominus extitit: at ille, tanquā è scena satellitis muta persona, nomine tantùm regio, ab alijs apud quos firmum imperium erat, despicatus habebatur. Quemadmodum si quis sophistam Prodicum aut elegiarum scriptorem Philetam, ætate quidē iuuenes, uerùm corporis ualetudine tenui & adfecta, & lectulo plerunq; propter morbum incumbentes, magistratum adire iubeat, stolidus & insanus habendus esset: ita quoq; ineptire mihi uidentur, qui à re militari gerenda tales senes arcere tentāt, qualem Phocionē, qualem Masanissam Afrum, qualem Catonē Romanū fuisse cōstat. Phocion ruētibus intempestiuè in bellum Atheniēsibus, senes ad sexaginta annos natos euocauit, & ut se sequerentur imperauit. cum eam rem iniquo illi animo ferre uiderentur, Quid, inquit, uobis hoc graue, quum me iam supra octoginta annos natum ducem sitis habituri? Polybij historijs traditum est, Masanissam annum nonagesimum agentē, relicto quatuor annorum ex se genito filiolo, ex hac uita migrasse, & paulò ante exitum à uita Carthaginenses prælio fudisse, fugasseq; pridie autem quàm id actum fuit, cum multi illum ante tentoria panem sordidum comedentem mirarentur, respondit se id facere, quia posset. Sophocles inquit:

Splendor ut æris in necessitatibus

Micat,

Micat, pigreſcens diutius tectum ruit.

Nos uerò illam animi exultationẽ & facem, qua & ratiocinamur, & memoriter recordamur, ſapimusq́;, & intelligimus, id agere adſerimus. Quocirca in bellis & apud exercitum reges lõgè præſtãtiores euadere, quàm cum ociũ amplectuntur domi, adſueuerunt. Attalum Eumenis fratrem diuturniore ex ocio & pace ignauũ admodũ & propemodum animo diſſolutũ redditum cõſtat. hũc ex amicis quidã, cui Philopœmeni nomen erat, ſatis illiberaliter paſcens, pinguem & plenum fecit. Quare Romanos ferunt per iocum ſubinde ab ijs qui ex Aſia in Italiam nauigabãt, interrogaſſe. num apud Philopœmenẽ rex gratia adhuc ualeret. Neq; Lucullo imperatores multos qui prudentiã cum factis cõiungerent, clariores inueneris. At is cum ſe uitamq́; ſuam ad ocium tradidiſſet, & ſecurus, ut ſpongiæ cum tranquillitas maris eſt, domi ueluti mortuus & marceſcens deſideret, à Cliſthene liberto, cui ſenectutẽ ſuam curandam & paſcendam dederat, poculis amatorijs & incantamentis faſcinatus fuiſſe putabatur: donec Marcus illius frater, homine fugato ipſe rẽ domeſticã illius curaret. is quicquid deinde tẽporis & uitæ illi ſuperfuit, quod ſanè quàm exiguũ fuit, ueluti pædagogus inſtruxit & gubernauit. At Darius Xerxis pater longè melius, qui in rebus grauibus & dubijs ſeipſo prudentiorẽ euadere iactare ſolitus eſt. Et Alinas Scytha nihil diſtare putabat eos qui in ocio eſſent, ab ijs qui equos curarẽt. Dionyſius quoq; ſenior interroganti cuidã nũ ocioſus eſſet: abſit ne mihi tale quicquã unquã contingat, reſpondit. Arcũ autẽ continuò intentum rumpi ſolere: itidem & animũ, cũ is remittitur. Quare qui concentus muſici ſtudioſi ſunt, niſi ſæpius animaduerſione diligenti hos auſcultent: & geometræ, ſi nõ reſolutionibus ſuis ſtudeant: numerandi ſcientiam profitentes,

profitentes, nisi quotidianis computationibus se exerceant: quicquid habēt eiuscemodi facultatis, simul cum ipso tēpore illis elabitur, quanquam etiā earum artium professio magis in cōtemplando sit, quàm in actionibus uersetur. At ciuilis administrationis confirmata consuetáq; exercitatio, in dictādis cōsilijs, in prudentia, in iustitia consistit. Accedit ad hæc experientia, qua occasiones temporum artificiose cōiectantur: uerborum item facultas, ad persuasionem comparata. Itaq; semper aliquid dicere, facere, mente colligere, iudicare oportet, ne cum sinamus ista ex animo excidere, tantarum uirtutum possessione priuemur. quod cum fit, tum simul humanitatis amor, publicorum cōmodorum cura, beneficiendi studium. quorum neq; finis neq; intermissio esse debebat, simul exarescunt atq; euanescūt. Iam si tibi pater esset mortalitatis expers Tithonus, atq; is propter senectutis incommoda, curatione in dies maiore opus haberet: non arbitror te ab officio, quod iam aliquādiu præstitisti, uelle recedere, aut curationem illius, quæ & consolatione & auxilio suscipitur, recusare posse. At patria, quā, ut nos à patre, ita Cretenses à matre uocant, & senior multo, & plus iuris ac parentes in te habet, quinetiam annis & senio grauis & misera, nec sibi satis sufficiens est, uerùm multa sedulitate & diligētia, frequenti auxilio, cōtinua curatione opus habet. hæc est quæ uirum in magistratu ad se rapit & continet

Veste tenens, quamuis animo sis ipse uolenti.

Pythiades ut Olympiades.

Nouisti me Apollini Pythio Pythiadas multas per festa Pythica iam diutissimè sacrificasse: uerùm non opinor te in hūc modum me allocuturum: Iam satis est sacrificiorum, mi Plutarche, satis pomparum & saltationum. num te senem animaduertis? tēpus corollas ponere iubet, senectus oracula relinquere mādat. Id si tu mihi faciendum minimè censes, tibi

concedi

cõcedi uis ut Iouis urbium foriq; præsidis ciuilia sacra, quibus iam olim initiatus es, & uates princepsq; præfuisti, deseras & relinquas? Cæterùm, si uidebitur, omisso aliquãtum illo qui à Repub. auocat sermone, quæso ponderemus philosophemurq; quàm sit illud certamen neq; graue, neq; senectuti indecorum, quod nunc celebramus, maximè cum Respub. & multas & conuenientes ætati huic quietes habeat. Quemadmodum enim cantores, qui in hac arte assiduè uersandum sibi statuêre, uarios uocũ ductus & modos, quos harmoniã musici uocant, meditari oportet, inter quos senes effecti neq; intẽsum illum & acutum, sed eum qui facilis est, & à moribus sedatioribus non dissidet, formant & sectantur: ita quoq; & factis & dictis (hæc enim hominibus natura non aliter ac cygnis cantionem usq; ad finẽ uitæ propria esse uoluit) leues, mediocres, cõuenientes Reipub. administrationes senibus aptare par est: neque ut intensam lyram, ita animos illorum remittere oportet. Neq; corpora, quia nec scaphijs, nec ferreis circulis, nec pilis plumbeis, nec disco, nec armis adsimilata in pugna, quẽadmodum anteà licebat, uti ualemus sine exercitatione, negligentius tractamus. sunt alia studia: sunt gestationes, sunt deambulationes, quibusdam etiam & paruæ pilæ leuis sanè lusus placet. hæc spiritum mouent, hæc salutarem & uitalem calorẽ eliciendo refouent. Porrò ne tunc quidem senes suspiciamus cum planè seipsos ocio & desidia ueluti stupidos rigidosq; reddidere: neque rursus cum omnem dignitatem & imperium usurpant, neque quicquam negotij in Repu. agitur cui non interesse cupiant, senium uituperationi obnoxium ad eiuscemodi uoces compellamus & cogamus:

O dextra, quam cupis iam nunc hastam tibi,
Sed huic cupidini obstat imbecillitas,

Nam

Nam neq; uirum ætate florentem potentemq;, qui omnem publicorum negotiorum administrationem sibi soli sumit, neq; alijs concedit quicquam. (non aliter ac de Ioue Stoici existimãt) ferè quisquam laudauerit: maximè cum omnibus se ipse intrudat infertq;, neq; propter gloriæ insatiabilem cupiditatem honoris aliquid, aut potestatis, quomodocunque ista ambiantur, per inuidiam consequi aliquē patiatur. Seni autem in comitijs passim omnibus occurrens ambitio, totos dies in iudicio & curia desidēs curiositas, quoduis legationis, quoduis curationis munus ad se rapiēs honoris cupiditas, hæc etiam si turpitudine uacent, laboriosa tamen & misera in primis cēsentur. Nam si existimet cum beneuolentia se ista posse præter ætatem præstare, fallitur utiq;, quum in contrarium idipsum cedere facilè uideat. Etenim adolescentibus odium sui concitat, ut qui occasiones ad gerendas res sibi præripi indignè ferunt: deinde ne in medium quandoq; ueniant, impedimēto illos esse indignè ferunt: apud alios uerò ambitio ista honoris, & dignitatis, qua primas ferre possint, cupiditas, non minus odiosa, quàm senum aliorum auaritia, diuitiarum uoluptatumq; sectatio existit. Quēadmodū itaq; Bucephalum iam senio confectū Alexander, nisi necessitate coactus adfligere non solebat, uerùm antequam prælium iniretur, equis alijs exercitus lustrandi aciemq; instituendi causa inuehebatur, eisdē mox dato signo relictis, & ascenso illo hostibus instare, periculum quoduis subire non recusabat: in hunc modū uir qui imperium ciuile habet, seipsum, si modò mente nō caret, gubernet: quæ uerò tanta cura nō egent, neq; necessaria admodum sunt, relinquat, ut & hi qui ætate ualent, in exiguis ciuitatis negotijs aliquid habeant quod agant: in magnis autem certaminibus alacriter ipse quod facto opus est, faciat. Athletæ necessarios labores

& utiles

& utiles ne attigunt quidem, quò corpus minimè necessarijs syncerum præstent: at nobis longè alia ratione faciendū cogitemus. Etenim quæ exigua sunt & uilia, relinquentes, & tantummodo quæ serio digna studio sunt, tractemus. Cæterùm iuuentutem fortasse cuncta, ut Homerus ait, decent: atq; ita plerunq; omnia amplectuntur. Nam exilia, sed plurima, cum aggrediuntur, tum se populares atq; laboriosos: cum uerò splendida & grauia, nobiles & magnanimos nominant. Non ignoro autem, contentione plenum & confidens factum suo tempore gratiam quandam huic ætati cōuenientem acquirere. At grauis annis & maturus uir, munus aliquod ex publicis, ut uectigalium locationes, portuum foriq; curationes, legationes ad principes, profectiones ad magnates, quæ non ad necessitatem, sed ad inseruiendum communi cōmodo comparata sunt, expectans & subire cupiēs, herclè & miserabilis, & planè non immitandus mihi, alijs fortasse hoc & onerosum & ualde molestum existimabitur. Nam in hac ætate nō alium magistratum gerere, quàm à quo & amplitudinē & dignitatem consequare, par est: qualis sanè in Areopago Athenis tibi nūc mi Euphanes traditus est: ut taceam interim patriam tuam, quæ tibi Amphictyonicam maiestatem, laborem dulcem sanè, onusq; minimè onerosum, quod non prius quàm uitam deponere poteris, consecrauit. Neq; ad istos honores sponte uolare oportet: uerùm intuendum diligentius quinam subterfugere illos conantur, his uerò imperia decernenda sunt. Ergo non adfectantibus, sed qui strenuè recusant: neque qui sibi ipsi uidentur imperia accipere, sed qui seipsos ueluti sub imperia tradunt, imperia deferenda sunt. Non enim manum medico porrigere qui sexaginta annos excessere, turpe Tyberius Cæsar dicere consueuit: at ualde uidetur indecorum,
manum

manum extẽdere, quò calculos aut suffragia populi capiẽs, in magistratum uenire poßis. Id enim perquam est ignobile & humile, neq; quicquam cum grauitate & decoro magis pugnat. Tu uerò operã dabis ut patria te eligere, te aduocare ad se, te expectare, tuã senectutẽ uenerandam planè & conspicuã exosculari, omnes item dextrã tecum copulare gestiant. Iam cum in senio magistratum adeptus es, & in concione uerba tibi facienda sunt, caue protinus in subsellia irruas & irrũpas: neq; ijs quæ istic dicuntur, in morem gallinacei cantum reciprocãtis ogganias, neq; reuerentiã, qua adolescentes te suspiciunt, cum in illorum certamina & rixas animum tuum plusquã par est intendis, laxes & remittas: neq; meditatione longa, dum non facilè fidem tibi fieri pateris, consuetudinẽ eam nanciscare, ut grauatè quod refertur audias: uerùm conniuere aliquando, & dare aliquid gloriæ illorum, quò emergere, & aggredi rem ipsi quãdoq; audeant, oportet. Quinctiã cum de tribus non magnis agitur, nempe neq; de salute aut discrimine patriæ, neq; de honore bono'ue cõmuni, perpetuò te in curia adesse, & quid istic agatur, curiosè satagere uelim: uerùm ubi eiusceemodi ardua negotia incidunt, etiamsi nemo te uocet, properandum tamen est, & pro uiribus hi tibi itineris duces, qui manu te prehendant, & uiam parent, aduocandi: aut certè lectica paranda, qua gesteris: neque id sine exemplo. Nam Appium Claudium historiæ tradunt, rebus Romanis prælio grandi à Pyrrho fractis, senatuq; à rege monito, ut de pacis & fœderis ratione consultaret, nequaquam acquieuisse: sed is confestim per medium forum in curiam portari se mandat. amiserat enim lumina. quò cum uenisset, in medio concionis adsistens, dixisse fertur. Cæcitatem quidem suam se hactenus animo haud æquo tulisse: at nunc quoque precari, uti ne

uti ne audire quidem illos usq; adeò turpia & abiecta inter se consultantes agentesq́; posset. Hæc cum dixisset, multa ab ijs acta uituperando, quædam secus docendo, adhortatus est senatum, uti ad arma descendētes, pro salute Italiæ cum Pyrrho dimicarēt: atq; id etiam persuasit. Cum Pisistratus blandè populū duceret, & iam illius artes ad tyrannidē spectare omnes suspicarētur, neq; quisquā qui uel istud uindicare uel prohibere auderet, inueniretur: Solon arma expedita ante ædes collocauit, ciues ad suppetias ferendas cohortatus est. Hoc cum Pisistratus percepisset, nuntiū Soloni misit, qui ab eo quæreret, qua fretus audacia talia conaretur: Senectuti, inquit, confisus feci. Veruntamen ad tam præclara facinora, ad quæ tantopere necessitas inuitat, hi tantùm qui senio ferè extincti sunt, modò spiritum adhuc ducant, appositi sunt & ualent. Leuia autem ista ut dictum est, quæ administratione plena sunt, quæq́; plus negotij quàm utilitatis & necessitatis habent, honestè quidem senes recusare possunt. Quinetiam sæpe cum à ciuibus uocantur, & desiderari suū aduentū sentiunt, non confestim illis in publicum prodeundum, sed hærere domi aliquādiu par est, quò fide grauiores, maiore cum dignitate ab ijs qui illorum opera indigent, expectentur. At hæc multa silentio prætereuntes, iuuentuti quædam dicenda relinquant: atq; adeò pro ciuilium honorum cupiditate hoc nomine certamen illis constituant. Porrò si illi intra mediocritatem non consistant, & terminos æqualitatis excedant: modestè & cum summa beneuolentia maledicēdi, rixandiq́; turpitudinem senes castigent: odia si qua cōciliata sint, mitigent: eos uerò qui in sententijs dicendis peccauerunt, communicato sine strepitu consilio, instruant & erudiant: rectè uerò rem gerentes, intrepidè commendent. Quin & uincendos aliquando se, quū tamen aliud suadendo poßint, tradant:

quò scilicet animi illorum augeantur, & audaciæ aliquid accrescat. quod uerò alijs deesse uiderint, hoc uerborum comitate suppleant, ut apud Homerum Nestor:

Nemo tuos carpat sermones inter Achiuos,
Nemo tibi dicat (licet hos finire recusas)
Quamuis sit iuuenis, nostro & de corpore natus.

At ciuilior multo est exprobratio obiurgatioq́; , quæ non apertè & publicè, uerùm priuatim aduersus eos qui in Remp. bene affecti sunt, suscipitur. Curandum interim etiam est, ut morsu qui animos deijcere & in mœrorem uocare potest, careat. Ad eam rem uerba benigna & placida conferenda sunt, quò sit occasio ad honestas administrationes, & prudentia illustri loco habeatur. hac uia senex populũ benignũ & placidum habiturus est. Neq; hic aliter agendum, atque illi solent qui equitare discunt. non enim intractatis & nouis, sed mansuetis & domitis equis uti solent. Si quem uerò labi uideris, caue animũ despondere iuuenem sinas. erigendus tibi is est, & consolandus, quẽadmodum ab Aristide Cimonẽ, à Mnesiphilo Themistoclem, cum populus illis indignaretur, & propter improbitatẽ & uitæ intemperantiã primùm malè audirent, ad honesta excitatos & confirmatos ferunt. Aiunt etiam Demosthenẽ, cum excidisset ab oratione apud populũ, & id graui animo ferre uideretur: senem quendam ex ijs qui Periclem quandoq; audiuerãt, correxisse, dixisseq́; quum non esset natura Pericli dissimilis, non rectè sanè illum pœnitere. Ad eum modum Euripides Timotheũ, propterea quòd in arte musica quædam præter consuetudinem nouauerat, à populo exibilatum explosumq́; , bono animo esse iussit: futurum enim ut ipse mox omnibus theatris superior iudicaretur. Et ut paucis uerbis dicam, quemadmodum Romæ Vestalibus uirginibus tempus distributum est, quo primùm discant, deinde quæ percepta sunt peragant, postre-

mò alias dein doceãt:quẽadmodum item uirgines quæ Dianæ Ephesinæ cõsecratæ sunt,primò illas ad sacrã administrationem aspirantes,futuras sacerdotes(dicam Græcè melius) μελλιέρας nominant,deinde sacerdotes,postremò παριέρας (eas,si placet,à sacerdotij munere liberas conuertamus)hoc modo uir absolutus in ciuilibus negotijs,primùm ubi didicit, tum regere & gubernare Remp. iam initiatus aggreditur: postremò uerò & ipse alios quoq; docet, & uelut in sacraria ducit. Non idem est concertantibus præesse, quod ipsum certare: at qui ciuilibus negotijs certaminibusq; quò patriæ aliquando prodesse poßit,iuuenem instituit,& oratorem illum uerborum, actoremq; rerũ format, non certè is paruam operam & uilem, sed propemodum maximam Reipublicæ impendit. Lycurgus sanè in hoc negotio præclarè se gessit. Nam ante omnia adsuefaciebat iuuentutem,ut idem honoris seni,quod legislatori, deferrent. Quorsum uerò Lysandrum respexisse putas,cum pulcherrimum iactaret apud Lacedæmonios senescere?num quia istic agriculturæ studijs dediti senes sint? num quòd illic fœnerare, aleam ludere, interim etiam strenuè potare(si dijs placet)soleant?Haudquaquam: uerùm quia nemo quisquam istic ætatis maturæ sit, qui munere aliquo publico non fungatur.nam aut magistratum gerunt, aut paterna curatione rebus prouident, aut in pueris educandis rectèq; instituendis occupati sunt. ita non modò Rempublicam sed & iuuentutem uniuersam regunt & gubernant. hinc in exercitationibus, hinc in literis, hinc in uictu rectè instituendo, adolescentibus ueluti discipulis non sanè leniter, non oscitanter præcipiunt. Hac de causa fit, uti his qui de se peccant, aut minus rectè officium faciunt,formidolosi sint: uenerandi uerò & desiderabiles his,qui à probitate non discedunt.Colunt & ob-

seruant sectanturq; illos adolescentes, cum decus & generosum hoc quod in se habent, amplificari, & in eo gloriari senes conspicãtur: maximè uerò cum neq; inuidi neq; liuidi fuerint. Id autem uitij quũ ætati nulli (quanquã in adolescentibus speciosis scilicet æmulationis ambitionisq; nominibus nuncupetur) conueniat: in senibus certè nihil potest intempestiuius, nihil tetrius, nihil illiberalius notari. Qua de causa qui in ciuitatis procuratione egregius est, hunc ab inuidia quàm longißimè abesse par est. Neq; uerò ut exosi arborũ uetustate marcescentium trunci, stirpiũ proximè satarum incremẽta prohibent: ita quoq; adolescentiũ & ætate florentium incrementa supprimere æquũ est: uerùm candidè & benignè illos suscipere, & semetipsum ijs qui in familiaritatẽ insinuare se student, facilem præbere: neq; etiam admonitionibus tantùm, uerùm & utilibus consilijs illos iuuare, quin & quandóque administrationis partẽ, ex qua gloriæ & laudis aliquid expectare poßint, cedere, ad hæc munus aliquod in quo Reip. nihil damni timẽdum, sed multis gratum, & ad gratiã comparatum est, concedere decet. Quæ uerò difficultatis & periculi aliquid habent, & confestim ut medicamenta mordentia urentiaq;, dolorẽ, quem tamen postremò in laudẽ & utilitatem commutant, adferunt, ad ista profectò haud æquũ est iuuentutem præcipitare. Est etiam illiberale, negotia tumultuosa seditiosaq; illis obijcere. Verendum enim est, ne ab hominum turba rudes adhuc, & minimè in negotijs exercitati malè tractentur. Sed in eo rerum statu inimicitias grauiores, quàm ætati illi conueniat, suscipere ac subire decet. hoc enim nomine erga te adolescentium fauor erit illustrior: ne dicam interim quàm & illos ipsos ad multa officiorũ aliorum munera promptiores alacrioresq; reddideris. Adijciendum autem & id est, ciuilem administrationẽ & philosophiæ pro-

feßio

fessionem inter se omnino nihil dissidere. nō enim in dominatione legationibus, clamore in concionibus immani, subsellio-rum insana occupatione (quæ tamē ad eam uel maximè pertinere quidam & dicunt & scribunt) æstimanda est: neque philosophi opus esse credas, de pulpito disceptare, & scholas librorum fascibus onerare, quum tamen utrosq; continua illa factorum dictorumq́;, quam ante oculos quotidie cernunt, exercitatio haudquaquam lateat. Verùm aiunt, in scholis & porticibus curuato capite Peripateticum agere, ut Dicæarchus dicere consueuit, oportet: cum uerò rus abitur, aut ad amicum salutandum, nō iam amplius. Socratem scimus nunquam inter scamna, neq; de pulpito philosophari cōsueuisse, neq; statas familiaribus suis disputationis ambulationisq; horas hic præscribebat: uerùm ludendo plerunq;, & cum res ferret, inter compotandum etiam & in castris quosdam comitatus id agebat. Quinetiam sæpe in foro, postremò etiam in carcere, & ueneno iam dato, de philosophia loquebatur: atq; ita primus philosophiā ueram, nō uni aut alteri, sed cunctis mortalibus per omnem uitam, quouis tempore, quouis loco, actionibus in quibuslibet, affectationibusq; in omnibus simpliciter esse utilem & arripiendam docuit. Ad eum sanè modum de ciuili procuratione censendum. Non enim imprudentes homines cum exercitum ducunt, scribas profitentur, aut concionibus populi fauorē captant, Remp. gubernare dicendi sunt, quū potius ad gratiam plebis emerendam, ac seditiones concitandas, tam instructis ad pompam orationibus utantur, aut alioquin munus obeant ad quod necessariò allegantur. Porrò uir rerumpublicarū studiosus, qui & genus humanum & ciuitatem ex animo diligit, hic ueram procurationem habet, & ciuilis exinde dicendus, etiamsi nunquam paludamentum induat, dummodo eos quorum ingenium ad

ciuilia negotia tractanda appositum est, ad honesta prouocet: quibus illud deest, excitet & adhortetur: postulantibus suam operam adsit: improbos ab instituto arceat & deterreat, probos confirmet. Profectò qui talem se præbet, hunc non leuiter publico bono studere certum est: quanquam non primus sit, cum in concilio conuocato seria res agitur, qui in curiam ueluti in theatrũ properat: uerùm tanquã ad spectaculũ aut recitationẽ aliquã cum gratia quoties aderit, uenisse ut uideatur. Quòd si autẽ corpore adesse nõ sit facultas, adsit saltem animo: quærat quid gestum, quid tractatum sit: uti approbare quod rectũ, quod uerò secus factũ est, reprehendere posit. Neque enim Aristides Athenis sæpe, neq; apud Romanos sæpe Cato magistratũ gessere: uitam tamen omnẽ in patriæ commodis procurandis consumpserunt. Multa & præclara in belli negotijs dux Epaminondas fecisse dicitur: at illius non minus præclara facinora cum neq; exercitũ duceret, neq; magistratum gereret, in Thessalia memorantur. Nam cũ res in eum locum ducũ imperitia uenisset, ut in potestatem hostiũ ueniendũ esset, iamq; omnia tumultibus plena uiderẽtur (instabant enim telis acrius hostes) relicta graui armatura, principiò sedauit animos, & milites metu exanimatos confidere iußit: deinde agmine quod dißipatũ erat, coacto & constituto, primùm ex angustijs in æquiorem locum suos deduxit, & in hostes conuersus, ut se in fugam uerterent, autor fuit. Cum in Arcadia Agis rex aciem institutam in hostes dirigere pareret, quidã ætate prouecta Spartanus exclamauit, meminisset malum malo medendũ esse (ijs etenim uerbis facilem ab Argis discessum notabat) & ne præsente hac intempestiua, ut Thucydides ait, animi promptitudine ad eundem lapidem impingeret: hæc cum exaudiuisset Agis, institutũ soluit, & recedẽs, uictor postea euasit.

Consue-

Consueuit uerò huic in foribus curiæ quotidie sella collocari, quo loco Ephori sæpe de concilio surgentes, de negotijs maximis illum consulebant. Ferũt eum historiæ & prudentem admodum & peritum rerum fuisse. Qua de causa cum præ ætatis senio nullæ corporis uires superessent, plurimumq; totos dies lectulo decumberet, accersitus in forum ab Ephoris, surrexit quidẽ is, & ægrè difficulterq; promouens, cũ in uia in pueros incidisset, ab ijs interrogauit, num scirent quicquã quod necessitati magis pareret, ac seruũ domino obedientem: respõderentq; illi, impotentiam: hac uoce muneris suorum finem ratus, domum repedauit. Nam ut promptã ad res agendas uoluntatem frangere, honestum non est: ita cum illa nos reliquit, impetu uiolentiæ non est opprimẽda. Et Scipionem in consilijs domi militiæq; Lælio usum adseruut: quare pleriq; illum histrionẽ, Lælium uerò poëtam per iocum appellabant. Ciceronis in consulatu gesta clarissima quidẽ illa & amplissima pro Reip. salute, consilijs Pub. Nigidij philosophi adiuta, ipse de se aliquoties Cicero testatus est. In tanta igitur ciuilium negotiorũ uarietate ne unum quidem aliquid esse uidetur, quod à gubernaculis ciuitatis uiros senectute graues, quò minus optimis sui partibus, uerbis scilicet, sententijs, dicendi libertate, & sapida prudentia, ut cum poëtis loquar, in medium consulant, arceat. Non enim manus, non pedes, non corporis robur, ciuitatis duntaxat partes bonaq; sunt: ipsa anima, & animæ bona, iustitia, modestia, prudentia, (quæ serò tardeq; maturescũt, & sua fiunt) ad hanc pertinent. An non est absurdum, te ædibus, agris, pecunijs, cæterisq; possessionibus uti frui: & patriæ, quæ cum omnibus tibi cõmunis est, quæq; non uires roburq; ad obeunda munia, sed principes animi partes ad procurationẽ sui desiderat, nulli esse usui? Mercurij statuas senij habitu manibus pedibusq;

 trunc

truncatas, arrectis tamẽ membris fabricant. quo commento, in ſenibus eas corporis partes quæ uirium inſtrumenta ſunt, modò ratione efficaci & fœcunda ſenes polleant, minimè neceſſarias eſſe ſignificatur.

DE AMORE NATVRALI PARENTVM ERGA PROLES, G. LONGOLIO INTERPRETE.

QVOD *Græci aliquãdo ad iudices extraneos appellauere, & peregrina iudicia tentare cœpere, in cauſa fuit diffidentia, qua mutuã fidem non colebant, ſed alienæ iuſtitiæ administratione, ueluti re neceſſaria, & apud eos tamen non creſcente, ſibi opus eſſe arbitrabantur.* Num *uerò ſic & in quæſtionibus quibuſdam, de quibus ambiguè diſſeri poteſt, philoſophi nõnulli ad eorum animaliũ quæ rationis nihil habent, naturã tanquam ad extraneã aliquam ciuitatem prouocauerint, quò iudiciũ eorum ſubeant & experiantur, quorum affectus & mores neq; etiamnum corrupti contaminatiq; exiſtunt? An uerò hæc eſt uitioſæ hominum naturæ familiaris accuſatio, qua de rebus perneceſſarijs & maximis cum ambigimus, in equis, canibus, auibus, quomodo nubendum ſit, quæ ſit generandi, quæ educandi ratio, exquirimus? Quaſi nullum propè ſit in natura noſtra eius rei ſignum & indicium, per uoluptatem & præuaricationem naturæ officijs & primordijs in nobis confuſis conturbatiſq;: ſed ad beſtiarum mores & affectiones nos appellare, atque hæc in teſtimonium uitæ citare oporteat. Illarum enim naturam ſynceram eſſe aiunt, & nulla commixtione*

Recitat illorũ opinionem & argumẽta qui maiorẽ in brutis quàm hominibus φιλοστοργίαν collocant.

labefa

labefactatam, sed quæ simplicē illam proprietatem conseruet, Contrà, hominum natura, rationis consuetudinisq; facultatibus turbatis, sicut oleum ab unguentarijs cōmixtum, in multiplicia dogmata iudiciaq; undique coacta confunditur: unde planè uariam & unicuiq; suam existere, nec communem proprietatē facilè custodiri potuisse. At uerò magnopere admirandum non est, animalia quæ ratione carere natura uoluit, accuratius per omnia ductū eius, quàm ea quæ ratione utūtur, sequi. Atqui & terra nascētia id ipsum amplius atq; ista, obseruant. Nam quum neq; mente quicquam concipiant, nec appetitione agitentur: illarū tantùm rerum desiderio, quod natura illis insitum est, adficiuntur: & tanquā carcere coërcita, in eo manent & cōtinentur, neq; aliò quàm quò natura iubet, diuertūt. At bestijs, quibus neq; rationis multum, neque mansuetudinis ac libertatis amor admodum magnus est, sed impetus cum ratione pugnātes, appetitionesq; sequentes errant, lateq; uagantur: plurimum tamen à naturæ cursu non ita longe abscedunt, non aliter ac anchora firmata nauis, iactatur quidem illa, sed non abripitur in altum: & iumenta quæ freno & habenis regūtur, à recta uia nō discedunt. At in hominibus domina imperatrixq; nostra ratio, iam has, iam illas excursiones & nouas machinationes meditatur. Hinc est cur nullum apertū uestigium naturæ imprimat, nihil firmū fixumq; in ea relinquat. Suspice quæso brutorum nuptias, quàm omnia naturæ ordine in ijs succedāt. Primò nullas cœlibatus & tardioris matrimonij leges nouere, quas tamen Lycurgi Solonisq; populares uerentur: neq; quicquam damni & infamiæ nomini suo, si sterilitatis damnētur, metuunt: triū liberorum autem ius, quod apud Romanos honorariū est, planè nihil curant. Coniunguntur autem, & gignendo fœtui operam dant, non

ut hæredes relinquãt, uerùm ut ipsis hæredum officiũ obire liceat. Iam uerò masculus de cõgressu non quouis tẽpore fœminã solicitat. non enim uoluptas illis, sed generis liberorũq; propagatio finis est. Qua de causa certa anni tempestate, qua genitabilis aura spirat, cõmodumq; generando temperamentũ existit, placide & ueluti manu ducta fœmina, suaui corporis redolentia, peculiari nitore conspicua, rore herbisq; puris plena, ad masculum properat. mox ubi plenam sese factam grauidamq; persenserit, decẽter sanè digreditur, quaq; potest diligẽtia de partu et salute fœtus cogitat. Profectò nõ potest satis dignè explicari, quàm ab insito illo naturæ amore in prouidendo, sustinẽdo, abstinẽdoq;, multa rectè procurẽtur. Omnes nos apiculam & industriã & prudentem appellamus: & cum flauum mel ab illa conficitur, adulamur illi, quò dulcedinis uoluptate aliquãdo nos titillari contingat: at aliorum in pariendo educandoq; prudentiam atq; calliditatem quis est qui miratione dignam ducat? Alcyonẽ fac quæso contemplere: cum grauiditatem allatam sibi senserit, pisciculi marini, quẽ Belonam Græci uocãt, spinas in nidi structurã colligit: has autem tanto artificio inter se connectit & cogit, ut neq; ferro, neque saxis cubile istud pertundi queat. Nidi forma circunquaq; rotunda, instar piscatoriæ nassæ in longũ exædificatur. Ipsa uerò, cum spinarum cõpositio satis densa cõfercta q; extiterit, in mare sensim nidũ demittit, quò cognoscat nũ sartus tectusq; satis sit, & necubi fatiscat, exploret. At uerò ipsum nidi osculum omnẽ admirationem superat. Etenim hoc adeò appositè ad corporis magnitudinem sui seruata proportione fingit, ut neq; aliud animal qualecunq;, quãuis etiã Alcyone preßius pusillũq; magis sit, subintrare poßit: ne dicã interim, quòd ne minimum quidem maris, ut quidam tradidere, influere in

illud queat. Mustcli marini uiuum animal etiam intra se ipsi pariunt, atq; de uẽtre suo, cum uolunt, in pastũ catulos excurrere patiuntur: rursus cum uisum fuerit, in uentrẽ reuocatos claudunt, & ueluti in nidulo fouent. Vrsus, bestia certè ferocißima & immanißima fœtum informẽ planè & articulamentis membrorum nullis cõspicuum edit: attamen lingua sua tanquam dolabra membranis quibus inuoluitur, cõformatis, non genuisse tantùm catulos, sed & opificis more finxisse uidetur. Apud Homerum uerò Leo

Cum catulos ducens teneros stabula alta peragrat,
Occurritq; aliquis uenator, protinus ille
Horrida conspiciens oculorum tegmina claudit:

nunquid tibi similis illi qui pro catulis se ipse uenatoribus tanquam hostibus deuouere tendit, uidetur? Vis uno dicam uerbo? animantia quæ meticulosa sunt, hæc naturalis amor confidentiæ plena: quæ pigra & ignaua, laboris auidißima: quæ gulosa, ea parcitate insignia facit: quemadmodum Homerica auis pullis suis

Ore ferẽs escã, qua se fraudauerat ipsa: sua fame paruulos natos pascit, et nutrimẽtũ qđ uẽtri suo destinauerat, ore retinet, ne eo in uentrẽ delapso, in obliuionẽ ipsa adducatur,

Vtq; canis circum catulos cum currit, & inde
Ignoto allatrans homini fera prælia tentat,

profectò quoniam fœtui suo metuit, ueluti nouum animum capit, & aduocat. Perdicum autem industriam quis ignorat? Nã cum pullis suis ab aucupe insidias strui animaduertunt, illos quidem auolare, & fuga salutem sibi quærere sinunt: se uerò ad aucupis pedes prouoluentes, molitiones eius ueluti expectare uidentur, mox cum auceps manibus comprehendere illas parat, elabuntur, paululũq; procurrentes, rursum subsistunt, & nouam spem confestim illi ostendunt:

atque in

atq; in hunc modum tergiuersantes, periculis pro pullorũ suorum salute se exponunt, donec hostem satis longè à nido abductum securas se, suósq; esse posse arbitrentur. Quid uerò gallinæ, quas obuersari nostris oculis quotidie domi conspicamur, quanta cura & sedulitate pullos custodiunt & gubernant? alijs alas, quas subeant, remittunt: alijs dorsum, ut scandant, reclinant: neq; ulla pars corporis est, qua non fouere illos, si possent, cupiunt: neq; id sine gaudio & alacritate, quod & uocis sono testari uidentur. Serpentes uerò & angues, cum de se agitur, sibiq; solis metuunt, fugiunt tum quidem. si uerò pullorum agmini ab ijs periculum uerentur, uindicare illud ab iniuria nituntur, & suprà quàm uires patiuntur, sæpe dimicant. Hanc tantam in fœtibus curandis diligẽtiam si à natura gallinis, canibus, ursis insitam credimus: an non igitur pudorem uulnusq; animo nostro incusserit, cum illorum cogitatione intuemur & perspicimus exempla, quæ naturam tanquam ducẽ sequuntur? Quæ uerò ueluti stupida affectibus non tanguntur, ea ipsa naturam conuitio, quo genus humanum solum incusant, uidelicet quòd neq; frustrà amare, neq; complecti suos sine mercede & commodo didicit, uerberare uidentur. Nam in spectaculo qui ita loquitur, laudari solet:

Mercede charum hominis hominem quiuis habet:

sic pater filium, mater infantes, filij parentes, sed secundum Epicurum, diligunt. At si rationis compotes bestias ponas, in eorũq; theatro, ad quod equos, boues, canes, auesq; cõuocaueris, sentẽtias illorũ recites & describas: profectò facilè cognosces, neq; pretio aliquo catulos canes, neq; pullos suos cum equis aues, sed gratis planè & sine mercede diligere, & naturali amore charos habere. Porrò nihil quicquã est, quod de istorũ affectibus uerius rectiusq; dici poßit. Turpe hercle

Confutatio.

hercle iudicandum est in generatione, in partu, in partus doloribus, in educatione brutorum animantium naturam & beneuolentiam citare: ab hominibus uerò pignora, mercedes, arrhas tanquam debita actionibus, in similibus exigere. Verùm ut à ueritate hæc oratio aliena est, ita quoq; indigna quam quis audiat. Etenim natura ut in syluestribus arboribus, ceu labruscis, caprificis, oleastris, rudimenta quædam cultiorum fructuum, sed cruda planè & imperfecta esse uoluit: ad hunc modum propensum erga fœtus amorem in brutis neque absolutum, neque ad iustitiam sufficientem, neque necessitatis terminos prætergredientem creauit. Hominem autem animal ratione ornatum, & ciuile, ad iustitiam legis edidit: hunc Deos colere, ciuitates constituere, beneuolentiam exercere iussit. Quare generosi planè & honesti fructiferiq; seminij is particeps, in natorum sedulitate, officijs, charitate, gratiam naturæ refert, & primis illis principijs, quæ in corporum constitutione apparent, inhæret, atque ea per omnia sequitur. Natura enim amore erga liberos eximiè flagrans, usquequaque absoluta est. nihil quod deficiat, nihil quod auferri tanquam inutile possit, obtinet, nihil (ut Erasistratus ait) uacillans, & nunc huc nunc illuc se inclinans habet. Nam quæ ad generationem illi collata sunt, non satis dignè exprimi possunt. Neque etiam ad decorum spectare uidebitur, si quis illa suis nominibus, quæ accuratè dici nequeunt, efferre conetur. Partium autem quæ ad generationem & partionem spectant, constitutionē, quas natura abdi & occultari uoluit, animo malim quàm uerbis cognosci. Satis sit, si lactis ratione officinaq; hic explicata, quanta cura & prouidentia natura illa fabricata sit, exploremus. Sāguis igitur, qui præter usum in mulieribus superest, propterea quòd spiritus exigui eiusq; obscuri particeps est, in

A præstantia hominis.

A naturæ prudentia in fabrica instrumentorū quæ generationi & educationi seruiunt.

Descriptio mammarum, adeoq; ipsius lactis officinæ, accurata & elegans.

corpore

corpore iactatur, & redundantia sua non mediocriter illud grauat. Qua de causa suo tẽpore statis mẽstruis dierum circuitionibus certos per canales & riuos, quos naturæ diligẽtia aperuit, profluit & effunditur. ita reliquũ corpus & leuius & purgatius redditur: uterum autẽ, ueluti terrã aratro ad sationẽ seminumq; suo tempore appetentiam, excitat. postquam autẽ genitale semen excepit, statim uelut radicibus iactis cõtrahit sese & obuoluitur. Ipse autem umbilicus primùm in utero, ut ait Democritus, anchoræ modo, ne agitetur iacteturq;, formatur. Etenim stabilimentum quoddam & ueluti ramus fructui qui nunc crescit & expectatur, existit. hîc natura canales illos menstruos, quibus purgare se solet corpus, claudit, & quicquid sanguinis per eos iã fertur, arripiẽs, ad fœtus iam cõstituti & formati alimentum conuertit, donec stato dierũ numero, quo utero geritur, expleto, alio nutrimẽto indigere pergat. Sanguis igitur quouis hortulano, & riuorũ ducendorũ artifice curiosior, ex alia in aliã partem profluens se reducit, & ueluti subterraneos quosdã meatus & fontes riuulis fluentibus præparans, non pigrè & insuauiter ab his excipiendũ se trahit: sed blando spiritus calore molliter muliebriterq; in fontibus coquitur, & in aliam qualitatem cõmutatur. Eiuscemodi enim ubera insitam facultatem temperamentumq; sortita sunt. Lactis autem scaturigines & canales ita constituti sunt, ut confectim illud profluat. Nam per carnẽ riuulis infinitis plenã, sensim natura istud in cella promptuaria placida & grata admodum, quoties pusionis ori ut istinc hauriat admouetur, collocauit. Verùm enimuero hisce omnibus instrumẽtis, ista fabrica, istis studijs & prouidentia quid erat opus, cur excogitata sunt, si natura matribus mirificũ erga proles amorem curationemq; non inseuisset?

Haud

Haud quicquam miserum magis, ærumnosius atq;
Est homine in terris quæ spirant, quæq; uagantur.

Hoc qui de recens nato infantulo dixerit, mendacij conuinci non potest. Nihil enim usq; adeò imperfectum, indigum, nudum, informe, abiectum existit, quod cum hoc, modò illũ mox à partu editum conspicias, cõferri poßit. Huic propemodum soli natura puram, qua in lucem ingreditur, uiam non præparauit: sed sanguine taboq; defœdatus, iugulatoq; magis quàm nato similis, à nullis tractatur, erigitur, osculatur, & adsumitur, quàm quos natura ad amorẽ illius uolentes adigit. Hac de causa cum ubera mamullasq; sub uentrem natura brutis demisit, solis mulieribus in superiori corporis parte, nimirum in pectore, illæ collocatæ sunt: quò expeditius & osculari & amplecti liberos poßint, quasi hac ratione indicare & ostendere uoluerit, pariẽdi educandiq; finem non ullam utilitatem, sed solùm amorem existere. Tu, si placet, priscos homines in mentem reuoca. hi cum primùm in lucem editum contemplarentur infantem, non legis ui, non gratiarum relatione, aut quòd rursus ab illis præmia nutritionis tanquam debitum expectarent, curam suscepere. At quisquam dixerit difficiles erga partum matres, & iniuriarum memores futuras, cum tot periculorum ærumnarumq; miserias in memoriam reuocant:

Cum labor atq; dolor partus, & acuta & amara
Tela graues feriunt uteros, cumq; Ilithyiæ
Iunonis natæ accurrunt mala multa ferentes.

Hæc non Homerum, sed Homericam aliquam poetriã, quæ doloris acuti amariq; intra uiscera dum pareret, congressum senserit, mulierculæ scripsisse dicunt. At natura amorẽ insitũ flectit & ductitat. Nam quãuis adhuc doloribus ardeat, conficiatur, differatur; haud tamen negligit neq; fugit

infantul

infantulũ, sed ad illum se cõuertens, arridet huic, hunc brachijs cõplectitur, hũc oscula figit: neq; tamẽ ullum uoluptatis fructum aut cõmodum ex ea re capere uidetur: uerùm ærũnis & calamitatibus plena, fasciјs inuolutũ & in cunis positũ fouet ac reficit. Præterea laboribus ex labore ortus, de nocte in diẽ progrediens, quid quæso lucrifacit? quæ iam herclè illi præmia? quæ commoda? quid aliud ab his olim, quàm nũc etiã sperare potest? maximè quũ spes ut lõgæ sunt, ita & incertæ. Qui autem æquinoctialibus ueris horis serit & colit, per autũnũ uindemiã celebrat. qui fruges terræ circa Pleiadũ occasum cõmittit, is cum illæ rursus oriũtur, messem facit. Boũ, equorũ, auiumq; genus cũcta ad usum parata cum peperêre, habẽt: ast hominis educatio, laboribus plena est: incremẽta oppidò quàm tarda sunt: uirtutẽ adipisci, longi tẽporis res est: & plerunq; patres, priusquã ad frugẽ perueniãt liberi, morte occupãtur. Salaminã Themistocle natã nõ uidit Neocles: nõ Eurymedõta Cymonis filiũ Miltiades: nõ Periclem suũ cõcionantem audiuit Xantippus: non philosophiam profitentem Platonem Ariston. Thucydidis Sophoclisq; uictoriæ parẽtibus suis nunquã cognitæ fuêre: balbutiẽtes fortè & syllabas cõnectẽtes audiuere: comessationes, potiones, amores lasciuientium uulgò fuerũt noti. Adeoq; id Eueni hoc loco memorabile laudem mereri putandum est,

En cerne natus sit patri quantus dolor.

Attamen ne ob ista quidem ab officio educationis recedunt, illiq; maximè qui liberis minimè mihi opus habere putantur. Quis enim diuites, cum pro natalibus liberorũ suorum sacrificia dijs facere, gaudereq; uiderit, ipsum illud ab ijs fieri crediderit, quò aliquãdo habeãt à quibus uicißim nutriãtur, sepulcroq; mandentur? Certè ridiculũ admodum id est. At, inquit, ut hæredes relinquant sibi, diligentiam istam

erga filios adhibent. Quasi uerò nemo qui aliena bona adire cupiat, inueniri poßit. Non maris arenæ, non puluis, non auium pennæ tam sunt numerosæ, quàm hæredipetarum immensa copia. Danaus, quem patrem quinquaginta filiarum fuisse adserunt, quanquam omnino orbus nullos haberet: non arbitror tamen hunc sine hæredibus, idq́; dißimillima longè ratione, decedere potuisse. Nam gratias planè nullas parentibus pro hæreditate filij, utpote quam sibi deberi putant, agunt, nullum curationis officium illis præstant, nullum honorem deferunt. At eorum qui à familia alieni sunt, in eos qui liberis carent, uoces no'nne comicis dicterijs persimiles audis?

Heus tu, subintrat iam recens, subsellia
Aufer, uora, sorbeto, habet triobolum.

Quare id quod ab Euripide profectum est,

Pecuniæ mortalibus amicos parant,
Potentiaq́; non leui claros notant:

id profectò non simpliciter pro ueritate dicitur, sed maximè in eos qui sine liberis uiuunt, conuenit: hos sibi conuiuas expetunt diuites, adulantur illis præsides, horum causas rhetores soli sine precio gratis agunt. itaq; sæpe istos multis pridem amicis, multis honoribus honoratos, uel unus modò puerulus natus, & amicorum numero, & potentiæ gloria spoliauit. Quare nullum omnino à liberis potentiæ amplitudinisq́; commodum expectare licet: sed quicquid id est, quod à filijs speramus, natura totum sibi uendicat: neque minus in feris, quàm in humano genere illa ualet. Attamen & hæc, multaq́; alia, ab improbitate contra naturam labefactantur: non aliter ac subinde inter culta semina spinæ uepresq́; nascuntur. Tu uerò ab exemplis quorundam, qui ex se natos mactauerunt, & ex alto præcipitarunt, hominum mutuum

amorem constare natura negas. Oedipus quidem abscißis uinculis, supercilijs cruentis, ædibus eiectus est. Hegesias, cum de morte dißereret, auditoribus multis, ut ipsi sibi manus inferrent, autor fuit. Huiusmodi infortuniorum uariæ sunt species: uerum omnia hæc, ut & ista paulò antè dicta, morbi sunt, & animæ grauiores perturbationes, quæ naturæ legem seruare homines prohibent. Atque ipsi quidem sibi hac in re testes sunt. Nam si uel scropha porcellũ suum deuoret, aut canis unguibus catulum suum dilaniet: confestim animo concidunt, tremunt quoque, & perturbantur: monstrum editum putant: deos auerruncatores hostijs sibi placare student. At quid hac ratione aliud agunt, quàm ut omnibus animantibus erga proles curã, educandiq; studium innatum esse demonstrent? tantum abest, ut ea perdere uelint. Verùm enimuero quemadmodum in metallicis fodinis aurum, quanquam luto sordidum & oblitum, suum tamen splendorem retinet: sic in morum affectuumq; uitijs & erroribus, amorẽ illum erga liberos natura declarat, & in lucem prodire facit. Homines egestate oppreßi, ob eam causam liberis educandis operam nullam nauant, quoniam uerentur ne peius quàm conueniat educati, seruiles, ignari, omnium artium rudes, rerum omnium indigentes euadant. Nam cum paupertatem malorum extremũ censent, hanc non aliter ac grauẽ & difficilem morbũ, liberis tradere reformidãt.

*

DE

DE CAVSIS NATVRALIBVS, PLVTARCHI CHAERONEI, G. LONGOLIO INTERPRETE.

Quòd marina aqua non nutriat arbores. I.

QVAM ob causam aqua marina non cedit in arborũ nutrimentum? An ob id, quòd ne terrestria quoq; animãtia alere poßit? Etenim animal terrestrem quandam stirpem esse, cũ Platone & Anaxagora Democritus existimauit. Non enim quòd animalibus marinis, ut piscibus, utilis est, & in alimẽtum desideratur, ob id quoq; terrestres stirpes & arbores nutrire posse credenda est. Nam quum crassa sint radicum capillamenta, aqua non subintrat, neque sustolli grauitatis causa potest. Ipsa uerò grauitas & terrea eius substantia, præter multa indicia quibus comprobari posset, accedit quòd naues leuius in ea sidũt, & natantes facilius sustinet. An ob id, quòd ea quæ siccitatẽ adferunt, arbores mediocriter lædũt: at marina aqua siccãdi facultate prædita est? Sales enim non mediocriter putredini obsistunt, item cutis eorũ corporũ, quæ marina se lauãt, confestim aridior asperiorq; tangẽtibus deprehẽditur. An quia ut oleũ arboribus inimicũ, quibus adfunditur, corrumpit: ita mare pinguedinis nõ exiguũ habens, (scintillare aliquãdo uidetur: & prouerbio dicere solemus, marinam aquam in flammas non esse infundendam) eadem facultate noxium sit? An quia sit minus apta quæ potetur, & propter terræ exustæ admixtionem, autore Aristotele, amarior reddatur? Nam lixiuium fit, cum ad cineres aqua dulcis adfunditur. Ab ea uerò

deductione quicquid in aqua ad usum potumq; est, perditur & corrumpitur: quemadmodum insitum nostrum humorem febres in bilem cõmutant. At quòd plantas & stirpium aliquot in rubro mari crescere adserunt, uerum quidem id est, sed fructum non ferunt. aluntur autem limo illo, qui per ostia fluuiorum in mare uehitur. quare non longè à terra, sed prope littora plurimum crescunt.

Semina pluuiis aquis magis quàm aliis gaudere. II.

QVAM ob rem semina maiora incremẽta ab imbribus, quàm ab aquis quas nos rigando aspergimus, suscipiũt? Vtrum impetus ille imbriũ ictu terram diuidens, & meatus (ut Laito uisum fuit) reserans, aditum ad radices faciliorem præbere potest? An hoc cum ueritate non consentit, latuitq; Laitum, multas etiam palustres stirpes, ut tipham, phleon, uluã, sine incremento, cum suo tempore aquæ pluuiæ de cœlo non manant, squallere? Aristoteles rectius censuit, qui imbres recentem planè & nouã, palustrem & nuperã & ueterem aquã esse dixit. An uerò & hoc magis opinioni quàm ueritati consonare dicendũ? Siquidem & fontanã & fluuialem recentem planè & modò ortam nemo negare potest. Nam fluuiũ eundem, ut Heracletus dicere solebat, nemo facilè bis fuerit ingressus. Etenim continuò noua adlabitur & sufficitur in illo aqua. Sed & ista minus quàm pluuia nutrire solet. An uerò cœlestis aqua leuis est, & aëris spiritusq; plena: quare celerẽ sua leuitate uiam ad plantas facit. Quòd uerò aëre plena sit, indicant bullæ quæ ex illius commixtione, cum decidit, creãtur. An quod ab alito superatur & conficitur, maximè nutrit? Hæc enim est concoctio, cui contraria est cruditas, quam cõcoquendi defectũ nominamus, cum alimenta uehementiora sunt, quàm ut quicquã cedant. An quia leuia, simplicia, saporis expertia, citius magisq; commutantur

Plato in Cratylo.

tur. At tales imbres sunt. nam in aëre uentoq; creati, integri & nullius rei mixtione uitiati de cœlo cadunt. Fontana uerò cum terra qua profluit, & locis, quibus labitur, adfinitatem quandam habet: quo fit, ut pluribus naturis prædita, minus bona censeatur, & nutrimento minus cõueniens, tardiusq; ab illius quod nutritur facultate superata concoquatur. At quòd facilè in nutrimentum conuertatur, putrefactio indicat. nam longè citius quàm uel fluuialis, uel quæ ex puteo hauritur, corrumpitur. at concoctio, putrefactio quædam est: quod Empedoclis *testimonio firmatur:*

Vinum est putrescens sub ligni cortice lympha.

An quòd in promptu sit eius causæ inuestigatio illis qui dulcedinem usumq; pluuiæ aquæ, cum statim flatu de cœlo præcipitatur, animaduertunt, ex putamus? Videmus enim & pecudes hac magis delectari. Ranæ cum eandem expectant, præ gaudio mirificè uocem tollunt, quasi scilicet hæc condimentum palustris aquæ, eiusdemq; seminarium quoddam dulcedinis existat. Id autem futuræ pluuiæ signum Aratus *indicat. Sic enim ait:*

Aut cum progenies miserabilis, esca colubris,
Ranarum patres ex undis uoce coaxant.

Quæ sit causa quam ob rem pastores ouibus salem obiiciunt. III.

QVARE *pastores ouibus salẽ obijciunt? An quia illas copiosiore alimento, quò citius pleniores & farctæ reddantur, uti cupiant? nam cibi cupiditatem acredo excitat, & meatus reserans, ut per totum corpus cõmodè nutrimentum digeratur, procurat. Quam ob causam graciles, & quibus cibus nihil præstat nutrimenti,* Apollonius Herophili *discipulus, non dulciarijs, non halica, sed salsamentis muria aliquantulum conditis alebat. corporis enim exilitas (ceu fictitios palpebræ pilos sufficimus) cibos meatibus reseratis*

ſibi apponit. An potius ſanitatis gratia ſales lingunt, quò ſcilicet nimia pinguedo præcidatur? Nam ſupra modum obeſæ in morbos incidũt: pinguedinẽ autem ſales colliquant & diſcutiunt. hoc & laniones obſeruantes, tum plerunque excoriare illas ſolẽt. facilius enim à carne cutis tum ſoluitur. Nam & tenuis & infirma redditur ab acredine, quæ prius pinguedine conglutinata & ueluti alligata fuerat. Quinetiam earum ſanguis attenuatur, neq; ſales quenquam ex internis humoribus concreſcere patiuntur. Animaduertendum etiamnum id fertilitatis ratione faciant, quò uidelicet ſalaciores reddantur. Nam & canes cum ſalſamentis ueſcuntur, citius grauidantur: & in nauibus marinis murium copiam numeroſiorem, quàm in fluuiatilibus, uideris: quòd ſcilicet in ijs magis laſciuiant.

Pluuia à tonitru, rigando utilior cæteris. IIII.

C V R *ex imbribus, ad riganda ſemina, præſtantiores qui poſt tonitrua fulguráq;, quos ob id Aſtropæos appellãt, cadunt? An quia flatibus & ſpiritu ex aëris perturbatione & confuſione pleni ſunt? Flatus autem humorem agitans, ut admittatur digeraturq́; in cauſa eſt. An quòd tonitrua fulguráq; calore contra frigus pugnantia creantur? ob id hyberno tempore cœlũ minimè, uerna uerò tempeſtate & autumno propter temperici inæqualitatem plurimũ tonare ſolet. Caliditas autem, quum percoquendi facultatem habeat, humorem utiliter admodum, ut plantæ ſibi eo oblato potiantur, parat. An quia tonitrua fulmináq; maximè uerè contingere ſolent? Verni uerò imbres cum æſtatem anticipant, ſeminibus utiliores multo, magisq́; neceſſarij ſunt. Quamobrem regiones in quibus frequentes imbres per ueris tempeſtates exiſtunt (quemadmodum eſt Sicilia) numeroſos & generoſos fructus producere ſolent.*

Salſum

Salsum saporem in plantis non esse. V.

QVARE, quum saporum octo sint genera, salsum quem uocāt, in nullo fructu qui terra nascatur, degustare licet? Etenim oliua primò quidē amarum profert, uua acidum: quibus commutatis, illa quidem pinguem, hæc uerò uinosum suppeditat. Quinetiā in palmæ fructu sapor acerbus, in punico malo austerus, in dulcem commutantur. Sunt & mala punica, quæ, quantū in ipsis est, acidum producūt. nam acris quàm sit in multis radicibus copiosus, norūt omnes. An quia salsum nihil generet, sed corrūpat? quare omnibus quæ plantis seminibusq; oriūtur, ad alimoniam inutile existit. Quòd autem quibusdam condimentum est, & suauitatem conciliat, fit quòd gulā satietate oppressam irritat. An quēadmodum marinam coquentes, salsum, & quod mordendi facultatem habet, auferunt: ita in calidis ab æstu salsuginosum euanescit? An quia sapor, ut Plato docuit, est humor per plantas excolatus? Nam & marina colata (est enim terræ substātiæ, & crassarum partium) salsedinē exuit. Hinc est, ut qui in littore fodiant, plerunq; in potabiles scaturigines incidant. Ad hæc multi aquam dulcem de mari uasculis cereis excolatam ab omni salsedine terreaq; substātia hauriunt. Ipsa autem tranquillitas & diutina flatuum suppreßio, excolatam aquam, quia terream illam qualitatem cogit, neq; misceri sinit, potabilem reddit. Atqui cum ista sic se habēt: probabile sane est, plantas nec salsedinem aliunde ad se admittere: quòd si autem admittant, & ad incrementum illis faciat, excernere tamen in fructum non possunt, quum terreum, & crassarum partium per meatuum tenuitates non transcoletur. An salsedinem amaritudinis quoque speciem adseremus? quemadmodum Homerum fecisse apparet: Sapor quid.

-Salsam ore expuit undam, & amaram,

Quæ strepitu numerosa suo de uertice fluxit.

Et Plato *utrunq; hunc saporem extergendi eliquandiq; facultatem habere adserit: sed salsum tamen minus id posse, minusq; asperum esse.* Rursum *amarum aritudinis potentia excellentiorem, quum tamen utrunque adsiccet.*

Leprosi cur fiant, qui per roscidas herbas nudi incedunt. VI.

QVARE *qui continẽter per roscida arbusta incedũt, his partes corporis quæ rorulentis flagellis tangũtur, lepra fœdari solent? An quia ros attenuante facultate cutis humorem siccat, quod* Laito *uisum fuit? An sicut rubigo semina nondum sicca tentat: sic quoq; à rore humidis & teneris in superficie, ceu scalpello tactis partibus & eliquatis, leuis quædam aspergo hinc expressa excarnes & exangues plurimùm corporis partes, ut crura, pedesq;, qua cutis, lancinat & arrodit? Etenim quòd arrodendi uim ros habeat, testantur illi, qui ob gracilitatem meatuum medendam, bibere rorem soliti sunt. Quinetiam mulierculæ obesiores, uestibus & molliusculis lanis rorem excipientes, corporis pondus illo se eliquare posse arbitrantur.*

Naues cur hyeme tardius aguntur in fluminibus. VII.

QVARE *hyberno tẽpore naues tardius in fluminibus ambulant, in mari nõ item. Vtrum fluuiatilis aër, quũ semper tardus & grauis sit, hybernis frigoribus tenuior molliorq; redditus, nauigãtibus magis obsistit: an eam impreßionẽ potius in ipsos fluuios aër facit? Frigus enim aquã subigens, illam grauem corpulentamq; reddit. id autem à clepsydris discere licet. tardius enim aquã hyeme quàm æstate subducũt.* Theophrastus *autor est, in* Thracia *nõ longè à* Pangeo *fontẽ esse, qui hyeme æquali scaturigine plenus, põdus duplo maius quàm æstate ferre potest. Quòd autem densitas undæ na-*

uigia

uigia fluuiatilia tardiora reddit, indicium est, quòd & onera longè grauiora hyeme ab ijs ferri soleant. Etenim aqua quo densior grauiorq́;, hoc magis resistit. At mare ne densetur, calor in causa est. Raritas autem, mollities quædam esse uidetur: à qua quæ absunt, densari nequeunt.

Quòd humida quæuis cum agitantur frigent, mare solum calet. VIII.

C V R, *cum omnes humores dum agitãtur iactanturq́; frigescũt, solum mare fluctibus quassatũ calidius euadit? An quia in alijs ferè rebus humidis caliditas accessoria est & peregrina, quæ motione exprimitur et discutitur: at caliditas mari innata, à uentis excitatur magis aliturq́;? At quòd mare calidũ sit, & frequẽs scintillatio eius, & quòd glacie, quantũuis sit terreum & graue, non concrescit, testatur.*

Quòd hyeme mare non sit adeò amarum. IX.

Q V A R E *mare hyeme minus amarũ gustu deprehenditur?* Hoc enim à Dionysio, *qui de aquæductibus tractauit, scriptũ proditur.* Quòd *uerò non omnino expers sit & indigẽs dulcedinis amaritudo maris, numerosa illa quæ influũt in mare flumina efficiũt: sol autem dulcedinem, & id quod potabile propter leuitatẽ in superiores tendit partes, exugit, atq; id æstate uehemẽtius. Cæterùm hyeme, cum leuius istud propter æstus absentiã à sole perstringitur, dulcedinis portione bona in illo relicta, amarum immodicè illud & medicamẽtosum tẽperatur.* Hoc *autẽ et paulo minus potabilibus aquis cõtingere solet.* Etenim *per æstatẽ leuissimo illo & dulcissimo quod in se habẽt, ab æstu discusso, improbiores euadũt. Secus per hyberna tẽpora se habent.* E*ffluit enim noua & recẽs, ueluti ex fontibus feritur: cuius & mare particeps fieri, quum & cõtinuò agitetur, & tanta fluuiorum uis se continuò in illud eiuant, credibile est.*

Vinum marina dilutum melius euadit. X.

QVARE *uino adfundunt marinã, & piscatoribus oraculum datum aiunt, quod iubet Bacchum in mare mergendum: qui uerò procul à mari habitant, gypsum è Zacyntho torrentes inijcere consueuere? An quòd calor aduersus præfrigerationẽ prosit? An quia illã maximè à uino extrahit, & extinguẽdo uires eius minuit? An quòd aquosum flatuosumq́;, quod uino admixtum, & periculosissimæ mutationi obnoxium est, sistit, terreasq́; partes, quæ adstringi facilè solẽt, attenuat? Sales autẽ et marina quũ id quod in uino extraneũ & superfluens est, attenuẽt, eliquentq́;: tum neq; odoris infacetiã, neq; corruptionẽ gigni ullã in uino sinunt. Accedit ad hæc, quòd quicquid terreũ crassumq́;, id grauioribus ceu implicatum deorsum trahitur, & sedimen fecemq́; in fundo construens, uinum perpurgatum relinquit.*

Nauseabundi qui mare nauigant. XI.

QVARE *uomitant nausea correpti magis qui mare, quàm qui flumina, etiamsi nulla tempestas sit, nauigant? Nauseam, præter reliqua, maximè ex sensibus odor, ex animi perturbationibus pauor creãt. Nam qui periculi imminentis cogitatione tãguntur, tremunt horrẽtq́;, & aluus his humectior euadit. At qui in fluuijs naui uehũtur, nihil horũ percipiunt. Olfactus enim humanus ad dulcem & potabilẽ aquam cõmodè adsueuit: ipsa quoq; nauigatio ab omni periculo libera est. In mari se omnia aliter habent. nam odorem propterea, quia non adsueuere, peßimè ferunt: & in præsenti quanquam periculum nullum, metu tamen uenturi casus terrentur. Quã ob causam exterior tranquillitas nihil planè profuerit, quum anima motionibus agitata, ipsa deinde corpus uexet, & perturbationes concitet.*

Oleum mare translucidum & pacatum facit. XII.

Quare

QVARE, *cum in mare oleũ funditur, ipsum & dilucidũ & tranquillum euadit? Vtrũ spiritus (hæc est autem Aristotelis sentẽtia) à leuitate excidẽs, neq; ictum neq; agitationem parit? An hoc ad exteriores rationes probabiliter ab eo dictũ est? Verùm cum urinãtes, ut adserunt, oleũ ore cõtinent, quod in fundo lucis & perspicuitatis causa cũ flatu expuant, nemo his è spiritus lapsu causam dicere potest. Quã ob causam considerandum tibi est, num mare, quũ sit terreũ et inæquale, propter densitatẽ oleũ extrudat & dissipet, atq; cum in sese redit & concurrit, exigui meatus, qui intermedij relinquũtur, efficiant, ut & oculis lucida uia & perspicuitas tribuatur. An aër, qui mari cõmiscetur, propter caliditatẽ lucidus est, turbato autẽ illo & inæqualis & obscurus euadit? Quum itaq; oleum sua densitate inæqualia læuiget, rursus ad æqualitatem & perspicuitatem redit.*

Retia piscatorum hyeme magis quàm æstate putrent. XIII.

QVARE *piscatorum retia hyeme magis quàm æstate putredinem sentiunt, quum reliqua per æstatem huic malo sunt magis obnoxia? Vtrũ, ut Theophrastus cẽset, calor à frigore suppressus et subiectus, introrsum arctatur & cogitur, & ob id, quæ in ipso maris fundo sunt, nõ aliter ac in terra fieri solet, calidiora efficit? Hinc & fontana per hyemẽ tepidior plerũq;: quin etiã lacus & flumina per idẽ tẽporis in frequentiores uapores soluuntur. Etenim in profundo cõclusus est à uincẽte superãteq; frigiditate calor. An putrefactio quidẽ nõ ob id cõtingit? uerùm cum aqua rigidior est, & in glaciẽ ui frigoris cõcrescit, exsiccata retia à procellis magis atteruntur, quare corruptioni & putrefactioni propè æqualia patiuntur. Etenim ut arcuũ nerui cum acrius cõtenduntur, disrumpũtur: ita & retia hyemis tempestate*

pestate rigida, cum turbatius mare esse solet, plerunq; magis laborant. Qua de causa & colorum tincturis illa condensare constringereq;, ueriti scilicet ne dissoluantur, pergunt: quum tamen non ignorent, ad fallendos pisces, multò, si neque tingantur neque liniantur, esse magis accommodata: utpote quum aëris quendam colorem, & qui planè in mari fallere poßit, linum repræsentet.

Cur pluuiæ fœno obsunt. XIIII.

QVARE *apud* Dorienses *nõ cõmoda fœni solet esse cõuectio, aut quã ob causam cum pluuium est cœlum, fœnũ haud bene cõportatur? Etenim cũ adhuc uirescit, neq; siccatum est, meti solet: qua de causa cum humectum euadit, cõputrescit. At segetes ante messem cum pluuijs rigantur, non mediocrem aduersus calidos austrinosq; flatus opem reperiunt. nam hoc modo fructus in spica iam conformatus constitutusq;, cõcrescere & densari nõ permittitur: uerùm concretio illa explicatur, & à calore dissoluitur, nisi terra rigata, humiditas spicam frigidiorem aquosioremq; reddat.*

Triticum cur pingui, hordeum uerò tenui agro gaudet. XV.

QVA *de causa tritici ferax est pinguis et solidus ager: tenuior autẽ terra hordeum magis profert?* An *quòd semina illa quæ ualẽtiora sunt, alimẽto pluri & copiosiore egẽt: imbecilliora uerò tenui leuiculaq; contenta sunt?* Hordeum *autem imbecillius rariusq; est tritico: qua de causa neq; alimentum copiosum graueq; sustinere potest.*

Triticum in luto, in puluere hordeum seri oportere. XVI.

QVARE *triticũ in luto, in puluere uerò hordeum serendũ esse aiũt?* An *quia illud alimẽto, ut paulò antè diximus, copiosiore plenioreq; opus habet: hoc autem ubertatis & uligin*

& uliginis est impatiens? An quòd densius lignosiusq; triticum in locis humectioribus mollius laxiusq; redditũ, speciosius crescit: hordeo uerò, quia rarius est, ager siccior accõmodus & utilis ab initio existit? An quòd calor ad temperamentum, nequid noxiæ hordeum admittat, cõsentiens faciat? etenim frigidius hoc est. An quia uerentur, ne dum triticum in sicco triturant, in id formicæ impreßionẽ, ut solent, faciant: hordeum, quoniam & grauius est, & portatu difficilius, minus impetere solent?

Pili ex equorum caudis aptiores ad funiculos piscatorios, quàm equarum. XVII.

QVARE *in funiculos piscatorios, ὀρμίας Græci uocant, setas ex equorum, quàm ex equarum caudis malũt? An propterea quòd fœminis mares, ut in reliquis omnibus corporis partibus, ita quoq; in pilis firmiores multo sunt? An quòd lotio frequenter rigatæ & conspersæ, deteriores equarum setæ reddi existimantur?*

Loligo apparens & Polypus, tempestatis indiciũ. XVIII.

QVARE *cũ loligo apparet, magnæ tẽpestatis indiciũ est? An quia omnia mollia, propterea quòd carne nuda teneraq; sunt, utpote neq; testa, neq; cute, neq; squama uestita (quicquid enim illis duri & osseum est, id totum intus habẽt: qua de causa & mollia nominari meruere) rigoris perquã sunt impatientia? At ista quia faciliter à tempestate afficiuntur, citò illã uenturã præsentiũt. Hac eadem de causa cum polypum in terram recurrere, & calculos flagellis cõprehendere cõspexeris, uentorũ, quanquã nondum flatũ ullum animaduertere licet, tibi certum sit indicium. At loligo, quòd carnem habet in primis mollem, & attritu facilẽ, propter frigus & maris conturbationes è fundo exilit.*

Mollia, μαλάκια uocata piscium genera, frigoris & turbationis impatientia.

Polypus cur colorem mutat. XIX.

Quare

QVARE *polypus colorem uariat? An quòd, iuxta Theophrasti opinionẽ, animal est natura timidũ? itaq; cum perturbatur, cõmoto spiritu colorẽ instar hominis cõmutare cõsueuit. Hinc illud quod dici solet, profectũ est:* Nanq; *mali color immutatur.* An Theophrastus *satis quidem probabiliter, quod ad mutationẽ attinet, explanauit: ad similitudinis uerò expreßionẽ non omnino satis?* Etenim *colorẽ mutat, sed tamẽ in hunc modum, ut quibuscunq; se applicuerit petris, has colore imitetur.* Ad quod *uidetur respexisse* Pindarus. *Marinæ, inquit, beluæ colori mentẽ in primis adaptãs, omnibus ciuitatibus te accõmoda.* Et Theognis:

Sit tibi mens polypi, uario qui corpore petras
Quas capit, adnatans, hasce colore refert.

Tali quoq; ingenio præditos esse perhibẽt, qui uersutia & calliditate facilè exuperãt cæteros, quiq; latendi & fugiẽdi artes non aliter ac polypus callẽt omnes. An *queadmodum nos uestitu quolibet utimur, ita is colorem quem uelit facilè induat?* Vtrum *uerò timorẽ tanquam affectionis quidẽ principiũ rectè* Theophrastus *coniectauit: quæ uerò ad causam propriè spectant, in alijs inuestiganda sunt?* Itaq; *ad* Empedoclem *animum conuertens, uide quæso quid is dicat:*

Noscens *defluxus rerum quæcunq; creantur.*

Non *enim ab inanimãtibus duntaxat & plantis, nõ à terra mariq; solùm, uerumetiam à saxis, ab aëre, à ferro continuò multa defluunt.* Eius *rei signũ est, quòd paulatim uitiantur, pereuntq; omnia.* Fluunt *enim perpetuò & intereũt.* At *defluxionibus ipsis attractiones impreßionesq; moliuntur, cũ ij quidẽ harum implicationes, alij ictus, alij uerò impulsiones circũductionesq; substituũt.* Maximè *uerò à petris littoralibus, cũ à mari alluẽte rigãtur lauanturq;, frusta multa & fragmina exilia cõtinuò defluunt, quæ alijs atq; alijs coloribus*

loribus insignia, nō ad quodlibet corpus applicari possunt. Nā quæ meatibus densiora sunt, propterea quòd recipi per illos nequeunt, ab ijs dilabūtur: quæ uerò rariores eos habēt, illos sanè subingrediūtur. Iam uerò polypus carne planè foraminosa, meatibusq; pluribus distincta, atq; ob id defluxionū capax conspicitur, atq; cū timore percellitur, spiritu mutato fugiēs, ubi applicuit alicubi corpus, & coniunxit, defluxionibus quæ uiciniores fuerint, ad se receptis & attractis, his se planè tegit. Nā asperitudo cū mollitie cōiūcta, flagella ad particulas quæ inserūtur extēdit. Hinc, quòd nō dißipantur hæ, sed coaceruatæ simul in corporis superficie hærēt, colorē proximæ cuiusq; rei repræsentant. Clarū autē eius rei indiciū est, quòd, nisi in timore, affectioni huic non est obnoxius polypus: neq; Chamæleon etiā unquā albū colorē induit. Quāobrē uterq; illas tantùm defluxiones admittit, quæ poris suis cōuenientes & respondentes existunt.

Aprorum lacryma dulcis, ceruorum salsa. XX.

QVAM ob causam suum agrestium lacryma dulcis, ceruorū autē & salsa & improba? Horū certè causa est animantium istorum calor frigusq;. Etenim ceruus natura frigidus est: ex cōtrario aper animal est feruidum et æstuosum. Quam ob rem ille fugax est, sus uerò contra insectantem se defendere non ueretur: quo tempore, quia exardescit in furorem, lacrymā quoq; fundit: nam plurimo calore sursum in oculos, ut dictum est, sublato,

Erigit & setas, & flammas lumine spargit.

& quod tum eliquatur, dulce reddi par est. Sunt quoque nōnulli, qui ut à lacte serū, sic à sanguine turbato lacrymas prolici putarūt: in qua sentētia & Empedoclem esse uideo. Quandoquidem ergo aprorum sanguis & crassus & ater ui caloris existit, ceruinus uerò tenuis & aquosus: merito id

quod

quod in furore & trepidatione alterutrius excidit, eiuscemodi quoque habetur.

Sues uillaticæ sæpe, syluestres rarò pariunt. XXI.

CVR scrophæ siue clemētes porcæ & sæpius & alijs atq; alijs anni partibus fœtæ sint, quum sues ferè omnes & semel tantùm quotannis, & propè circa idem tempus, nimirum cum æstas appropinquat, pariant: quod & uersiculus iste, qui uulgò dicitur, comprobat:

Amplius haud pluit, ut fœtum sus edit agrestis.

An ob cibi copiam? etenim satietatis comes Venus est: quoniā ex alimenti ubertate excrementū genitale & plantis & hominibus sufficitur. At uerò sues quæ mansuetæ non sunt, nō tantùm sibi ipsæ uictum comparant, sed timore occupati facere hoc coguntur, quum interim scrophis, quæ domi aluntur, omnibus horis cibus partim quem natura suppeditat, partim qui à subulcis apparatur, suppetat. An id in ocij exercitijq; rationem conferendum est? Nam illæ pigritia segnes, à subulcis non latè pabulandi causa uagantur: porrò hæ per montes & inuia errātes, cum perpetuò cursitant, quicquid excrementi è cibo restat, facilè discutiunt, & in corporis molem absumunt. An ob id, quòd simul & gregatim cum fœminis mares educati, uenereorum memoriam inuicem sibi excitant, & appetitionem eliciunt? nō aliter atq; Empedocles in hominum genere id fieri solere asserit:

Hinc hominum generi ex aspectu nascitur ardor.

A feris autem, quia non gregatim, sed sparsim uictum quæritant, quod amorem conciliare solet, abest: & quia rarius commiscentur, omnis appetitus Veneris obtunditur extinguiturq;. An uerum est, quod Aristoteles ab Homero aprū χλεύνην appellari censet, quòd altero testium careat? fieri enim ex attritione (paßim enim se truncis arborum affricat) uti

cat) uti testiculi eius collidantur.

Vrsi manus carnem cur dulcißimam habeat. XXII.

C V R *ursi manum dulcißimam, & carnem illam esui gratißimam esse perhibent? An propterea, quòd corporis partes quæcunque alimentum bene coquunt, carnem in primis suauem habent? At uerò optimè concoquit, quod digerit commodè: digerit uerò commodè, quod continuò agitatur, exercitaturq́;. Vrsus autem quum pedibus anterioribus non incedat, & currat duntaxat, uerùm his ut manibus in comprehendendo utatur, fit ut eam corporis partem plurimum mouendo exerceat.*

Vernum tempus indagini ferarũ minus aptum. XXIII.

C V R *ueris tempestate difficulter feras indagare licet? Vtrum canes, ut ait Empedocles,*

Naribus indagando ex corpore frusta ferarum,

defluxiones, quas in syluis paßim feræ relinquunt, excipiant? has uerò stirpiũ fruticumq; halitus per uer frequentes obscurant confunduntq́;, & sensum uehementia uerberantes, ne feras de odore deprehendere poßint, conturbant, atq; ita canes in errorem inducunt. Hac de causa circa Aetnã montem neminem in uenationem incumbere perhibent: quia cõtinuò istic prata collesq; ut in uiridario flores extrudunt: & odoris suauitas circunquaq; se diffundens, halitum ferarum intercipit. Extat & fabula, à Plutone Proserpinam istic flores legentem raptam: quare præ loci (qui tanquam asylũ quoddam sit) ueneratione neminem istic animantia quæ ibi pabulantur, uiolare audere.

Plenilunium indagandis feris incommodum. XXIIII.

Q V A R E *circiter plenilunia ferarũ uestigia indagine persequi haud facile est? An ob eam ipsam causam, quam modò recensuimus? etenim copiosiorem luna cum plena est,*

rorem creat. Quam ob rem Alcmam rorem affatus, Iouis Lunæq; filiam illam uocat: O Iouis & almæ Lunæ filia Ros pascendo adsis. Etenim ros pluuia quædam est, sed debilis & exigua: quemadmodum quoq; Lunæ calor imbecillus est. Quare instar solis quidem illum de terra sursum trahit, uerùm in altum rapere non satis ualidè potest, sed ut demittat rursus oportet.

Ros hybernus, hoc est pruina, indagationem difficilem reddit. X X V.

C V R *cum per frigora ros cadit, ferarũ indagatio difficilis existit? An propterea quòd cùm non longè à lustris, frigoris uitandi causa, feræ abscedunt, nulla de se indicia præbeant? Quamobrem pleriq; illas à proximis abstinere locis adserunt, neq; in pastum uastius excurrere, ne dum longius per hyemem errant, in calamitatem aliquam grauiorem incidant. An quòd indagantibus feras canibus, locorum uestigia obseruauisse satis non est, sed & odorum halitus requiruntur? at ij nisi suauiter à moderato calore laxati solutiq; sint, dispergi nequeunt. Eosdem autem frigus uehementius compingens, nec fluere, nec ad sentiendi instrumenta surrepi patitur. Hac eadem de causa neq; uina neq; unguenta per hyemem tam esse redolentia ferunt. Etenim aër frigore concretus, halitus eorum claudit, & dißipari prohibet.*

Bruta cùm ualetudine laborant, sua quærunt remedia. X X V I.

C V R *bestiæ cùm incommodis adficiuntur, facultates à quibus auxilium expectant, quærunt & explorant? ut canes nausea correpti, cum bilem per uomitum expellere conantur, gramen appetunt. sues ad fluuiatiles cancros properãt: quos ubi deuorauere, dolor capitis, quo torquebãtur, tollitur. testudo, gustata uipera, origanũ rodit. ursus (ut aiunt)*

lang

languidus formicas lambendo mandit, atq; eo remedio malũ abolet. Atqui hæc quidem neq; experimentis neq; casu aliquo docti cognouere? An quemadmodum faui apes, cadauera uultures, quãuis remotos odore ad se trahunt alliciuntq;: ita quoq; cancri sues, origanum testudinem, ursum formicæ, & conuenientibus quibusdam & natiuis odoribus fluxionibusq; trahunt: cogitatione autem, quæ sensu utilitatis ratione suscipitur, non tanguntur? An quòd corporũ temperamenta, acredines, dulcedines, aliasq; insolentes & alienas humoribus mutatis qualitates, uarias & diuersas appetitiones animantibus, unde ægrotare contingit, pariant? Perspicuũ id est in grauidis mulieribus, quibus & lapides & terrã præbẽt. Et medici qui paulò urbaniores sunt, ad eos, qui fastidio ciborum laborant, homines gulosos & corpore ualentes adducere consueuerunt. Traditum à Mnesitheo medico, eum qui ab initio inflammationis pulmonum cepas concupierat, ex morbo seruatũ: qui uerò ficus optabat, interijsse, propterea, quòd appetitus ipse temperamẽta, temperamenta uerò affectiones sequantur. Idcirco uerisimile planè est, quotiescunque feræ nõ in exitiales & extremos incurrũt morbos, eiuscemodi affectione temperamentoq; pollere, quibus ad salutaria appetitui sibi conuenienti auxilia & ducantur & agantur.

Mustum frigori expositum, dulce diu permanere. XXVII.

CVR *mustum, cùm frigus dolia quibus continetur occupat, dulce diu permanet? An quia musti concoctio in uinosam qualitatem mutatio quædam est? Frigus autem concoctionem, utpote quæ à calido fit, prohibet. An è contrario naturalis & proprius uuæ succus dulcis est, quam ob rem cum dulcedinis particeps fit, maturescere dicitur? At frigus quum difflationem intercipiat, calorem qui in musto*

est conseruat, & discuti non sinit. Atq; hæc quidem eadem est causa, quòd cum per uindemiam pluit, mustum minus ferueat. feruor enim à calore procuratur, frigus autem uim caloris cogit, & ut se contrahat, facit.

Vrsus incidens in casses, eos minimè arrodit. XXVIII.

QVARE *præ reliquis feris ursus minimè casses rodit, quum & uulpes & lupi dentibus eos lacerent? Vtrum quòd profundius dentes illi constituti, lina uix queunt arripere, & labra quoq; crassa grandiaq; obstant, quò minus dentibus ad ea pertingat? An quòd manibus expeditior, diuellere potius plagas, & disrumpere conatur? An quòd & manibus & ore simul utitur, quum illis perrumpere lina, hoc uerò se à uenatoribus defendere contendit? Cum uerò nulla ratione se iuuari à corporis rotatione senserit, mauult rumpendis retibus totus incumbere (sic enim plerunq; & se euoluit & liberat) quàm dentibus uti.*

Aquas frigidas miraculo non esse, sed tantùm calidas. XXIX.

QVID *est quã ob rem aquæ frigidæ nihil mirabile habent, calidæ autẽ habent? Perspicuũ autem est, ut harum causa caliditas est, ita illarũ frigiditatem esse. Non enim, ut quidam arbitrantur, illa æstus est, hæc uerò caliditatis priuatio: quasi illius quod non sit, causa esse quod existit, uideatur: sed natura demirationem istam raritati adsignauit. Hinc quoq;, quæ rarius fiunt, magis cognoscere auemus.*

Altum uides & infinitum hunc æthera,
Et quam tenet complexus ulnis humidis.

Qualia per noctem spectacula præbent, qualem interdiu pulchritudinem, quam admiramur, dum naturam harum inspicimus, habent. Etenim & irides, & uariæ nubium picturæ, quæ bullarum instar, dum radijs nubes finduntur, ornata

sunt

ſunt, per diem conſpiciuntur.

Vites laſciuientes præ pinguedine terræ exareſcunt. XXX.

QVARE *uites cum nimia ubertate laſciuiunt, & minus feraces ſunt, & aliquando exareſcunt? cuius rei cauſam quidam in ſyderationis morbum referunt? An hoc eo modo fit, quo hirci cum pinguitudine nimia grauantur, minus ſunt fœcundi, & ad ſaliendum uix efficaces? Semen enim redūdantia eſt alimenti eius, quod in corporis appoſitionem alioqui cedere debebat. Itaque cum animal aut ſtirps cum corporis bona habitudine pingueſcit, & plena fit, indicium eſt quòd nutrimentum in ſe conſumat, neque ex eo quicquam omnino ſuperfluere: aut ſi quid redundat, id & exiguum & ignobile eſſe.*

Vitis uino rigata areſcit. XXXI.

CVR *uitis uino, quod tamen in primis ex ſe ſibi familiare habet, rigata areſcit? Vtrum quemadmodum in ebrioſis, calore uini humorem capitis diſcutiente, caluitium accedit? An calidum natura putrefactionem molitur? Nam, ut ait Empedocles:*

Vinum eſt putreſcens ſub ligni cortice lympha.

Itaq; cum adfunditur extrinſecus plantæ, ignis uim in uitem exerit, & nutrientis humidi facultatem exurit omnem. An aſtringendi poteſtate præditū, cum penetrarit ſe in radices, neq; floridam, & quæ alioqui liberaliter creſcit, ſtirpem, aquam ingredi patiatur? An quòd id uiti præter naturā ſit, ut quod ex ea manauerit, in ipſam rurſus recipiatur? Nam humor qui in ſtirpe florenti exiſtit, alere quidem poteſt, uerùm poſtea neq; apponi, neq; pars eius amplius fieri.

Palma arborum una contra pondus adſurgit. XXXII.

*CVR *inter omnes arbores ſola palma contra impoſitum onus adſurgit? Vtrū quòd ignea & ſpirabilis facultas,*

*Hucuſq; Aldinum exemplar ſumus ſecuti: quæ ſequuntur, ex Mediolaneuſi ſunt exēplari.

qua maximè pollet, cum tentatur & irritatur, ſeſe exercens magis & magis erigit? An quoniam pondus ramos ſubitò urgens, aërem omnem qui in his eſt, oppreſſum cedere retrò cogat, qui deinde reſumptis paulò uiribus, aduerſum onus acrius rurſus inſtat? An molles & teneræ uirgæ impetū non ſuſtinentes, cum onus quieſcit, paulatim ſe erigunt, & ſpeciem, quaſi contra illud adſurgant, præbent?

Aqua de puteis hauſta minus alit, quàm cœleſtis aut fontana. XXXIII.

QVARE *aqua de puteis hauſta minus alit quàm quæ de fonte aut cœlo manat? An quia frigidior magis ſit, & parum quoq; aëris habeat? An quòd ſalis multū immixta ſibi de terra habeat: ſal autē maciem, ſi quid aliud, facit? An quòd pigra, nec curſu exercitata, qualitatē aliquam malā adquirat, quæ ſtirpibus & animantibus contraria, in cauſa eſt quòd nec bene concoquatur, nec nutrire quicq̄ poßit. Hinc & ſtagnātes aquæ minus probæ cenſentur, ꝙ iniurias quas uel ab aëris mala qualitate, uel à terra accipiūt, digerere nequeant.*

Zephyrus uentorum omnium celerrimus. XXXIIII.

CVR *Zephyrus uentorum omnium celerrimus uulgò fertur, &* Homerus:

Nos quoq; cum Zephyri curramus flatibus unà.

An quòd aere perpurgato, & minimè nebuloſo, flare ſoleat? Aëris enim denſitas & impuritas uentorum curſum nō mediocriter impedit. An quòd ſol radijs ſuis flatum frigidum perſtringēs, quò uelocius feratur, autor eſt? Quicquid enim frigidi uentorum ui contrahitur, id à calore ueluti hoſte ſuperatum, longius & citius propelli credendum eſt.

Apibus fumus hoſtis. XXXV.

CVR *apes fumum ferre nequeunt? Quòd meatus ſpiritus uitalis ſanè quàm anguſtos habeāt. At is fumo interceptus & concluſus, angit, & propemodum ad mortem apes*

adigit

adigit. An acredo amaritudoq; fumi in causa est? gaudent enim dulcibus apes, neq; alio nutrimento aluntur: itaque, ut contrariam & noxiam rem propter amaritudinem, fumum detestantur. Qua de caussa mellarij cum fumum abigendis apibus faciunt, amaras herbas, ut cicutam & centaurium, incendere solent.

Apes aculeo in mœchos sæuiunt. XXXVI.

CVR *apes citius pungunt, qui stuprum dudum fecerunt? An quòd animal est munditiæ & elegantiæ perquàm studiosum: præterea olfactus sensu ualet plurimùm? Quum itaq; impuri cõgressus propter impudicitiam & immoderatam libidinẽ soleant esse immũdiores: & citius ab apibus deprehẽduntur, & odiũ uehementius aduersus illos concipiũt. Vnde apud Theocritũ iocose Venus ad Anchisen à pastore ablegatur, uti apum aculeis propter adulterium cõmissum pungatur.* - *Te confer ad Idam,*

Confer ad Anchisen, ubi quercus atq; cypirus
Crescit, apum strepit atq; domus melliflua bombis.

Et Pindarus: Paruula fauorum fabricatrix, quæ Rhœcum pupugisti aculeo, domans illius perfidiam.

Canes relicto homine lapidem insectantur. XXXVII.

QVARE *canes relicto homine qui iecit, lapidem morsu insectantur? An quia neq; cogitatione comprehendere quicquam, nec reminisci (quibus solus homo uirtutibus ualet) potest? itaque quum mente non discernat à quo iniuria fuerit illata, id tantùm quod ob oculos minaciter uersatur, inimicũ esse existimat, deq; eo uindictã sumere parat. An lapidem, dum per terrã mittitur, feram aliquã esse autumãs, pro ingenio hanc prius capere conatur, deinde cũ uiderit se opinione sua frustrari, hominem rursus inuadit? An quòd & id quod missum fuerit, & hominem ipsum æqualiter odit, & id*

quod proximius eſt, inſectatur.

Lupæ omnes certo anni tempore pariunt. XXXVIII.

CVR *lupæ certò anni tempore omnes intra* XII *dies pariunt? Antipater in libro de animalibus, partũ lupas proijcere adſerit, cum glandiferæ arbores florem abijciunt, quo guſtato, uteri illarum reſerantur: cum eius copia non eſt, partum in ipſo corpore emori, nec in lucem uenire poſſe: præterea regiones illas à lupis non uaſtari, quæ glandium quercuumq; feraces non ſunt. Quidam ad fabulam* Latonæ *referunt, quæ cum uterum ferret, nec uſpiam tuta præ* Iunone *eſſe poſſet, duodecim diebus, quibus in* Delum *proficiſcebatur, in lupum à* Ioue *mutata, ut deinceps omnes lupæ eo ipſo tempore parere poßint, impetrauit.*

Aqua in ſuperficie alba, in fundo nigra. XXXIX.

CVR *aqua in ſumma parte alba, in fundo uerò nigra ſpectatur? An quòd profunditas nigredinis mater eſt, ut quæ ſolis radios prius quàm ad eam deſcendant, obtundat & & labefactet? Superficies autem, quoniam continuò à ſole afficitur, candorem luminis recipiat oportet. Quod ipſum &* Empedocles *approbat.*

Et niger in fundo fluuij color extat ab umbra,
Atque cauernoſis itidem ſpectatur in antris.

An limo plerunque oppletus fluminum marisq; fundus, talem de ſe colorem per ſolis reflexũ parit, quali utiq; is præditus eſt? An probabilius eſt, aquam minimè, quæ illis eſt, puram & ſynceram eſſe, ſed terrea qualitate (utpote quæ continuò, quà currit uel agitatur, aliquid ex ea aduehat) imbutam, cum ad fundũ reſidet, turbidiorẽ & minus perſpicuã effici?

VTR

VTRVM AQVA AN IGNIS SIT VTILIOR, PLVTARCHI ELEGANS LIBELLVS.

G. LONGOLIO INTERPRETE.

PINDARVS *nihil aqua præstantius esse censuit: aurum uerò cum igne cõferens, ex cõtrario posteriores huic defert. Cum illo autem cõsentaneum est, quòd ab Hesiodo Chaos ante omnia extitisse cõmemoratur: maximè autem quum nihil aliud Chaos, atq; aquam, plurimi interpretati sint. nã παρὰ τὴν χύσιν, quòd & fluere, & fundi poßit, dictum est. Sunt autẽ in eam cõtrouersiã testimonia utrinq; quidem æqualia. Videas enim plerosq;, qui ignẽ uniuersitatis principium & tanquã seminariũ quoddam, quod ex se cuncta creare, & rursum ad se recipere & adsciscere ui flãmæ ualeat, posuerũt. At nos, autoribus prætermißis, rationes ipsas, utram in partẽ grauiores, nobisq; probabiliores sint, cõtemplemur. Principiò perspicuum esse atq; inter omnes constare uideo, illud altero utilius & præstantius esse, quo & plurimùm utimur, & cõtinenter atq; perpetuò opus habemus, neq; carere possumus: nõ aliter ac instrumẽtum atq; supellex: quemadmodum illum etiã amicum nobis esse ducimus atq; existimamus, cuius animũ erga nos omnibus horis, omni tempore propensum perspicimus. At ignis sæpe molestus, sæpe à nobis reijcitur: tantum abest ut cõtinuò accõmodatus esse poßit. Aquam uerò rursus cõtemplere: huius usus non æstate modò, sed & hyeme necessarius: ex hac non minus ægri, quàm qui integra ualetudine sunt, usum capiunt: hæc noctu, hæc interdiu utilis: neq; ferè*

Pro aqua cõtra ignem.

unquam tẽpus est, quo humana uita carere aqua poßit. quapropter uita functos Græci ἀλίβαντας, quasi dicas sine fonte, sine humore, quòd scilicet eo iã priuati, atq; ob id mortui sint, nominarunt. Atqui sine ignis usu multa quandoq; fuêre: uerùm tu mihi nullum, ut opinor, tempus memoraueris, quo sine aquæ usu mortalibus uitam degere licuit. Nam ab initijs, & ueluti ab ipsis humani generis radicibus, id præstantius utiliusq; iudicatum est, quod reliquis quæ temporis ordine posterius sunt inuẽta, prius usurpatũ fuit. Porrò manifestum est ipsam aquã naturæ donum esse, & quidẽ necessariũ: quum interim ignẽ hominũ certamina mahinationesq; præter necessitatẽ omnẽ reperêre. Itaq; neq; Deorum neq; Heroum ueterum illorum quisquam inuentionem huius sibi sumere potest. Quando enim illa esse apud homines cœpit, dicas mihi uelim. Protinus creatis omnibus extitit & illa, & ut porrò procreari possent omnia, adiumentũ attulit. Interim uerò ignis heri & nudiustertius, ut dicitur, à Prometheo inuẽtus est: ita tamen, ut absq; aqua uiuere & perdurare haudquaquam poßit. Neq; enim falsum, neque poeticum cõmentum istud esse, uictus noster demõstrat. Est enim genus hominum, quod præter omnẽ ignis usum, sine domo, sine lare, sub dio quæ ad uictum pertinent, quærit. Et Diogenes cognomento Canis propè nunquã igne utebatur. Hinc cum aliquãdo crudum deuoraret polypum: Tantum, inquit, uobis ô ciues sum præstantior. At absque aqua neq; cõmodè, neq; omnino uiuere licet. Sed quid minuta ista argumenta anxiè ab hominis natura & conditione, qui soli ignẽ nouerunt, colligo? quum lõgè plura sint, ne dicã propè infinita animantium genera, quorũ uictus, alimenta, uita, siue humi pascantur, siue uolitent, siue serpant, extra ignem omnem habẽtur. Vescuntur autẽ partim radicibus, partim

fructibus,

fructibus, partim carne, neq; adhæc ignem quispiam desiderare illa dixerit: uerùm sine aqua neq; terrestre, neq; aquatile, neq; uolatile ullum uiuere posse, perspicuum est. Nam quòd è carne uescentibus nõnulla bibere negat Aristoteles, est quidem ut ille inquit: interim tamen illa re uera uictu humidiore uti, nemo puto inficiari poterit. Statuamus itaque illud utilius, sine quo nullius animalis natura consistere & permanere queat. Relictis autem his quæ cibum capiunt, ad esculenta, ueluti herbas & fructus, sermonẽ traducamus. At quibusdã ex his neq; quicquã omnino calidi inest: quædam uerò si quid illius habẽt, id sanè quàm exiguum & obscurum existit. Quid dicam aut enumerem singula, uinum, oleum? quid illa omnia quæ per uindemiam legimus? quid ea quorum succum trahimus? ut taceam interim quæ ob oculos posita sunt, in quibus si quid ignis hæret, non potest tamen alimenti siccioris mutatio, putrefactio, & per corpus digestio, quã διάχυσιν Græci uocant, nisi ab humido fieri. Ad hæc maiorem adferre utilitatem id censendum, à quo neq; incommodi, neque detrimenti quicquam accipi potest: quo quidem nomine ut ignis propter perniciem pessimè audit, ita aqua planè est à culpa ista remota. Quinetiam cum duo nobis proponũtur, nemo illud magis prodesse, quod parabilius est, & sine apparatu aliquo magno de se usui est, inficiatus fuerit. Si quod ab igne emolumentum expectas, opus est impensa, materia opus est: quam ob rem eius copia maior apud diuites, quàm egenos: reges, quàm priuatã degentes uitam. At hac humanitate prædita est aqua, quòd ob æquabilitatem, qui istam quærunt, non instrumentis, non machinis indigent. Est enim eiuscemodi bonum, quod nullius auxilio, quo utilitatem adferat, opus habet. Iam quum id deteriori loco censeatur, quod commodum suum, quo

grandius

grandius copiosiusq́; fit, perdit: quis nõ uidet ex hoc genere ignẽ esse, qui uelut fera aliqua uorax rapaxq́;, quicquid in propinquo est, cõsumeret, si nec arte, nec uia intra modum, quo sit ad usum, coërceretur? aqua uerò quid habet metuẽdum? Præterea, ex duobus id, quod cum altero cõsociari potest, prodesse magis credendũ est. At cum humido igni neq; societas est, neq; si esset, utilitatis fructum præbere aliquem posset. E cõtrario, aqua etiã cum igne coniuncta, utilitatem habet. Nam aquæ quæ natura calent, & salutares sunt, & ad curationem morborum adhibentur. At humidum ignẽ, ni fallor, inuenire non licet. Illa uerò siue calida siue frigida sit, ex æquo tamen cõmodis nostris seruit. Porrò quum elementa bis bina numero tantùm sint: ex se quintũ, ut ita dicã, procreasse ipsa uidẽtur. Est id autẽ mare, & quidẽ certè reliquis omnibus, cum aliorũ, tum in primis cõmerciorũ gratia haud minus utile. Nam fuit uita nostra aliquando agrestis, & nulla rerum collatione mutua familiaris, cum elemẽtum istud quintum nos cõiunxit, & perfecta omnia reddidit. Etenim & suppeditatione bonorum, & mutua cõmerciorum pertractatione, hominum cõsociationem, cõmunitatem, & necessitudinem rectè instituit. Heracilti dictum extat: Nisi sol esset, profectò quidẽ esset nox. atq; ita nobis dicere conuenit: Nisi fuisset mare, nullum omnino esset animal, quod cum hominis feritate cõparari posset. Iã illud ab Indis in Græciam uites, ex Græcia frugum usum his qui trãsmarinas regiones habitant, ex Phœnicia quoq; literas, ut obliuioni per memoriam subsidio esse possent, conuexit. ita non modò uinum frugesq́; comportauit, sed & ab imperitia & ruditate genus humanum bona ex parte uindicauit. Ecquis ergo non præferat utilitatis ratione igni aquam, quum & ad elementa unum adiecisse uideatur?

AT in

AT in cõtrarium sermonẽ quispiã trãsferens, quatuor elementa à Deo tanquam architecto ad uniuersi fabricã ita constituta adserere potest, ut ex eo dissidio quo à se inuicem omnia dissidẽt, terra atq; aqua, quasi materia alijs subiecta, in hoc facta fabricataq; sint, ut præter id quòd & mũdi & ordinis partes sunt, nihil omnino generare, nihil proferre queunt, quod à reliquis nõ fuerit sibi impartitum. ita quum quadantenus mortua & sopita iaceant, aër & ignis tanquã effectores ac opifices, ad procreationẽ propè desiderari putati sunt. At inter ista quoq; duo principatum ignis obtinet: ignis est qui dominatur. Hoc quò perspicuũ tibi sit, fac quæso argumentis induci te patiaris. Terra enim si nihil caloris à natura suppetatur, sterilis & minimè fertilis iacet. Hanc ignis subiens, & per eam se diffundens, ad procreationem turgidam & cupidam reddit. Nam quid aliud quæso causæ est quã ob rem petræ & aspera montium saxa fœcunditatis damnentur, quàm quòd ignis aut in totum nihil habeãt, aut si quid habẽt, id oppidoquàm exiguum est? Ad summã, tantum abest ut ea quæ procreata sunt, aqua conseruet, aut noui aliquid per se gignat, ut interitus cuiusq; rei nihil aliud sit atq; ignis defectio. Calor enim est qui cuncta ut maneãt id quod sunt, & naturam suam cõseruent, efficit. non minus id de ipsa aqua, quàm cunctis alijs de rebus uerè dicitur. At eo abeunte putrescunt & intereunt cuncta. Mors enim est & interitus ut omnium, ita aquæ quoque, caliditatis desiderium. Cur uerò stagna, & aquæ pigræ, quæ ueluti carceribus clausæ, nullum quà fluant egressum habent, sed immotæ consistunt, improbæ & putridæ tandem euadũt? quòd scilicet nulla in eis agitatio motusq; existat, qui calorẽ uentilando excitet. Illum enim in aquis cum maximè fluentibus & agitatis conseruat, unde & illud uiuere dicere solemus.

Pro igne cõtra aquam.

mus. Quum igitur rationem adferemus, ob quam illud inter duo non utilius iudicandum sit, quod alterius causa, propter quam sit, quẽadmodum ignis aquæ causa est, existat? Quin etiam id ob cuius absentiã animal omnino interit, præstantius habendum. Perspicuum autẽ id est, quod cum eo priuatum fuerit, amplius esse nequeat: quare causa illius fuisse maximè uidetur. At humiditas etiam ipsis uita spoliatis adest, neq; ab ijs ex toto recedit. Non enim possent sanè humidiora corpora putrescere, nisi ipsa putrefactio mutatio quædã sicci in humidũ, aut potius humidorũ, quæ in carne sunt, interitus esset. At mors nihil aliud quàm extrema caloris defectio. Quã ob rem frigidißimi mortui, atq; adeò etiã insigniter sunt tales, ut aciẽ nouaculæ si quis tentet admouere, propter incomparabilem frigiditatem obtundant. Et in ipso quoq; animãtis corpore, quæ minimum habent caloris, sensu quoq; minus pollent: qualia sunt pili, ossa, & quæcunq; sunt à corde remotiora. Nam ad maiora ferè, quæ ex ignis sunt præsentia, discrimen cõstituitur. Et stirpes quidẽ cum fructibus, nõ humiditas de terra procreat, sed hæc cum calore se miscens, talia facit. Hinc aquæ quæ omnino caloris sunt expertes, aut perquàm parum, aut omnino non sunt feraces. Cæteroquin si natura sua fructiferæ forent aquæ, non esset ullum tẽpus, quo non ederent fructus. At uerò si alia quàm ignis principia quæramus, contrariè se habebunt, & noxiæ deprehẽdẽtur. Ad ignis autẽ usum, quà ignis est, opus aqua non habemus: obest enim hæc magis, nam & extinguit illũ, & destruit. Porrò aquæ in pluribus usus sine igne nullus est. Etenim cum calida fuerit reddita, utilitatẽ suam in multis diffundit: neq; magnopere etiam noxia esse potest. Quare è duobus iterum præstantius censendum est, quod omnem utilitatis fructum à seipso præbet, neq; alterius ope indiget. Iam

get. Iam uerò aquæ uſum uno duntaxat ſenſu, lauantibus ſcilicet, aut alioquin tangentibus nobis percipere licet: at ignis fructus per omnes ſenſus diffunditur. nam & tactu prodeſt, & uiſus quoq;, propter cõmodorum cumulum alios ad ſe rapit. Nam quòd aliquando ſine igne fuerit homo, id adeò à uerò abeſt, ut ne fuiſſe quidem homo unquam abſq; igne dici poßit. Etenim diſcrimina, ut in rebus alijs, ita quoq; in genere exiſtunt. Et mare caloris beneficio utilius quoq; redditum eſt, atq; hoc utilius, quo reliquis aquis calidius magis. nam niſi id eſſet, ab alijs omnino non diſcreparet. At qui extrinſecus admonitionem ignis deſiderare nõ uidentur, nõ ita tamen illi adfecti ſunt, quaſi nihil omnino igne opus habeant. Nam tanta in his eſt ignis facultas atq; abundantia, ut probabile ſit ignis uſum ſatis efficaciter in illis, ne aliunde expetant, redundare. Aqua uerò nunquã ita ſe habet, ut externis rebus nõ egeat. Interim tamẽ ignis, quia uirtutis multæ compos eſt, ſibi ipſi ſufficit. Quemadmodum enim dux præſtantior eſt cẽſendus, qui ciuitatẽ tali apparatu inſtruit, ut externos auxiliarios non expectet: ita quoq; elementum quod alijs auxilio uenit, ipſum ſibi nullum expetit, præſtare arbitrandum eſt. Hoc ipſum quoq; de alijs animantibus, quæ ignem deſiderare non uidentur, adſerendum. At uerò quiſpiam utilius è contrario illud adſerere queat, quo ſolo utimur, & quod rationis facultate tanquã præſtantius aliquod apprehẽdere licet. quid enim ratione utilius, aut apud homines magis charum? Verùm interim bruta animantia ab hac utilitate excluduntur. An tu itaque illud minus fructuoſum eſſe crediderıs, quod prouidentia melioris animantis repertum eſt? Age uerò, poſteaquã rationis mentionẽ fecimus, quid ad uitam humanam iuuandam artificio utilius præſtantiusq;? At omnes artes ignis inuẽnit: ignis etiam eſt

qui eas

qui eas cõſeruat.qua de cauſa Vulcanum ducem ijs præfe-
cerunt. Cæterùm exiguum temporis uitæ ſpatium nobis da-
tum eſt.nã ſomnus,ut ait Ariſton,tanquã publicanus, dimi-
dium huius ad ſe rapit.Ego uerò tenebras per noctẽ perpe-
tuò uigilare adſererẽ,ſi quis uſus eſſet uigiliarũ,& niſi nos
multorũ bonorum per diem ignis participes feciſſet,diſcri-
menq́; inter diẽ noctemq́; poſuiſſet. Itaq; quum nihil ſit uita
charius utiliusq́;,hanc uerò ignis non cõſeruet modò, ſed &
amplificet : quis dubitet igne nihil eſſe utilius ? Quinetiam
quod à ſenſuum temperamento plurimum ſumit, hoc utiq;
& præſtantius cenſendum eſt. Iam perſpicuum eſt, ſenſum
haud ullam quidem humiditatis portionem ſine ſpiritus &
ignis admixtione uſurpare.Ignẽ autem,ueluti qui uitale fa-
cit, quilibet ſenſus arripit : præ reliquis tamen hunc eximiè
uiſus,qui inter reliquos omnes facilè acutiſsimus (quũ ſit is
ueluti ignea fax,Deorumq́; fidẽ exhibuerit) iudicatur.Hoc
ipſo uiſu ad cœleſtes motiones animã noſtrã accõmodamus
& conformamus:quod à Platone ſcriptũ eſſe cõmemini.

QVOD MAGIS IN-
OPINATA, MAGISQVE MIRA-
bilia à Stoicis quàm Poëtis adſerantur, Plutarchi σύνοψις, hoc eſt,bre- uis & cõpendiaria contem- platio,G.Longolio interprete.

CAENEVS apud Pindarum cum ferro(quod uix cre
dibile eſt) lædi nõ poſſet,ſed corpus ita cõformatũ ha-
beret,ut nullis adfectionibus eſſet obnoxiũ:iuſtas luens pœ-
nas,ſub terras,quas pede recto fidit, inuulneratus penetra-
uit.At

uit. At uerò Stoicus Lapitha, ab ægritudinis uacuitate, tanquam ex adamantina materia fabricatus, non est inuulneratus, non à morbis liber & solutus, nõ expers doloris: uerùm interim nec terrore frangitur, nec luctu præditus est, in patriæ subuersione & mœroribus huiuscemodi adflictus licet sit, & uulneratus, sit cruciatus, inuictus tamen & inuiolatus permanet. Atqui Pindaricus Cæneus telis petitus, nõ uulneratur quidẽ: sed sapiẽs quẽ Stoici fingũt, carceri inclusus coërceri nullo pacto potest: ex alto præcipitatus, uim sentit nullam: tormentis coactus, cruciatibus nõ angitur: mutilatus, nõ læditur: inter luctandum prostratus, inuictus persistit: obsidione oppugnatus, non potest expugnari: uenditus ab hostibus, captus nondum est. in summa, nihil à nauibus illis differt, quibus inscribitur FOELIX NAVIGATIO, aut PROVIDENTIA CVRÁQVE SERVATRIX: interim tamen & hæ tempestatem sentientes, nõ raro colliduntur subuertunturq́;. In Euripidis tragœdia, ex debili & decrepito, precibus nescio quibus, derepente & annis & corpore firmus in bellum surrexit Iolaus. At Stoicorum sophos heri quidem perditißimus, & ualdè uitiosus, hodie nobis confestim compos fit uirtutis. Idem rugis palloreq; deformis, & ut Aeschyli uerbis utar, lumbifragus, incuruus, tristis inquam seniculus, actutum uenustus eleganti Deo similis & formosus euadit. Rugas, & caluitium, cæteraq; corporis uitia ab Vlysse abstulit Minerua, quò uenustate totus adflueret: at sapiens ille Stoicus, quanquam senio non careat, sed incommodis in dies magis magisq; adijciatur, corpore (si fortè sic est) curuato, edentulus, luscus, neq; deformis est, neq; pulchritudine & dignitate uultus notari potest. Nam Stoicorum amor, scarabeorum adiectioni est perquam similis. Etenim ut hi unguentis minus delectati, putida consectan-

tur: ita illi turpißimis & aspectu extremè deformibus adesse gaudent: quos deinde cum in uenustatem & pulchritudinem à sapientia uocatós uiderint, deuitant atq; detestantur. Apud Stoicos qui mane uel maximè extiterit uitiosius, pomeridianis horis probißimus spectatur. Si stolidus, rudis, iniustus, intemperans, imò uel seruus, uel inops, uel egenus cubitum eat: eo ipso die cum è lectulo surgit, surgit nobis rex, diues, beatus, temperatus, iustus, constans, mirabilis. Idem in corpusculo, non in quo tenera barbula pullulat, iamq; pubescenti, sed in imbecillo planè, inconstante, minimeq; uirili, molliculo animo, mentem absolutam, summam prudentiam, adfectionem diuinæ parem, scientiam ab opinationibus libeberam, & habitum à quo excidere non licet, consecutus: nihil amplius præterita calamitate inopiaq; angitur, sed derepente heros aliquis propemodum, aut dæmon, aut Deus ex bestia omnium peßima factus, & uirtutem ex Stoa adeptus, quæcunq; exoptauerit, adipiscitur. hæc opes, hæc regnum, hæc fortunam tribuit. hac qui præditi sunt, nullius egent, nihil desiderant: interim tamen domi ne unam quidem drachmam poßident. Nam poëtarum fabula cum id quod cõuenit, cum ratione custodit, nequaquã in his, quæ ad usus uitæ necessarios pertinent, Herculem indigere permittet: uerùm ueluti ex fonte, non illi solùm, sed & his, qui cum eo conuersantur, copiosè omnia manant. At qui Stoicam nactus fuerit Amaltheiam, Copiæq; cornu, etsi opulentus factus sit, aliarũ tamen mensarum assecla est. Hic rex est: sed interim syllogismos mercede retexit. Hic solus omnia poßidet: pro ædibus tamen, quas conductas habet, pensionem soluere cogitur: ne dicam quòd aliquoties farinam, quam à fœneratoribus mutuatus est, restituit, & subinde ab alijs poscit, qui eo non sunt ditiores. Rex Ithacensium Vlysses de industria latêre cupiens

piens, medico quamsimillimus uideri studuit: at nostrum ex Stoa sapientem audias subinde clamantem uociferantemq;: Solus ego rex, solus ego diues. mox illum ipsum si quæras, pro foribus alienis stantem, hæc loquentem audies:

Da pallium Hipponacti, ualde rigeo,
Et dentibus crepo.

DE TRIBVS REIPVB. GENERIBVS MONARchia, Democratia, & Oligarchia: hoc est, Regia, Populari, & paucorum potestate, G. Longolio interprete.

CVm disputationẽ hesterni diei, qua apud uos sum usus, in hoc iudicium afferre pararem: uisus sum mihi per somnium ciuilis uirtutis ad me loquentis uisum audire:

Aurea panguntur primordia carmine sacro.

Ac ita quidem ad politiam oratio per admonitionem conuersa: quoniam Attico quam polliciti eramus adhortando doctrinam exædificauimus, & nunc quoque ab illo suscepta rerum communium administratio est, quia hortatu & impulsu opus habet, à nobis præceptis Reipublicæ instructus habeat quibus (quatenus ab homine confici potest) & populi commodis in tranquillitate inseruiat, & ipse simul honore & iustitia ornatus, rem familiarem tueatur. Sed est quidem illud non alienũ ab ijs quæ postea nobis sunt dicenda: quòd uerò hactenus dictis consentancũ sit, id nunc uidendum est. Optima quidẽ mater est Resp. Quoniam autem uitæ humanæ non est genus unum, sic è Reip. generibus (est enim popularis politia uita quædam) optimã proponere ne-

cesse est. Quare uir politicus hanc deliget, aut ex reliquis illam quæ ad hanc proximè accedit, si prioris cõpos fieri nequit. Politia autem aliquando proborum hominũ in ciuitatem receptio nominatur. Hunc in modum publicis suffragijs Alexandro politiam Megarenses impartierunt. Hoc autem officij genus cum homini superbo risum cõcitaret, responderunt nullũ ante id temporis mortaliũ, præter Herculem, suffragijs cõmunibus ciuitate donatũ. Demiratus hoc Alexander, quod offerebatur (quia rarũ inter eximia collocandum arbitrabatur) accepit. Præterea hominis ciuilis, qui Remp. administrat, uitæ rationem politiam nuncupant: sic Periclis, sic Biantis politiã in laude ponimus: at Hyperboli & Cleonis uituperamus. Quinetiã pleriq; facinus aliquod in Repu. solerter, ingeniosè, præclarè factũ, uelut pecuniæ conficiendæ uias nosse, bellum extinguere, suffragiũ ferre, politiam esse dixerunt: quo pacto uulgò hanc aut illam hodie politiã, cum in negotijs quæ in Repu. necessaria sunt, occupatus aliquis sit, administrasse dicimus. Præter has autem significationes omnes, & statum & ordinem ciuitatis, quem in rebus gubernandis tenemus, significat. In hunc modũ tria politiæ genera constituimus, quæ à Græcis μοναρχία, ὀλιγαρχία, & Δημοκρατία, à nostris ferè regia uel unius, paucorũ uel optimatum, & popularis potestas nuncupantur. Quæ quidẽ quam habeant inter se comparationẽ, in tertio historiæ suæ libro explicuit Herodotus. Mihi certè uidentur esse Reip. summa quædam genera. Nam quemadmodum in musicis formulis, cum modi primi uel nimiũ remittũtur, uel intenduntur, subinde absurdas & discrepantes uoces (quòd modum uel non assequantur, uel transeant) audire contingit: ita quoq; in his fieri credendum est. Gentium autem imperijs potestates istas quamplurimum, & in primis quæ in his ualuêre, attribuunt

Politiæ dictio tria significat.

buūt. Nam regnū apud Persas collocāt: cui qui præerat, nulli obnoxius, per se poterat omnia. Lacedæmonij paucorū potestatem, sed optimatum, in qua unusquisq; pro suo arbitrio consultabat, præ reliquis delegerūt. Contenti uerò populari statu Athenienses, pro libertate ex legibus sui quodammodo iuris effecti fuere. In his autē omnibus cū error aliquis fuerit commissus, dum scilicet peruertūtur, & immoderatione efferuntur, nō iam amplius hoc nomine censendæ, sed tyrānides, dominationes, plebis uiolenti in agendo conatus appellandæ sunt. Nam cum regnū iniuriam, quæ se compesci nō patitur, paucorū uerò potestas arrogantiā, & popularis status quiduis agendi licentiā, deinde æqualitas immoderationē pariūt: omnes sanè ut delirātes uituperandæ sunt. Quemadmodū uerò musices harmoniæq; peritus, quouis instrumēto appositè uti quanquā norit: (nam artificiose cantus leges adaptans ut quodq; natiuū sonitum dum pulsaltur reddat, industria facit) attamē Platonis consilio instrumētis & psalterijs, quæ multorum sonorū concentus seruare possunt, pectidibus inquam, sambucis, barbitis, tribonis relictis, lyram & citharam alijs præferet: ad hūc modum uir politicus, cū opus erit, & commodè ad Laconicam paucorum potestatem se accōmodans, Lycurgi institutum imitatus, eiusdem potestatis honorisq; alios multos quietam modestamq; uitam agentes probabit: & populari potestate, tanquam uariorū sonorum & multiplici chordarum numero instrumentis se applicans, quædam remittet, quædam, prout ratio temporis postulat, intendet. Nec ita tamen remißionem probabit, ut animo forti cum opus erit, cōtrà instando obniti & obsistere nō ausit. Quòd si autem optio eligendi illi fuerit concessa: ut ex instrumētis, ita ex Reip. generibus non aliud sibi, Platonem auscultans, deligat, quàm unius potestatem, quæ re uera sola perfectam

illam & rectam uirtutis æquabilem rationem retinet: neque ad uim, neque ad gratiam, si utilitas nō poscat, accommodari potest. At politiæ reliquæ quotquot sunt, non minus imperio subiectam, quàm imperantem, neq; tam iubentem, quam iussibus parentem administrationem habent, quum apud hos, à quibus robur & firmitatem expectare debeant, nihil sit firmum & stabile. Hinc est quòd subinde Aeschyli illud, quo usus est ad fortunam Demetrius, qui ab expugnandis urbibus Poliorcetes dictus est, cum se ab imperio abdicarit, usurpare cogatur:

Tu me extulisti, tu me deinde deijcis.

THOMAE CRONMARO ARCHIPONTIFICI CANTVARIAE SIMON GRYNAEVS S.

RES est, Thoma Cronmare archipontifex, incredibilis quædam animalium genus hoc totum quod ratione carere dicitur, cum nec paucioribus nec leuioribus uel bellorum & morborum, uel inediæ & famis, uel cœli denique ac tempestatum iniurijs, quàm illud nostrum, obnoxium sit, obstupescenda quadam sagacitate docilitateq; naturæ sic prospicere sibi, sic tueri sese, ut quod in uasta terrarum, in profunda marium magna parte abiectum, & ope humana destitutum est, non solùm & generis tamen quæq; sui perennitatem per tot seculorum spatia seruent, sed & commodè, idq; propemodum non minus quàm nos in nostro diuinum animal homines, inter tot etiam malorum formas, degant. Vetus igitur quæstio, uersataq; diu fuit, ecquid rationis uis aliqua concessa his quoq; uideretur. Lucis hic certè uigere nonnihil haud obscurè tot in conuictu mirandæ perspicaci-

tatis

tatis exempla probant. Equidem cum inter istos Græcarum literarũ recessus innumeros, in quos diuertere liberale ingenium à musis seuerioribus tantisper feriatum haud illepidè queat, hac quoque de re proditum nõ ineleganter hunc Plutarchi libellum uiderem, studiosos inducere in haud iniucundam deambulationem, etiam haud inutile credebam. Quid enim ferendum minus est, quàm ullo industriæ genere, animantum ulli succumbere hominem? aut quem non solicitet animalium promptitudo & sedulitas, ignauiæ nostræ non semel cœlestis scripturæ sententia obiecta? Inspice formicam, inquit, piger. Tibi uerò potissimùm hanc nostram lucubratiũculam inscribere libuit, quoniam ei humanitati qua me cum istic essem, priuatus tum priuatum, literarum tantum ergò complectebaris, saltem aliquo studio, si re nũc minus possem, respondere necesse uidebatur. Vale. Basileæ, XXXIIII. Calendis Martijs.

ARGVMENTVM DIALOGI.

Recitauerat magno studiosorum assensu plausuq; uenationis encomium quidam: in quo cum de ui, uirtuteq; animaliũ commemorata quædam fuissent, postea ubi ad cœnam uentum est, orta eadem de re acri, ut fit, disputatione, atque aliis alii animantium generi sagacitatis ingeniiq; palmam tribuẽtibus, prout uel iudicio, uel erga uenatũ animo affecto quisq; fuit, uini partim, partim contentionis calore iuuenili, in duas iam factiones cõuiuium totum scissum disputando gliscebat: ac quia diffiniri tum quidem nec tempus seræ iam noctis, nec potatio, cui plus satis iuuenes indulserant, quicquam permisit, certamen postridie, ut instauraretur, & coram arbitris lis hæc ut litigaretur, pactum stipulatumq; fuit. Arbitri Autobulus, Soclarus, Optatus, iidẽ & philosophi, & naturæ animantum callentissimi delecti. Postridie igitur ubi primùm illuxit, conuenere iuuenes, magno factionis quisq; suę studio. Terrestriũ causam Aristotimus, marinorũ Phædimus tuetur. Ante cõgressum seorsim ipsi inter se arbitri solida

(ut uidetur) diſputatione rationē animalibus ineſſe conuincunt: hanc deinde iuuenum contentio ſuperueniens, immenſa exemplorum copia, quanquam aliò tendente, confirmat. Sententia porrò non in iuuenes, ſed in eos ſtringitur, qui rationē animalibus, tam certa argumentorum exemplorumq; ui comprobatam, negare ſint auſi.

SIT NE RATIONIS ALIQVA IN BESTIIS

uis. Tum, utra animantium plus huius habeant, terreſtria'ne, an aquatica, Simone Grynæo interprete.

AVTOBVLVS.

TYRTAEVM *rogatus Leonidas qualem putaret, uatem, inquit, ornandis iuuenum animis optimum, quoniam carminibus ille ſuis quandam non ſine mentis ardore, æſtuq; gloriæ, iuuenibus uim inderet, omnis in bello periculi contemptricem. Vereor equidem, ne & uenatus encomium heri dictum, cupidos nobis uenandi iuuenes uehementer nimis impulerit, ne'ue cætera ſuperuacua ac nihil eſſe cum ducant, ad hunc unum ſolumq; modis omnibus delabantur, quandoquidē ipſe quoque mihi uideor, uelut recuparata iuuenta, præter ætatem concitatior nunc eſſe, ac quod Euripidis Phædra,*

Maculoſis inſtans hinnulis,

Inhortari rabiem canum geſtire: adeò me crebris ac plauſibilibus argumentis uſa oratio commouit. SOCLARVS. *Vera tu quidem Autobule dicis. nam & mihi uiſa eſt dicēdi uim haud obiter intendiſſe, cum ita iuuenibus præberet*

beret sese, ut ijs esset æquè florida & picturata: maximè uerò iucunda fuit ubi monomachiã apposuit. Quam quidem ob rẽ uenatio haud minima laude digna uideri posßit, quòd cum seu natura seu disciplina sic cõparante, dimicationem hominum inter se, eamq; ferro maximè, spectare homines aueamus, id illa studium huc auertẽs spectaculum nullo scelere contaminatũ exhibeat, arte ac cõfidentia ratione prædita, cum insana feraq; ui & robore animalium in arenam descendente, ac illud Euripidis gloriante,

Angusta est uis uiri quidem,
Sed pectoris astutia
Genus omne domat æquoris
Terræq;, animis tam discolor.

AVTOB. *Atqui hinc inuasisse Soclare in hominum genus immanitatem feritatemq; dicunt, gustata cæde, uulnera & sanguinem animalium, uenãdo prædamq; agendo haud ægrè spectare, sed his mactandis necandisq; gaudere suetam. Deinde, quemadmodum Athenis triginta tyranni sycophantam primum, merito, ut fertur, supplicio, secundum itẽ, & similiter tertiũ affecerunt, hinc paulatim progreßi etiam in bonos inuaserunt, postremum ne à summis quidem abstinuerunt ciuibus: sic qui lupum ursum'ue primus sustulit, fortiter fecisse putatus est. Bos etiã & sus, quia gustasse fortè proposita sacra insimularentur, digni morte uisi sunt. Hinc iam cerui, lepores, damæq; uorati, ad ouium canumq;, sæpe etiam equorũ lanienã inuitarũt. Anserem uerò cicurẽ, columbam domesticam, & illum laudicœnum seruum psittacũ, non quo modo feles aut mustelæ, cibi inediæ'ue causa, sed luxus & cupedinãdi gratia qui discerpsere conciderեq; primi, quicquid inditũ natura sanguinarium ferumq; homini fuit, ut cõfirmarunt, & ad omnem*

misericordiæ sensum inflexibile reddiderunt, sic obliterauere naturæ hominũ omni ferè ex parte mãsuetudinẽ, quemadmodũ contra illã in abstinenda ferarũ cæde clementiam, Pythagorici humanitatis, & ad misericordiã propensionis exercitiũ fecere. Vehemẽs enim res cõsuetudo, inita quantũuis leuibus cũ affectibus societate, longius prouehere homines potest. Sed isthuc haud uideo quonã pacto orationem ingressi nõ cohærere aduerterimus neq; cùm hesterna, neq; cum habenda hodie disputatione. Heri siquidem, ut nosti, animalia omnia mente rationeq; qualitercunq; prædita esse, nec à Musis abhorrentem, nec iniucundam de marinarum terrestriumq; ferarum intelligẽtia, iuuenibus istis uelitationẽ exhibuimus, hodie, ni fallor, dirimendã, si modo prouocationibus istis promissisq; Phædimus & Aristotimus stant, quorum hic quidem terræ, ceu longè superiora prouidẽtia animalia gignentis, causam socijs hortantibus defendendam suscepit, ille uerò maris. SOCLA. Stãt Autobule, ac præstò sunt ut unquã antea. instructos sub aurorã uidi. Verùm, si lubet, ante cõgressum quæcunq; generis cum disputatione hesterna eiusdem, heri dicta oportuit, sed quòd uel tẽpus nõ ferret, uel ut in uino & inter pocula nõ satis excussa fuere, repetamus. Nam isthuc è porticu, ni fallor, non absq; forẽsi calore resonabat, immortali mortale, immarcescibili marcescibile, incorporeo corporeum, ex aduerso natura positum: cuius generis rationale quoq; cum sit ei, identidem ex aduerso irrationale collocatum esse, & existere, nec inter iugationes tot hanc unam mutilã imperfectamq; relinqui. AVTOB. Quis isthuc uerò amice Soclare cõcedi sibi postulet, ratione quidem præditum in rebus esse, sed eadẽ uacans non esse, ut statuat? Est equidem, adeoq; in omnibus animæ expertibus multũ & copiosum: nec opus est alio, quod quidem

quidem rationali opponatur: quoniam omne protinus inanime, nempe ratione menteq; carens & exanime, ei quod animam & perinde mentem ac rationem habet, ex aduerso positum est. Si quis autem non mancam esse naturam uolens, nihilominus quod sit imbutum anima, in ratione pollens, ratione uacans diuidat, erit alius qui illam ipsam imbutam anima naturam, aut in phantasticum phantasia carens, aut in præditum sensu, sensu destitutum partiatur, quò uelut æquilibres circa genus idem, obiectasq; sibi, cum facultates tum orbitates natura habeat, æqualiter hinc inde propēdentes. Si uerò absurdè facit, qui quod sit imbutum anima, uel in præditum sensu sensus expers, uel in phantasia præditum expers phantasiæ diuidit, ceu non omne imbutum anima, protinus aut sensum aut phantasiam habere natum sit: quãto isthuc iniquius postuletur, ut quicquid imbutum anima est, in ratione pollens, ratione destitutum tribuatur, apud eos præsertim homines, qui nihil habere sensum putãt, quod non idem intelligentiã habeat: nec animal esse ullum, cui nõ opinio quædam & ratiocinatio, sic, ut sensus, ut impetus, cõgenitæ natura sient? Natura enim, quam temere nihil, aliquò omnia instituisse haud falso dicunt, non qui nihil quàm sensu afficeretur, sensibus instruxit animal, sed cum propria dedisset multa, multa abhorrentia, superesse uerò ne momẽtum quidem animans posset, ni cauere hæc, illa seligere didicisset, utriusq; rei cognitionẽ quidem cuiq; animaliũ suppeditat sensus: illa uerò quæ iam sensus ipsos consequuntur, occupare, persequi utilia & amica, nocentia, perniciosa fugere, repellere, frustra prorsus exigas ab his qui nec ratiocinari, nec meminisse, nec iudicare, nec animum ad aliquam rem cogitandam intendere queant. A quibuscunq; enim in uniuersum uel expectationem, uel memoriam, uel uoluntatem, uel

tem, uel ad rem aliquam se cōparandi uim & propositum, uel spem, uel metum, uel cupiditatem, uel desiderium detrahas, in ijs nec oculorum (si habeant) usus est quisquam, nec aurium: ac omni omnino sensu phantasiaq;, utilitatem scilicet nullam habente, carere præstaret, quàm affici, dolere, laborare, quum quo hæc incōmoda pellas, sit nihil. Tametsi Stratonis physici liber est, in quo uir ille monstrat, ne ipsum quidem omnino sentire, citra mentem fieri. Nam & scripta persæpe quanquam oculis pererramus, & uoces quanquā auribus insonuerunt, fallunt, præterlabunturq;, aliò mentem auersos: quæ mox ubi redit, præteruecta singula relegēs insequitur, uestigatq;. Igitur quod dici solet,

Vna mens audit, mens uidet,

Sunt cæca surda cætera: Nempe totum quod oculis auribusq; fit, nisi præstò mens est huc intenta, sensus efficiēdi uim nullam habet. Itaq; Cleomenes rex cum in conuiuio lepida quædam narratiuncula collaudaretur, rogatus ecquid elegantem putaret, Vos uideritis, inquit, nam mihi animus nunc quidem in Peloponneso est. Necesse igitur, omnibus quibus sit sensus, etiam mentem obtingere, si quidem nulla re quàm mente sentimus. Esto uerò sensum ad suum quidem opus, id est sentiendum, mente nil indigere: quid autem si qui animali nocentis amiciq; discrimen indicat quisquis est sensus, abierit, quid superesse dicemus quod meminerit, metuat'ue infesta, aut commoda deligat, aut quæ præstò nō sunt, quomodo in potestatē ueniant, machinetur: quot item propugnacula, latibula, instrumenta comparet: deniq; quòd captis uiam insidias elabendi muniat? quæ cum inesse animalibus ipsi quoq; fateantur, nunquā desinunt insuper suis nobis in libris harum rerū etiā diffinitiones obtrudere. Propositum inquiunt, annotatio quicquam perfungendi

gendi est: aggreßio uerò, conatus ante conatum: apparatus, negotium ante negotium: memoria, pronunciati comprehēsio præteriti, cuius præsens sit sensu conceptum, quorū cum nihil non rationis opus sit, in omnibus insuper animalibus omnia uisuntur: qualia sunt etiam quæ de intelligentijs & cogitationibus afferunt, quarum illas resides intus statasq;, has uerò mobiles notitias ipsi uocant. Affectus autem cuiusque generis, cum in uniuersum omnes, praua ut plurimū iudicia, prauas opiniones esse fateantur, mirum qui adeò ferarum studia commotionesq; non agnoscāt, in quarum plerisq; cupiditas, plerisq; metus, ac profectò inuidia etiam & zelotypia percrebro reperitur. Ipsi uerò seu canis deliquit, seu equus errauit, castigant non frustra, sed ad frugem, dolore scilicet tristitiam eam quam pœnitentiam uocant, incutientes. Iam cum uoluptatis, eius quidem quæ auribus accipitur, delinitio nomen sit: sed quæ oculis, præstigium: ad feras utroq; uulgò utuntur. Nam & cerui & equi tibijs ac fistulis mulcentur: paguri facula cauernulis uel inuiti euocantur: alosam cantibus cieri, & ad plausus emergere progrediq; certum est: asio coram saltantiū præstigijs ludificata capitur, dum ipsa quoq; rhythmi suauitatem effingere insidiarum tuta, pari humerorum iactatione gestit. Qui uerò his de rebus stupidius iudicāt, & nec deliniri, nec irasci, nec metuere, nec adparari lusciniam, uerbi gratia, nec apem meminisse, sed uelut irasci leonem, uelut metuere ceruū dicunt, non uideo quid facturi sint si quis non uidere etiam, non audire animalia, sed tanquam uidere, tanquam audire, nec uocem edere, sed uelut edere, ac iam prorsus nec uiuere, sed tanquam uiuere contendat. Non magis enim hæc quàm illa, secus longè quàm res ipsa clamat, dicantur, ut ego quidem sum persuasus. SOCL. Ac me quoque persuasum

Autobul

Autobule puta. Sed enim humanis moribus ritibusq; & negotijs, tum etiam institutis, animalium studia iuxtà collocare, cum uehementer ù dignitate generis hominum totius abhorreat, tum uirtutis quo destinata ratio est, argumentũ nullum, nullos progressus, nullam deniq; affectionem in his ipsis animalibus obtineat: dubito q î contulerit eius natura principium, ad cuius hæc peruenire finem nõ possunt. AVTOB. Atqui isthuc Soclare, ne illis ipsis quidem absurdum uiris uidetur. Cum φιλοςοργίαν igitur, id est ardentẽ ex se procreatorum complexum, societatis iustitiæq; humanæ fontem esse sentiant, et eam in animalibus plurimã uehemẽtemq; cernant, cũ iustitia tamen nec fatentur nec iudicãt animalibus cõmercij quicquam intercedere. Mulis autem num suscitandæ prolis instrumentũ ullum desit? certè genitale habent, habent uuluam. tum his cum illecebra utuntur, atqui prolificationis finem interim non assequuntur tamen. Vide præterea an non ridiculum est, Socrates, Platonas, nec leuioribus cum uitijs conflictari, nec minus insuper aut stultos, aut intemperantes, aut improbos, quàm quodlibet uulgò mancipiorum esse fatentur: feris autem, quia non accurata, non consummata prorsus ad uirtutem ratione sunt, uirtutem prorsus negant, ueluti non defectum rationis, uitiumq;, rationale fateri necesse sit, quo brutorum quidque laboret, cum timiditatem multis. multis intemperantiã & iniustitiam inesse uideamus. Qui uerò expromptam perfectamq; ab ijs quæ eam consequi idonea natura non sunt, rationẽ requirit, primum perinde facit, ut qui uel turpitudinẽ simiæ uel tarditatem cochleæ negat, quòd neq; hæc formam feliciorem, nec illa maiorem celeritatẽ indipisci natura quiuit: deinde differẽtiam, quæ huic quidem disceptationi facessit negotium, non animaduertit. Nam ipsa quidẽ ratio natura datur:

ra datur: liberalior uerò absolutiorq; ratio, cura & doctrina animalibus parte rationali conquiritur. Perfectam uerò quam requirunt rationem, ne hominem quidem qui habeat, proferre quenquam possunt. Quod uultus uultu, uolatus uolatu differt, (haud enim similiter miluus & cicada uident, nec aquilæ similiter & perdices uolant) hoc animal ratione præditum. Non æquè enim quidq; illud quàm late patet, rationis acuminisq; summũ contingit: quoniã multa diuersáq; probitatis, fortitudinis, & illius in re augẽda, domo'ue curanda circunspectionis exempla gradusq; sunt, ut contrà fraudis, timiditatis, stoliditatis multa. Res esse testimonio potest, quæ illam nunc inter iuuenes contentionem suscitauit. Velut enim differentia quædam sit, hi terrestria, illi marina ad uirtutem propius accedere contendunt: quod quidem, aut ciconijs hippopotamos, quorũ hæ patres alunt, illi cõficiũt, idq; tantũ ineundi matres potestas ut sit, aut columbas perdicibus cõferenti patet. Nam hi & oua proruunt, & fœminas perdunt, quia ab incubatu non admittantur: isti in curam ex parte succedunt, etiam oua fouentes, pullis cibum ultrò cõminuentes, tunc ubi è pastu serius uxor redit, alis pulsatam ad fœtum pullosq; compellentes. Asinis autẽ & ouibus Antipater cum sordes obijcit, miror quî linces hirundinesq; præterire sit passus, quorum hi secessu etiam facto urinam condunt interuertuntq;: hirundines uerò extra nidum podice auerso, mittere excrementa pullos docent. Tametsi cur non plantam planta rudiorem, ut ouem cane: aut herbam herba timidiorem, ut leone ceruum dicimus? Nempe quemadmodum quæ uel moueri loco, uel uocem edere nullo pacto possunt, horum alterũ altero celerius aut uocalius esse dicit nemo: ita quibus rationis sapientiæq; uis natura nulla prorsus inest, esse alterũ altero perspicacius, ignauius,

uius, intemperantius, nullo modo poteſt. Cum ineſt autem nunc magis, nunc minus, ea diuerſitate qua uidemus alijs aliter ſeſe impertit. SŎCL. Atqui dici uix poteſt tamen Autobule, facilitate, ſagacitate, iuſtitia, ſocietatéq; uitæ, homo cæteris animalibus quantum præſtet. AVTOBV. Nempe illorum etiam pleraq; Soclare, partim mole, partim celeritate, partim oculorum acie, & aurium conſummatione, longè poſt ſe homines omnes relinquunt: nec idcirco tamen aut cæcus, aut mancus, aut ſurdus homo eſt: ac quãquam nec manibus nec oculis, nec ut aut magnitudine certa membrorum nos natura fraudauit; tamen nihil hæc ad elephantum, ad camelum nihil. Eodem igitur pacto nec bruta dicemus, quia ſapiunt minus, tardius cogitant, cogitare ſapere omnino nihil, nihil rationis habere, ſed imbecillam habere & turbidam, qualis fortè ſit oculus luſcioſus & ſtrabo. Equidem ni multa protinus doctrinæ literarumq; ſtudioſos iuuenes, illum è mari, hunc è terra cõgeſturos ſperem, mille tibi docilitatis, mille ingenuitatis brutorum exempla ingererem, quorũ ex imperatorijs ſpectaculis reti ſcaphaq; hauriendi copiam, inclyta nobis Roma maximam ſuppeditauit. Hanc illis igitur nouam intactamq; oſtentandæ doctrinæ materiam relinquamus: tecum interea paululum adhuc quiddam, dum ocium eſt, diſpicere libet. Sic enim ſtatuo, in unaquaq; animalis parte ut uim & officium, ſic deprauationem & orbitatem, ac ueluti morbum peculiarem quendam eſſe, qualis oculi quidẽ cæcitas, tibiæ claudítas, balbuties linguæ, ſingularũ ſingula, alterius uerò nullius ſunt. Neque uerò uel cæcitas eius eſt quod uidere natum non ſit, uel claudítas quod non ingredi, ut nec elinguiũ mutorúmue natura prorſus dici balbuties aut blæſitas poteſt Vnde fit, ut nec errare, nec deſipere, nec inſanire quicquã poßit, quod

quod nō sit sapere, ratiocinari, cogitare natura factum. Neque enim ægritudinem ullam recipit in se quicquam, nisi facultate præditum, cuius hæc priuatio quædam ac uelut orbitas sit. Dic mihi igitur, ecquid in canem rabidum incidisti? SOCL. Ego uerò & in equos. AVTOB. Ac sunt qui boues etiam & uulpes in rabiem uerti dicant: sed canum exemplum sufficit incontrouersum planè, quo perspicuum fit, rationem & mentem habere haud contemptibile animal, qua confusa turbataq́; illa quàm λύσσαν uocant, rabies succedat: certè illæsis immutatisq́; cæteris oculorum & aurium sensibus fit. Ac quemadmodum qui hominem atra bili uexatum, delirumq́;, aliud quàm mente motum, & ea parte qua sapimus, colligimus, memoramus, turbatum dicit, ineptus est: nam ita loquendi consuetudo tenet, ut qui desipiant, apud se non esse, ratione menteq́; excidisse dicamus: sic qui canes rabidos aliud passos, quàm hac parte qua sapere, ratiocinari, meminisse natura solebant, turbatione quadam oppressos labefactatosq́;, charißimos ignorare, cibum solitum refugere, & quod ob oculos positum sit, non cernere, credit, is factum ex sese non satis æstimans, suscepisse cum ipsa ueritate contentionem uidetur. SOCL. Rectè tu quidem hæc mihi suspicari uidere, quandoquidem Stoici Peripateticiq́; quàm uehementer in diuersum ratione tendant, scimus: quòd ortum alium iustitia nullum habeat, sed euertatur neceßariò, nec consistat diutius, si quidem animalibus ratio tribuatur. alterutrum enim, aut his iniuriari necesse est, inquiunt, si non parcimus: aut in summa difficultate uitam uersari, si non utimur: quippe per inediā ferarum propemodū more cōsumemur, si usu quem præstāt animalia, destituimur. Mitto enim Nomadū et Troglodytarum innumerabiles myriadas, qui uictū præter carnes

nullum norunt: nobis, qui uiuere hominum uitam placideq́; uidemur, quod opus aut terra, aut mari, quæ in mõtibus ars, quis in uictu cultus superstes erit, si, quemadmodum decet, ratione præditis & generis eiusdem animalibus omnibus innocue ac citra ipsorum detrimentum congredi pergamus? Nullum'ne igitur remedium, nullum pharmacum huius, aut iustitiam aut uitam hominum euertentis difficultatis submouendæ tenemus, ni uetus ille rerum terminus & lex Hesiodi stat, qua sic naturæ diuiduntur, ac seorsim generum utrunque degit, ut

Piscibus atq; feris liceat gentiq́; uolucrum
Grassari in sese, ratio queis abdita iusti:
Ast homini fas sit leges & iura uereri: *ac quibus nullum nobiscum iustitiæ commerciũ est, cum ijsdem nulla neque iniuriæ ratio intercedat: quod dogma qui reijciat, eum nec usum, nec aditum iustitiæ ullum ne angustißimũ quidem relinquere?* AVTOB. *Hæc tu prorsus è pectore hominũ illorum exprompsisti. Verùm haud permittẽdum, ut quemadmodum parturientes mulieres, sic philosophi partus accelerandi medicinam appendant, quò leuius minoriq; molestia iustum illud in lucem nobis enitantur: præsertim cum nec ipsi summis de rebus disputanti Epicuro, tam paruã rem, ac tenuem, atomum scilicet unum, uno tantùm momento declinantem, locumq́; syderibus, animalibus, fortunæ cedentem, tum illa nostra omnia ab interitu uindicantem, permittant, sed & monstrare quod sit obscurum, & quod sit notum tantùm sumere cogant. Illud igitur de animalibus isti de iustitia disputationi fundamentum ueluti certum exploratumq́; subijcere tantisper non decet, quandiu non est consentaneum, aut alioqui è consentaneis effectum. Nam ipsa quidem iustitia uiam habet aliam, nec lubricam, nec præcipitem adeò, aut in ma*

in manifesta incommoda ducentem, sed quam Platone *præeunte, meus quidem* Soclare *filius, tuus autem familiaris, sequi discereq; uolentibus, haud uerò contentiosis, pandit.* Equidem *hominem, si isto quidem pacto animalia tractentur, à scelere defendi non posse,* Empedocles *etiam &* Heraclitus *tanquam uerum receperunt, ut qui subinde querantur calumnienturq; bellum ac diram necessitatem naturam esse, impromiscuum ac syncerum nihil habere, sed assiduis grauibusq; rerum cladibus instaurari & consistere. quo loco, ipsius ortum etiam ex iniuria profluxisse dicunt: quippe in idem mortali immortaliq; coëunte, quod inde genitum sit, membris eius quod genuerit, discerpēdis laniandisq; necessariò gaudere.* Verùm *nimis hæc uehemētia ac acerba uidentur: aliud mitius remedium est, ut rationem animalibus non negans, sic iustitiam, si quis uti norit, nil prorsus lædens etiam.* Eam *rationem cum sapientes isti ueteres induxissent, ingluuies postea conspiratione cum uoluptate facta, eiecit, sustulitq; rursus. iterū postea restaurauit* Pythagoras, *commodum ex animalibus accipi citra iniuriam posse docens.* Neque *enim iniurium est, si quis societatis nescia uehementerq; nocentia castiget tollatq;: mansueta & amica homini, familiaria sibi reddat: laborum ad quos quidque idoneum uideatur, socia adiungat, equos, asinos ad initum, tauros ad implendum armenta, quos* Aeschyli Prometheus *dare se nobis mancipiorum loco dicit, laborem ex parte in se recipientia.* Canibus *autem ad ouium caprarumq; tutelam utentes, lac ipsi lanamq; percipiamus.* Neq; *enim uiui idcirco non potest, aut uictus perit homini, nisi lances piscibus plenas, nisi anserum iecinora ponunt? nisi boues, nisi hœdos in conuiuia crapulamq; concidunt? nisi spectandis in theatro animalium ædibus fatigantur?*

nisi in illorũ exitio ludunt? dum alia ad præliandum adigunt inuita, alia belligerari nescia perdunt ultro. Nam qui ludere instituit, eum lusibus & iocis uti par est: nec, quod pueros Bion dicebat, ranas quoties colludũt, lapidibus petere, at illas iam non ioco, sed serio perire: sic nos uenari piscariq; decet, ut à catulis pullisq; miserabiliter abreptorum animalium cruciatibus & cædibus uoluptatẽ ipsi nobis struamus. Non enim qui utuntur animalibus, iniustè faciunt, sed qui perniciosè, contemptim utuntur, & crudeliter. SOC. Inhibe cursum Autobule, ac in portum ab ista contentione deflecte. Nam qui huc accedunt, cũ multi, tum uenatores sunt omnes, quos nec mutare facilè, nec perturbare necesse arbitror.

Digressio ad concretionem.

AVTOB. Rectè mones. ac Eubiotum quidem, & patruelem meum Aristonem, tum illos Dionysij nepotes Aeacidem & Aristotimum, Nicandrum insuper Euthydimi filium, syluestris illius, ut Homerus uocat, uenationis artifices esse, & ob hoc ab Aristotimo futuros sat scio. Insulares autem istos contrà & maritimos, Heracleonem Megarensem, Philotimum Euboium,

Ac quibus æquora curæ,

circum se Phædimus habens ingreditur.

Tytides dubium est utris se iunxerit,

ille noster æqualis Optatus, qui sæpe æquoreæ, sæpe mõtanæ

Capturæ exuuijs

Syluestrem colit æquè Dictynnamq; Dianam.

Sed quia ad nos accedit, à neutris stare certum est. Numnam rectè amicule Optate conijcimus, cõmunem mediumq; quendam iuuenili certamini te arbitrum ac moderatorè futurum? OPTAT. Rectè prorsus conijcis Autobule. defecisse iandudum Solonis legem uideo, quæ se neutri seditionis partium adiungentem punit. AVTOB. Sed agè huc aßide, ut si teste

teste sit opus, non Aristotelicis commentarijs, sed tibi negotium facessamus, quò hominis expertißimi fidem secutis, ferre sententiam citra errorē liceat. OPTAT. Esto. SOC. Agite iuuenes, cui priores debeantur: ecquid inter uos conuenit? PHAED. Conuenit Soclare, sed post rixā longam. Sors enim fortunæ, ut inquit Euripides, filia, isti succenturiata terrestrium iura prætulit. SOCL. Nunc igitur Aristotime tu quidem ut dicas, nos ut auscultemus, tempus est. ARIST. Dicam, atq; hoc forum litigantibus esto. Illa igitur quæ defendēda hic putat, sub ipsum enixum facto in fœtas impetu prolem perdunt. Capitonum uerò genus quod translittoranum uocant, etiam mucore uiuunt suo. Polypus autem sub brumam seipsum uorans corrodensq;,

Pro terrestribus. Orditur à confutatione, sed perquam abrupta.

Desidet ignauo uitam pertæsus in antro,

adeò uel piger, uel stupidus, uel certè uentre tam rabido, aut his forsan obnoxius omnibus. Vnde iterū iterumq; Plato legibus edicit, imò magis adeò uotis flagitat, uenatus maritimi studiū iuuenum animos ne unquā incesseret, in quo uiriū exercitatio nulla, nullū sapientiæ studiū, nec eorum quæ uel roboris uel pernicitatis uel agilitatis parandæ gratia tolerant homines, in isto cū lupis, congris, scaris congressu quicquam reperiatur: cum hic longè secus, ferocia quidē, adeundi periculi studiū & uoluntatem certamen inituris: astuta, circunspectionem & calliditatem insidias structuris: acria, uim & sedulitatem quidquā nobis persecuturis, exemplo suo mirè commēdent inculcentq;. quæ quidē illam uenationi gloriam peperere. Piscatus uerò nullam omnino ob rem celebratur: neq; deorum quisquam Phædime aut congricida, quēadmodum lupicida Phœbus: aut mullipeta, quemadmodum ceruipeta Diana, uocari passus est unquam. Quod quidem nihil est mirum, quandò & homini aprum solum aut ceruum aut

damam aut leporem capere, quàm uendere, honestius est: thynnum contrà carabum'ue aut amiam obsonari liberalius, quàm uenari putetur. Nempe res ignobilis & perplexa prorsus piscatio, planeq; inextricabilis cũ sit, inglorium & illiberalem uenatum hunc totum fecit. In uniuersum uerò, quoniam quibus rebus inesse philosophi rationem animantibus conuincunt, propositum & apparatus, memoria & affectus sunt, tum illa è nobis procreatorum cura: & erga hos qui fecerunt bene, beneuolentia: qui malè, maleuolentia, reminiscentiaq; malorum, ad hæc rerum necessariarum excogitatio, & uirtutis deniq; ut fortitudinis, iustitiæ, temperantiæ, magnanimitatis significatio non obscura: uideamus ecquid maritima horum quidem aut nullum, aut perobscurum certè & uix coniiciendum uestigium relinquant, terrestria uerò lucidum & solidum uniuscuiusq; nobis præbeant exemplum spectandum. Primùm igitur tauros, ut cornibus dimicationem poscunt, uide, ut insperso puluere ad luctam procinguntur, apros ut dentes acuunt. Elephantes autem materia, quam fodiendo ruendoq; depascuntur, dentem hebetante obterenteq;, ad hos usus altero utuntur, alterius mucroni ad auertenda pericula parcunt. Leo inuolutis semper pedibus ambulat, tanquam uagina conditis intus unguibus, ne attritis acies retundatur, tum ut ne ansa uestiganti præbeatur. Haud enim unguis leonini notam temerè inuenias, sed exigua ac cæca quædam uestigia tum faciunt, cum uacillauere & gressu titubauere. Ichneumon uerò sæpe audiuistis quàm nihil à milite ad pugnam sese armante distet, adeò diligenter amicitur limo, corpusq; tot coriis loricatum obglutinat, in dimicationem cum crocodilo uenturus. Hirũdinum uerò prius quàm incubationi se dant, apparatum no'nne uidemus, quàm pulchrè festucis solidioribus primùm ceu fundamen

Propositio.

damento iactis, molliores insuper adfigunt: luti uerò (quo cæmento ad ædificandum utuntur, & uelut glutino nidum relinunt) cum penuria est, ad lacum sinum'ue proximum aduolantes, summis alis sic stringunt aquas, ut humescant liquore tantùm, nihil grauentur autem: mox concepto his puluere, illinunt aspera, hiantia glutinant, figuram operi nec angulosam, nec multifidam, sed æquabilem, & quantum id fieri potest sphæricã maximè inducentes. Hæc enim omnium est cum firmissima, tum capacissima, atq; adeò una quæ animantium insidias egregiè defendit. Iam arancarum opus, communem & matronarum telis, & piscatorum sagenis archetypum, quot nominibus mirari necesse est? Nam & ipsa fili consummatio subtilitasq;, & nodi telæ nec dissolubiles nec staminosi, sed instar membranæ leuis continui, & ceu uisco adhibito glutinosi: tum ipsa coloris tinctura, quiddam aërosum caliginosumq;, quò magis fallat, præ se ferens: denique illæ cum primus operis habenæ & gubernatio, protinus ut captiuus incidit, ipsa sentire, & periti aucupis instar rete momẽto trahere ac prosilire docta, ni quotidie spectemus oculis, fide careant, ac fabulæ uideantur, tam sanè quàm istud quod ego in Africa, coruos nuper aquæ penuria laborantes uidi iniectis situlam lapidibus explere, & eò aquam adducere, dum contingi posset: ac in naui postea cum nautis absentibus canis in amphoram oleo non plenam silices injiceret, obstupui quî in mentem uenisset, ac unde subiisset cani, grauibus subsidentibus leuiora tolli elidiq;. Quale est etiam quod apes Cretenses, anseres Cilices consueuere. hæ si quam oram procelliosiorem circumire necesse sit, quò minus iactentur, lapillis paruis ceu pondusculo stabiliunt sese: isti in traiectu Tauri montis aquilas ueriti, calculo quisque bene magno in os indito, garrulitatem,

ac illud natura ſtreperũ tantiſper compeſcunt, dum hoſtem clàm præteruecti fallant. Eſt & gruum illud in uolatu celebre non minus. Nam ubi uentus exortus eſt maiori cum ui, & ſæuit cœlum, non (quo modo cum eſt tranquillum) frontatim ac lunato globi ſinu uolant, ſed in cuneum momento ſe traducunt, ac ipſo mucrone uentum diuidunt, circum latera fruſtra luctantem, ſicut nihil acies turbetur. Eædem ad terram delatæ, quibus eſt excubandum noctu, crurum alterutri corpore innituntur, altero adducto prehenſum lapillum tenent. Igitur illa in retinendo iugitas obrepere diutius ſomnũ non ſinit, ſed ſtatim ut remiſere, decidens calculus excitat arguitq́; negligentem. Itaque non eſt cur iſthuc Herculis adeò quiſquam miretur,

Quòd alæ ſubdens arcum hærentem brachio, &
Dextra clauam regens manu, quieſceret:

ut nec illum qui clauſum oſtreum quomodo aperiendũ eſſet, animaduertit primus, cũ iſthuc antea percepiſſet ab ardeolis. Deglutit enim teſtam clauſam ardea, intusq́; retentam diu agitat: mox ubi calore laſſam languẽtemq́; ſenſit, ibi tum reddit iterũ, hiantem iam & auulſam, ac quod eſui eſt, extrahit. Formicarũ uerò diſciplinã induſtriamq́; domeſticam ut uerbis referre dignè ſaltem impoßibile eſt, ſic in uniuerſum præterire minimè decet. Nullũ natura maximarum pulcherrimarumq́; rerum tam anguſtum ſpeculum habet: quoniam hic ceu pura quadam in guttula, uirtutis totius ſignificatio clarißimè relucet. amicitiæ imago eſt, illa inter ipſas communicatio. fortitudinis ſimulacrum, illa in ferendis laboribus alacritas. multa temperantiæ, prouidentiæ multa, multa iuſtitiæ ſemina & argumenta ſunt. Cleanthes igitur quanquam prædita eſſe ratione animalia minimè ſentiret, huiuſmodi tamen ſe ſpectaculo interueniſſe fatetur. for-

micas quasdam ad myrmeciam adijsse, mortuam formicam ferentes: ex ea egressas quasdam ijs uenisse obuiam: ibi tum uelut collocutas intrò rursus redijsse. hoc factum iterū iterumq;. postremò uermem has redimēdi (ut uidebatur) mortui pretiū desuper extulisse: eū illas tradito mortuo leuasse, ac discessisse. Iam uerò nota sunt omnibus, illa primùm in occursu beneuolentia, dum uacuæ onustis cedunt uia, ac transitum præbent: dum quæ uel gestatu uel importatu difficiliora sunt, arrosa partiuntur prius, ac gestabile pondus in plurimos distributum reddūt: dum semina exponunt siccantq; sub dio, quam rem pluuiæ signum Aratus fecit,

Oua penetrali quando omnia progerit antro
Formica. Quanquam sunt, qui non oua, sed fructus conditos quoties æruginem præsentiscunt, ac ob id corruptionem putrefactionemq; uerentur, exponere scribant. Omnem uerò intelligentiæ cogitationem superat illa, ne rursus in frugem exeāt semina, procreatio. Neq; enim sicca incorrupta'ue in antrum congesta semina maneant, sed mox humiditate loci perfusa lacteum quiddam contrahant, mollescantq;, ac uerti in herbam pergant. Vt ne igitur pullulēt, ac in frugem corrumpantur, alimentiq; uim amittant, durēt autem & esui sint, umbilicum grani, quà mitti germen solet, erodunt multò antè castrantq;. Eos uerò qui myrmecias, propterea quòd perdidicerunt, ac ut medici hominum corpora, sic ipsi has penitus perreptarūt, suas faciunt, haud recipio. Narrant autē, proximum ab ingressu descensum, nec rectum, nec cuiquam cæterorum animantium permeabilem, sed flexibus & ambagibus, anfractus quosdam & obliquas semitas habentibus, in tres cauernas desinere, quarū una sit ubi cœtus celebratur comitium, altera eorum quæ in annuum seruantur penum, tertia elatorū & uita functorum

rum cœmeterium. Videor porrò non absurdè facere, si formicis elephantos subiungam, quò mentis uim maximis æquè ac minimis in corporibus intelligamus, nec tam minutis illis articulorum momentis euanuisse, nec his consumptam molibus. Elephantum igitur cæteri quidem hoc potißimùm mirantur, quòd discendo, doctoribusq; se præbendo, in hominum cœtibus eas in gestu figuras & uarietates effingat, quarum elegantiam ac copiam uix ipsa hominum industria exprimere aut memoria complecti facilè poßit. Ego uerò hisce magis ex affectibus motibusq;, quos suapte sponte citraq; doctrinam tenet, uelut simplicibus & impermixtis ac inconfusis, æstimandam bestiæ intelligẽtiam putarim. Nam Romæ certum est cum haud ita pridem ad gestus quosdam miros indipiscendos, & motus euolutu difficilimos ingeminandos antea quidem instituti fuissent, unum tardioris ingenij, quia ægrius hæc assequebatur, ubilibet peßimè audientem, & uerberibus sæpe castigatum, deprehensum nocte eadem illa ex sese ad lunam meditantem molientemq;. In Syria uerò prius elephantum scribit Agnon, cum in ædibus cuiusdam aleretur, ac seruus qui additus curator erat, de demenso quotidie subtraheret, dimidioq; belluam fraudaret, sedenim hero iam aliquando præsente considerant eq; demensum totum solueret, toruè tuentem, ac promuscida contrahentem, hordei partem additam repulisse, ac quàm exactißimè separauisse, serui iniuriam hoc nimirum pacto ad herum deferentem. Aliũ uerò cum lapides & terram magister ad explendam mensuram pabulo miscuisset, ipsum ex foco correptum cinerem in ollam magistri elixis iam carnibus iniecisse. Quid? is qui Romæ à puerulis promuscidem ferro pungẽtibus laceßitus, arreptũ alteq; sublatum puerum confecturus uidebatur, orto circunstantiũ ingenti

genti clamore, lentè in terram puerum applicuit rursum, ac præterijt, pœnam satis magnam scilicet iudicans, timuisse tanti. De syluestribus uerò, & more suo uiuentibus, cũ multa alia, tum illud præsertim in tranandis fluminibus elegans narratur. traijcit prior, cæteris hoc sese dans, natu simul & mole minimus: cæteri interea ad ripam adstant, quantumq; flumen ille magnitudine superet, speculantur. quæ res exercitui reliquo non dubiam ad traijciendum spem facit. Huc loci cum oratione uentum sit, uulpem haud puto uel ob similitudinem ingenij prætereundam. Poëtæ igitur columbam Deucalioni scribunt arca emissam, quantisper remcaret, & eodem continuò se reciperet, tempestatis: postquam auolasset, serenitatis argumentum dedisse. Atqui Thraces etiamnum flumen glaciatum transituri, non aliunde quàm à uulpe documentum capiunt prius. leniter hæc super glaciem incedẽs, auriculam admouet: ac si strepitũ subterlabentis aquæ captando consequi potest, nõ satis altè, sed tenuiter & inualidè fixam colligens, sistit gradum, ac nisi quid uehementer urget, nusquã promouet pedem. strepitum uerò postquã audire nullũ potest, sumptis animis traijcit. Quã rem nõ est cur quis sensus, qui quidẽ rationis expers sit, consummationi adscribat: sensum quippe insecuta hæc ratiocinatio est, non sensus, qua colligitur, quod strepat, moueri: quod moueatur, nõ esse fixũ: quod nõ sit fixũ, liquescere diffluereq;: quod liquidum sit, reniti non posse, sed impelli & cedere. Dialectici uerò canem, quoties ad ista uenit uiarum diuerticula multifida, eo quòd ipsi è pluribus disiunctũ uocant argumentationis genere uti, & hoc pacto apud se cõstituere dicũt, aut hâc fera abijt, aut hâc. atqui neq; hâc neq; hâc, hâc igitur ut abierit reliquum est: camq; ad rẽ nil sensum quàm apprehensionẽ nudam conferre, rationẽ uerò &

ſumpta, & è ſumptis ipſam mox concluſionē efficere. Atqui iſto quidē Dialecticorum teſtimonio, falſo nimirum & adulterino, canis non eget. Nam ſenſus ipſe, quà elapſa fera ſit, ex ipſius ueſtigijs & curſu deprehendit, ualere longum tam disiunctis quàm coniunctis iſtis Dialecticorum dicens. Ad hæc ſtudia ſunt officiaq; & opera innumerabilia, quæ uiſu nullo, ſed nec olfactu, ratione uerò ſola, ſola mente cū fieri tum deprehendi certum eſt, è quibus æſtimare naturā canis licet, cuius quidem illam inter uenandum continentiā, obedientiam, ſagacitatem, ridiculus ſim ſi recenſere pergam, apud uos præſertim, qui iſta quotidie cernitis, tractatis. Romani certè illius ciuili bello perempti caput reſcindere iuſſus tandiu potuit nemo, quàm canem, qui aſſeruabat defendebatq; herum, circunſtantes cōfodiſſent. Pyrrhus uerò rex, cum iter exercitu faciens incidiſſet in canem occiſi hominis corpus ſeruantē, intelligeretq; tertium iſtic diē per inediam durauiſſe, nec reliquiſſe corpus, ipſum quidem cadauer ſepeliri, canem uerò unà duci & curari iuſsit. paucis pòſt diebus, cum inquiſitio per exercitum fieret, ac milites ordine rege ſedente tranſirent, aderat canis ipſe quoq; tacitus interim & triſtis: uerùm ubi cæſores heri accedere conſpicatus eſt, uociferatu horribili procurrit intonuitq;, ad Pyrrhum ſubinde conuerſus, ut non regi modò, ſed omnibus qui aderant, in ſuſpicionem homines maximam uenirēt. Statim igitur comprehenſi rogatiq;, cum leues quædam cōiecturæ cōcurriſſent, confeſſa cæde pœnas dedere. Idem Heſiodi ſapiētis illius canem feciſſe fama eſt, cum Ganyctoris Naucletij filios, quorum manibus peremptus uates erat, prodidiſſet. Iſthuc uerò quod maiores noſtri Athenis iam tum agētes ſe uidiſſe narrare ſoliti ſunt, his quæ diximus longè conſpicuū eſt magis. Aeſculapij templum homo quidam clàm ſubiens, magni

magni ponderis auri argentiq; donaria surripuit, ac latêre putans tacite sese subduxit. Canis autẽ qui tum custos erat templi, Capparus nomine, quoniam latratus æditorum nemo curabat, sacrilegum fugientem insecutus est ipse: ac primò quidem saxis petitus non destitit: mox exorta iam luce propè quidem nõ accesit, sed oculis diligenter hominẽ seruans sequebatur: cibum uerò obiectum ne cõtingebat quidem. iam ubicunq; quieuisset ille, excubabat hic iuxtà: rursus cum procederet, surgens insequebatur item. uiatoribus etiam quicunque se obuiam tum fortè tulissent, adulabatur, cum hunc infestè semper allatraret, impeteretq;. Hæc cum qui furem persequebantur, ex obuijs colorem simul & magnitudinem canis narrantibus sciscitando comperissent, auidius iam urgentes, prehensum hominem à Crommyone usq; reduxerũt. Canis autem cõuersus exultans gestiensq; præuolabat, ueluti suam prædam capturamq; sacrilegum illum faceret. Ei ut alimentum publicè daretur, tum ut sacerdotibus cura huius perpetua incumberet, Athenienses sciuerunt: uetus arbitror humanitatis in mulum maiorum suorum exemplum secuti. Nam cum ædem quæ in arce sacra Mineruæ est, Pericles moliretur, & saxa plaustris, ut fit, multis quotidie conueherentur, ex ijs mulis qui hactenus quidem strenuè laborarant, sed ob senectam manumissi iam fuerant, unus in Ceramicum quotidie descendere, plaustris quæ saxa subuehebant, obuiare, semper unà redire, unà uelut hortator currere solebat. Hoc animalis studiũ miratus populus, ali publicè sic quemadmodum annis defectum pugilem iussit. Eos igitur qui nullum nobis cum brutis iustitiæ cõmercium intercedere dicunt, rectè sentire putandum est, si quidẽ marina & quæ in profundo degũt, respiciamus, quandò in his nullus omnino gratiæ sensus est, amor nullus,

nulla

nulla ingenij suauitas: recteq́; Homerus,

Glaucum te genuit mare. de immansueto & omnis societatis experte dixit, quòd beneuolum mite'ue nil mare gignat. De terrestribus autem si quis idem statuat, illud ipsum immitem ac ferum esse necesse est. Aut dicat ille nobis, quæ Lysimacho iustitiæ cum Hyrcano cane necessitudo fuit, quòd illi extincto solus adhæsit, & capite huius in rogum tandem illato, ipsus sese in ignem ultro præcipitauit? Quæ eadem, eodemq́; modo fecisse, quem Pyrrhus non rex ille, sed priuatus homo educarat, fama est circum exanime heri corpus continuò hærentē, capulo cum efferretur assultantem, postremò in pyram sese abijcientem ac comburentem. Quid? Poro regi in illa aduersus Alexandrum pugna saucio, nonne multa elephas spicula leniter ac citra dolorē promuscide uulneribus extraxit? & cum esset grauiter uulneratus ipse quoq;, non antè abiecit se tamen, quàm exanguem & nutabundum regem intelligeret. hic enim, ut ne diutius ille caderet, sensim se humi prior demisit, uelut stratum hero incumbenti præbens. Bucephalus autē quantisper nudus erat, cōscendendum se etiā equisoni dabat: ornatus uerò regijs iam aulæis collaribusq́;, neminem admittebat, Alexādro tantùm excepto: cæteris periculum facturis, aut alioqui propius accedentibus, ingenti hinnitu occurrere insultareq́;, ac nisi cederent, fugaq́; sibi cōsulerent, proterere solitus. Nec ignoro hanc uobis exemplorū turbā uideri promiscuā & confusam: atqui sic animantiū solertiorū negotia sunt, ut in uno unius tantùm uirtutis significationē comperire haud facilè possis. Eadē & ardentissimè ex se genita diligunt, & ambitiosissimè educāt. Cumq́; generositas insit, est etiā intelligentia. nec usquam uafrities & circunspectio uel audacia uel fortitudine caret, ac ut diuidere cupias singula, secern

secernereq́;,clementis & excelsi simul ingenij significatio-
nem canes præbent,statim ut se demisit is quem petunt, ar-
dorem remittentes.Notum illud est,

Hi magno clangore ruunt,sed cautus Vlysses
Humi decubuit,manibusq́; abijcere sceptrum.

Neque enim qui humi se deijcit,ac egeni speciē præfert,amplius inuadunt.Eum certè qui inter Indicos primas tenebat, quiq́; aduersus Alexandrum depugnarat,in arenam productum,quantisper ceruus aut aper ursus'ue emitteretur,contemptim immotum iacuisse ferunt: sedenim ubi leo conspectus est,excitatum momento pedibus arenam sparsisse,uelut hunc antagonistam dignum se iudicaret,cæteros omnes despicaretur.Venatici quoq; leporē cum insequuntur,si quidē necarunt ipsi,discerpere & sanguinē auidè lambere gaudēt: sin,quod persæpe fit, cursu confectum, ac spiritibus quantū supererat,extrema contentione cōsumptis,exanimem assequuntur,prorsus nō attingunt: astant autem cauda tantùm gesticulantes,quasi non pulpæ,sed uirtutis ergò certasse uideri uelint. Astus autem documenta mirabilia cū sint, mißis graculorum,uulpium,luporum,gruumq́; technis, notis nimium, teste rei sapientum illorum ueterū uetustißimo & sapientißimo Thalete utemur,quē quòd astu feras superasset,haud minimum admirationis cōsecutū esse ferūt. Mulus quidā eorum de numero quibus aduehendi salis negotium dabatur,traijciens flumen lapsus est non spontè:sale uerò liquefacto exhaustoq; surgens expeditior iam, sensit notauitq́; causam. postea quoties flumen trāsiret,ex industria submisit mersitq́; uasa, desidēs leniter,ac utrunq; in latus. quātū id fieri posset,nutās.Hæc ubi Thales accepit,pro sale,lana, spōgijsq́; cōpleri uasa,clitellas imponi,& agi mulum rursus iußit. ille cum de more se mergens, onus aqua

ſubeunte uehementer grauaſſet, parum cõmodum ſibi hunc dolum ratus, ita deinceps cautè ſcienterq; traijcere ſolitus eſt, ut nec inuito quidem contingerent onus aquæ. Non diſsimile perdicum cõmentum eſt, in quo quidem patrium illum interim amorem etiam animaduertas. Pullos quantiſper fugitare per ætatem non licet, aſſuefaciunt, ut quoties uenator inſtet, ſupini ſternant ſeſe, gleba fece'ue corpori ueluti integumento ſuperingeſtis. ipſæ uenatorem aliò abducunt interim. circumagunt enim ſe, ac impeditè uolant, tantumq; non deficere curſu ſimulant, captarum hoc pacto ſpeciem tantiſper præbentes, dum procul à pullis hominem auellant. Lepores in cubile ſe recepturi, catulos alium aliò transferunt, ſæpicule iugeri etiam interuallo diſsitos, ut ſi uel homo uel canis ſubeat, ijdem omnes in periculum ne uocentur. ipſi deinde impreſsis diſcurſu multiplici prius ueſtigijs, ſaltu poſtremò ingenti inde abripiunt ſeſe, atq; ſic cubant. Vrſus autem ueterno quem uocant appetente, priuſquam planè torpet, grauisq́; & ſtupidus iacet, locum repurgat antea, ac ſubiturus ſpecum, per reliqua quidem greſſu quantũ id fieri poteſt ſuſpenſo maximè & leni, ſummis tantùm nixus ueſtigijs incedit, poſtremò per terga uolutatus promouet corpus, agitq; in luſtrum. Elephantorũ fœminæ proxime uias, quò carniuoras crudelesq; beſtias minimũ accedere ſciũt, fœtus cum primis edunt. Mares autẽ, quoties abdomine & corpulẽtia impeditos eſſe ſe uidẽt, ſeceſsione conſulũt ſibi, ac latitando tuẽtur, quaſi fugiendo nõ poſsint. Quid erinaceorũ in defendẽdis tuẽdisq; ſe dexteritas, nõne prouerbio locũ fecit?

Scit uulpes multa, unum ſed magnum erinaceus:
Nam hac urgente (ſic ferunt) calyx uelut
Nucis caſtaneæ, circum ſpinas rotans,
Tutus iacet, nulla arte uulnerabilis.

Admi

Admirabilior est illa pro catulis solicitudo ac prouidentia. uites subit uindemiæ tempore, pedibusq; botrorum acinos in terram decutit: hos, istic circunuolutatus, excipit confixos pinis. ac memini cum iam olim nobis qui tum aderamus o-nnibus spectantibus botri reptantis ingredientisq; speciem præberet, adeò se cumulauerat atq; oppleuerat uuis. mox ut ubiuit antrum, partim nunc quidem ex se decerpendum, par im condendum catulis præbet. Cubile uerò meatus duos aucium instar habet, ad Boream alterum, alterum ad No-um conuersos. hos prout cœli mutationem præsentiuere, qualiter uela nauium solent, uicibus alterum in aduersum uentum spectantem obstruunt, alterum aperiunt. Atq; hoc Cyzicenus quidam cum animaduertisset, nomen sibi ea ex e peperit, quasi uentos prædicere syderali quadam scientia posset. Iam societatis & commercij uim non absq; intellectus ensu elephantos ostendere, Iuba autor est. fossa ducta, eáq; ruticibus paruis & humo leui obtecta uenatores his struũt. huc igitur quoties decidit aliquis, cæteri quicunq; comitan-ur, congestam undiq; syluam saxaq; inijciunt, dum cauo fos-e expleto egressus captiuo detur. Idem supplices dijs im-nortalibus esse tradit: quippe qui suopte ingenio & mari ustrentur, & surgentem solem adorent proni, promuscide elut manu in cœlum sublata. unde charissimum dijs animal sse constat uel Ptolemæi Philopatoris testimonio. is enim um uicto Antiocho sacra dijs facere magnifica cuperet, ac nter cætera multa collatæ uictoriæ præmia etiam elephan-os quatuor immolasset, noctu proxima insomnium habuit, uo multis iratum propter absurdæ uictimæ genus numen ninabatur. Igitur expiatione sedula placauit numen, & lephantos quatuor æreos in iugulatorum locum erexit. Haud minus est & leo sociũ animal. Graues annis & confe-

 cti iam

cti iam in communem à iunioribus uenatum ducuntur: ac ubi cursu despondêre animum sedent, euentumq; præstolantur. iuuenes interea rem agunt. mox ut successit, clamore in uitulini mugitus formam contemperato, signum dant, uocantq; senes. illi statim ut sensere, accurrunt, ac in commune præda fruuntur. Sunt ferarum amores etiam, idq; plurimarum, feri alij & rabidi, quemadmodum & hominum. alij nec ambitione barbara, nec inuenusto congressu qualis Alexandriæ Grammatici Aristophanis corriualis elephas fuit. Coronariam eandem uterque deperibant, cum elephas quidem Grammatico haud segnius amorem studiumq; declararet: poma forum transiens amicæ adferre, iuxtà diu aßistere, cunctariq; promuscidem intra uestium sinus inserere, ac mamillarum decus blandè palpare contrectareq; solebat. Draco uerò cum Aetolam uirginem amaret, ad eam noctu commeare, corpus leniter subire, mox complecti, iuxtaq; cubare, tum nullo prorsus dato incommodo, appetente iam luce, placidè discedere. id quia sæpe fecerat, puellam cognati aliò transtulerunt. ille ubi amicam quam paßim oberrando quæsierat, consuetudine diei unius & alterius tantùm fraudatus reperit, non placidè ut antea, sed iracundè adortus, nexibus reliquis manus & corpus nodabat, extrema cauda crura flagellabat, amatoriam quandam indulgentemq; magis quàm uindicem iram declarans. Anserem uerò & arietem Aegyptios, quorum ille puerum, hic citharistriã Glauciam deperibant, quoniam exempla celeberrima sunt, & uos saturos propemodum narrationibus esse uideo, nunc quidem prætcribo. Sturni uerò coruiq; & psittaci, quoniam loqui discũt, & uocis spiritum tam sequacem, tam æmulum, pensandum formandumq; docentibus præbent, ea ipsa docilitate adesse patrocinariq; cæteris animalibus uidentur,

& tan

& tantùm non uoce testari, etiam cæteris omnibus proferendi sermonis, & uocis articulandæ uim natura concessam. An uerò non uehementer ridiculum sit, locum hac quidem in re cum his contendendi marinis relictum ullum putare, quibus ne ad mussitandum quidem suppetiuit natura uocem? cum in horum natiuo, & quem nullo doctore didicere concentu, quanta facultas, quanta gratia sit, poëtarum eruditissimi suauissimiq; testantur, cantiones & carmina, ut quæque dulcissima sunt, non alijs quàm lusciniarum cygnorumq; modulis comparantes. Ac quoniam in uniuersum docere quàm discere, rationi confinius, & maioris cuiusdam facultatis est, etiam hoc posse animalia, doctissimo uiro Aristoteli affirmanti credamus. Lusciniam, quæ ad canendum pullum institueret, obseruatam, astipulatur certè, quòd inconcinnius canunt, quascunq; matres ob exilitatem uocis amandant: docentur contrà quæcunq; degunt unà, discuntq;, non quæstus laudis'ue studio, sed quia modulari uolupe est, tum quia magis elegantiam quàm usum uocis amauere. Cuius quidem rei commemorare uobis quòd è multis Græci Romaniq; nominis hominibus accepi, ijsq; qui interfuere, memorabile exemplum possum. Tonsor quidam officinam Romæ habens ex aduerso templi quod forum Græcum uocant, picam prodigiose streperam & loquacem, humana uerba, ferarum sonos reddere, instrumentorum omnium garritus & strepitus effingere, idq; nullo cogente, sed sponte sua assuefacientem sese, ac nihil indictum inimitatumque relinquere gestientem, habebat. Accidit autem ut hàc diues quispiam ingenti tibicinum strepitu efferretur. hi quia nobilitati fama erant, & canere iussi fuerant, moram istic fortè, ut fit, diutius hominum studijs se dando canendoq; traxerũt. pica postridie muta, elinguisq; fuit, adeò ut nec quam inter

quotidianas necessitates uocem solita fuerat, mitteret. Præbuit his qui norant antea, silentium subitum admirationem ingentem, tum illis ipsis qui adire hæc loca consueuerãt, muta ac perturbata omnia cernentibus, tristitiam incußit. Venenum alij per eiusdem opificis homines datum, pleriq; tubarum uoce auditum obstupefactum, unaq; uocem extinctam suspicabantur. Sed neutrum fuit. apparabat quippe, omniq; ingenij studio intrò reuocato, uocem sic quemadmodum organum aptabat instruebatq;. Subitò enim rediit, illuxitq; spectatoribus suis, nõ consueta illa ueteraq; imitamenta, sed tubarũ cantum iisdem prorsus periodis sonãs, transitus omnes insuper, omnes numeros eodem planè pacto seruans. Coniunctius itaq; quod dixi rationi, sponte quàm facile discere est. quanquam unum hoc disciplinæ docilitatisq; exemplum quod ipse Romæ uidi, uereor ut præterire queam. Canis mimo cuidam personam non unam repræsentanti, inter agendum adhærens, cum alios multos argumenti calamitatisq; illius gestus proprios scitè effinxit, tum pharmaci quod soporiferum fingebatur, sed esse lethale debuerat, experimentum cum in ipso caperetur, panem in quo mixtum scilicet erat pharmacum, accepit, uoransq;, paulò post trementi titubantiq; & iam uix caput attollenti similis, postremùm porrectus uelut exanimis iacebat, trahendum auferendumq; se, sic ut drama postulabat, præbẽs. Vbi uerò ex his, quæ dicebantur fiebantq;, tempus esse animaduertit, primùm paulisper commouit se, uelut profundißimo somno expergefactus, deinde caput leuans suspexit, postremùm mirantibus omnibus surgens ibat ad quem debebat, quemq; requirebat drama, lætus & gestiens. Ingenium igitur mortales omnes & Cæsar ipse (aderat enim Vespasianus senior in Marcelli theatro tum) uehementer obstupuere. Atqui ridiculi fortasse

sumus

ſumus, qui animalia docilitatis ergò uehimus, quorum nos ſummis in rebus Democritus *eſſe diſcipulos oſtendit: aranearum texendo ſarciendoq́; : hirundinum ædificando: ſuauium uerò illorum cygni luſciniæq́;,modulando carmine, & uoce fingenda.Quid quod ex unoquoq; trium medicinæ generum particulam hæ ſibi magnam quandam & præclaram uendicant?*Non *ſolùm enim medicamentis utuntur: teſtudines origano: muſtela cum ſerpentem glutiuit, ruta inſuper uorata:canes herba,choleram infeſtam trahente:ſerpens illito marathro obductam caligantibus oculis pelliculam tenuante perſcalpenteq́;: urſus poſt incubatum diutinum luſtrum exiens, ſyluestri aro aluũ conſtrictam hactenus acrimonia ſua ciẽte:idem cum cœpit nauſea,myrmeciam adiens, aßidensq́; linguam humore dulci fluentem exertam leuiter tandiu tenet, dum ſcatere formicis uideat, eas deglutit poſtea,uehementerq́; iuuatur.*Purgationem *uerò qua ibis utitur, ſalſuginem ſcilicet adhibẽs, aduertiſſe & imitati poſtea* Aegyptij *dicuntur. Sacerdotes certè nulla iſtic aqua luſtrantur,quàm unde hauſerit ibis,quia medicatam aut alioqui inſalubrem hæc auis non attingat.* Hoc *inquam medendi genere animalia non ſolo utuntur,quandoquidem & cibi ſe moderatu pleraq; curant. leones, lupi, carnibus farti nimium, abſtinent, cubandoq́; tantiſper ſe fouent, dum percoquant.* Tigrim *igitur narrant, quo tempore diætam certam præſtituerat, obiecto hœdo biduum totum abſtinuiſſe: tertio die eſurientem poſtulauiße aliud, felemq́; datum diſcerpſiſſe, cum hœdo ceu domeſtico iam & familiari parceret.* Iam *chirurgicen elephantos callere certò traditur.quippe ſpicula haſtaſq́; & tela uulneratorum corporibus adſtantes extrahunt,idq́; citra conuulſionem & damnum. Creticæ uerò capræ paſtu dictami telis eiectis, non'ne grauidis eijciendi*

partus ostendêre uiam? Huc properare uulneratas solum uideas dictamum quærere, dictamum sequi. Minus ista miranda uideantur, sint licet miranda maxime, si tributam animantum generi ratiocinandi uim, numeriq; notitiam inditam cogitemus, quales isti Susis sunt boues. Hortos hi regios uersatili machina, & modiolis haustorijs numero certis rigant: centenos modiolos in dies singulos singuli boum ducunt. plus non auferes, ne si adigere quidem aggrediare. ac sæpe cum experimenti gratia imperatum fuisset amplius, subsistere, ac soluto penso non progredi, compertum esse Gnidius Ctesias scriptum reliquit. Afri uerò Aegyptios ob hoc quidem rident, quòd Origem, quo die momentoq; sydus quod ipsi Soten, nos Sirium seu Canem uocamus, occidit, uocem edere fabulentur. ipsorum quippe capras, quoties cum sole eodem planè loco stella hæc oritur, in ortum omnes conuersas eò respicere: atque hoc syderis eius reuolutionum argumentum certißimum esse, cumq; decretis astronomicis prorsus congruere. Vt porrò sibi imponat finem iam aliquando oratio, desinatq;, agè ad isthuc sacræ anchoræ præsidium summum uenientes, de diuinatione uatidicaq; animantum ui pauca dicamus. Neque enim parua ignobilis'ue, sed ingens ac peruetusta diuinandi pars augurium est. Illa quippe naturæ uolucrum celeritas, & ingenij promptitudo, tum repentina conuersio ad incidentem quamlibet phantasiam expedita, utendam se dijs uelut organum & in motus, uoces, sonos, habitus quoscunque flectendam præbens, seu remorari seu promouere quidquam opus est, negotia & conatus hominum, sic ut uentus nauigia, nunc quidem interpellat, nunc accelerat, & ad finem perducit. Itaque in uniuersum omnes quidem aues deorum caduceatores Euripides, cygnorum uerò priuatum

confer

conseruum se Socrates uocabat, quemadmodum & reges etiam, Pyrrhus quidem aquila, Antiochus autem accipiter appellari gaudebat. Pisces uerò, stupidos & indoctos homines conuicio scommateq́; uocare solemus. Cumq́; decem millia myriadum sint, quæ per animalia & uolucres diuinitus homini nunciantur, ne unum quidem est quod exhibere patronus ille maris poßit. muta sunt omnia, & prouidentiæ totius cæca, in impium & titanicum locum uelut sacrilegorum conciliabulum abiecta & damnata, in quo omnis animi ratio & cogitandi uis extincta, sensus tantùm uix parua quædam scintilla mixta fluctuat, palpitãtibusq́; quàm uiuentibus similiora uidemus. HERACL. *Erige supercilium Phædime, & ad pugnam te nobis insularibus maritimisq́; comparato: nihil hic ludicrum est, sed certamen ualidum contentioq́;, subsellijs adhuc & tribunali, ni fallor, dirimenda.* PHAED. *Patent equidem insidiæ Heracleon, simul & dolus. hesternũ adhuc ructantes, mersosq́; potu, sobrius ut uides, egregius ille ex insidijs nos adoritur. ac tergiuersari quidẽ animus nõ est. nõ patiar enim, admirator Pindari qui fui semper, ut isthuc in me uatis eius meritò quadret:*

Oblato qui moram nectit certamine,
Profundas deijcit uirtutem in tenebras.

Otij siquidem abunde nobis est, cessantibus non horis, sed canibus, equis, retibus, & omni uerriculi genere, tum inducijs hodie uniuersæ terrestrium marinorumq́; animalium genti per hosce sermones conceßis. Animo uerò securo uos esse iubeo. utar enim otio modestè, nõ philosophorum opiniones, non Aegyptiorum fabulas, non incertas Indorum Afrorumúe historias, sed quæ ipsos, qui mare colunt testes habent, quæq́; conspecta fidem ipsis ubiq; faciunt oculis, ex infinitis paucula producturus. Tametsi quæ terrestriũ

Pro aquaticis.

animalium exempla sunt, obscurum nihil habēt, ut quæ ipsis sensibus, aperiantur modò sponte se ingerant: aquatica uerò paucula cerni, atq; id ægre permittit mare. fœtus autem & educationes, bella & pacem, quibus utuntur inuicem, plerorunque prorsus abdit etiam. Vnde cum in obscuro posita permulta intelligentiæ memoriæq; & humanitatis piscium argumenta sint, facile uidere est his nostris partibus quantum incommodetur. Deinde terrestria illa, quia cum homine ueluti tribus gentisq; eiusdem degunt, moribus humanis prorsus concolorantur, ac non solùm educationis & disciplinæ, sed imitationis etiam beneficium sentiunt, quo quicquid austerum & tetricum est, sic quemadmodum aquæ fluuiatilis commercio mare, mitescit: quicquid in compositum & ignauum, dexteritate hominum excussum suscitatur. Marinorum uerò uita immenso interuallo hominum consortio exclusa, peregrinumq; nihil, nihil adulterinum habens, sua quædam & germana ac ueluti indigena & impromiscua est, idq; adeò loci magis quàm naturæ ratione. Nam ipsa quidem natura quantū ex sese consequi discendo potest, totum colligens cohibensq;, sæpe quidem anguillas (sacras uocant) cicures edit, quales Arethusam habere constat: sæpe uerò pisces cæteros, idq; multis in locis, indito nomine, dicto audientes: qualem & Crassi murænam fuisse scribunt, cuius ille mortē luxisse fertur: & cum obijceret Domitius, An tu murænam luxisti? retorsisse, An tu uxores tres cum extuleris, unquam lacrymasti? Crocodili uerò sacerdotum se clamantum non solùm uocem agnoscunt, contrectariq; sustinent, sed aperto rictu purgandos manibus dentes, & linteolo detergendos præbent. Et Philinus optimus uir Aegypto ubi peregrinatus est reuersus nuper, apud nos narrabat, in urbe Antæi anum uidisse se in eodem cum

croc

crocodilo grabato mollißimo cubantem, cum huic se elegãter ille applicaret. Tradunt etiam, Ptolemæo iam olim regi, cum crocodilum sacrũ frustra diu, sacerdotibus nequicquam scilicet clamantibus hortantibusq; uocasset, obitũ qui haud ita multò pòst insecutus est, portẽdi uisum. Vnde preciosæ illius diuinationis expers immune'ue genus aquaticũ non esse, satis liquet: quandoquidem & iuxta Suram uillam Lyciæ, inter Pheltum & Myronem sitam, sic è piscibus auguria arte quadam captari uideo, quemadmodum ex auibus alibi, dum linguæ uoces, dum fugas, dum bella corũ speculantur & obseruant. Ac esse quidem non aliena à nobis aquatica, aut nihil sortem nostram prorsus miserantia, satis hæc arbitror declarant. Industriæ uerò genuinæ illius meræq; & impermixtæ argumentum ingẽs est, quod uulgò mortales omnes usu compertum tenemus. Neque enim natatilium quidquam, solis quæ affixa petris hærent, exceptis, aut manu prehendi, aut sine negotio circunueniri sustinet, quo modo lupis asini, papilionibus apes, hirundinibus cicadæ, serpentes ceruis persæpe capiuntur. Hinc enim ἐλάφοις græcè nomen est, haud à celeritate, quod putant quidã, sed serpentis tractione sorptioneq; ductum. Ouis etiam pedis grauiore sonitu lupum stulta uocat. Ad pardum pleraq; uel sponte adcurrere, odore allecta, simiam cum primis, narrant. At enim marinorum in uniuersum omnium, nullum propter ingenij sagacitatem & suspicacem circũspectamq; aduersus insidias præsensionem, capi uulgari negligenti'ue uenandi opera posse. sed instrumentis omnigenis, & in his ipsis dolo uafritieq; certa opus esse, declarant quæ quotidie uidemus. Nam & piscatoriam arundinẽ crassam esse non patiuntur, tametsi forti contra captorum resultus opus est: sed tenuem magis probant, ne iactæ umbræ latitudine

animal alioqui suspicax absterreatur. Et funiculum ipsum nodorum uinculis nec multiplicibus nec asperis faciunt, quandò & hinc dolum coniectant. Setis denique ad hamū appositis, albicantibusq; maxime, & maris aquam colore proxime simulantibus, hocq; magis fallentibus, ex industria utuntur. Id uerò quod poëta dicit,

Hæc sese plumbo similis demersit in altum,
Quale per agrestis transmissum cornua tauri,
Piscibus exitium portat cladem q; futuram,

haud rectè intelligunt quidam, setis bubulis ueteres ad hami funiculos usos esse putātes. κέρας enim, quòd Græcis cornu est, etiam setam significare, atq; κέρασθαι & κερᾶν tondere & tonsionē, & apud Archilochum κηροπλάστην concinnandæ comæ studiosum, & quasi fictorē institoremq; formæ dictum. Est autē non uerū. equinis enim setis utebantur, atq; ijs masculorū tantùm, nam suas equæ lotio semper irriguas, exiles nimis & imbecilles reddūt. Aristoteles etiā nihil hic nouū exquisitumúe poëtā significasse dicit, sed ita solitos, cornu proximè hamum funiculū circūdare, ne sorpto hamo dentibus pisciū præcideretur. Curuis autē hamis ad mugiles amiasq; utuntur ideo, quoniā os illis angustius est, tum quia rectos uitāt. Quanquam curuos etiam persæpe mugil suspectos habēs circumnatat diu, cauda ab omni prius parte percellēs escam, ac tantùm quod reuulsit glutiēs. quod quidem nisi successit, ore in angustū collecto contractoq;, summis tantùm labris ac uellicatim stringit escā. Labrax uerò animosius etiam quàm elephas ipse, quoties incurrit hamū, non alteri, quod ille, sed ipsius sibi telum extrahit. huc enim illucq; iactando caput, uulnus primùm patefacit, deinde calcitratus laborem sustinet tantisper, dùm conuellat hamum. Vulpes autem ad hamum quidem temere haud accedit, callida

lida uitans dolum: capta uerò auertitur subitò. potest enim ob natiuam corporis tenacitatẽ mollitiemq́; mutare & inuertere sese. ergo postquã intestina foris omnia effudit, hamus ultro decidit. Hæc liquidè piscium cum prouidentiã insignem, tum eiusdem, quoties oblata gerendæ rei occasio est, usum callidum & exquisitũ docent. Sunt alia in quibus cõiunctim isti perspicaciæ societatis studium uidere est, cuiusmodi anthiæ sunt & scari. Scarus ubi glutiuit hamum, cæteri qui tum adsunt approperant, funiculum abrodunt. Iidẽ si quis in nassam aberrauit fortè, caudam intrò porrigũt, & hunc mordicus inhærentem foras extrahunt, atq; ad se reducunt. Violentius anthiæ succurrũt contribuli, reiectum in humeros funiculũ surrectis aculeis resecare, spinæq́; asperitate refringere soliti. Atqui quod periclitanti alteri succurrere adesse'ue sustineat, terrestre scimus nullum, non ursum, non aprum, non leænam, non pardum. In unũ quidẽ quæ generis eiusdem sunt, in theatris coëunt, & inter se discurrunt, alterum uerò alteri opitulari nec nouit nec cogitat: fugiunt resiliuntq́;, & ab eo quod uulneratum cõcidit moritur'ue, quã longissimè discedunt. Nam illa de elephantis bone uir historia in fossam congerentibus, ac delapsum aceruato syluæ tumulo eruẽtibus, absurda prorsus & aliena est, quasi edicto quodã regio librorum Iubæ credi sibi postulans. Quæ tamẽ ut uera sit, marinorũ certè pleraq; docẽt, nec perspicacia nec societatis fide terrestriũ omniũ sapiẽtissimo quidquã se cedere. Ac de societate quidẽ mox locus erit suus. Piscatores uerò postquã arundinem hamiq́; iactum, piscium uelut stratagematis crebrò ludificari uidissent, ad inferendam uim cõuersi, sagenis sic ut in capiẽdis Græcis Medi, cœperũt uti, quasi fugã nulla nec ratio nec industria irretitis semel expedire posset. Equidẽ uerriculis & plagulis mugiles iuliæq́; capiuntur,

capiuntur, tum mormuræ & sargi, gobij item & lupi. Iactarij uerò, quos uocant, miluus, chrysus, scorpio, cum sagenis tum reticulo trahuntur illaqueati. Retium porrò genus uniuersum πανάγραρ, hoc est, tutum nihil relinquens, sed omnia circũueniens capiẽsq́; rectè Homerus uocat. Verumenimuero etiã hæc contra astus galeis lupisq́; inuenti. Lupus rete iam trahi sentiẽs, solum interea magna ui ruendo diuidendoq́; cauat, ac ubi latibulum aduersus insultus communiuit, inijcit abditq́; se, & hic tantisper hæret, dum rete præteruehatur. Delphinus autem comprehẽsus, ac intra plagas esse uidens, æquo animo fert, nec se conturbat quidquam, quinetiam gaudet, in ista larga piscium copia magnificè scilicet sine negotio conuiuaturus. ubi ad littus porrò iam uentum est, eroso perruptoq́; reti auolat. quòd si fuga quidem euadere primùm capto non datur, periculi tamen nihil est: iunco quippe circa collum insuto signant, dimittuntq́; rursus. deprehensum postea uerberibus suturæ cicatricibus agnitum castigant: quod quidem perrarò accidit. Nam uenia data, uitaq́; semel restituta, plerique omnes in posterum continent se, ac ab iniuria facessunt. Cum sint autem id genus cautionum, circunspectionũ, euasionumq́; exempla mille, hoc unum sepiæ præterire nullo pacto possum. uesiculam hæc (sic nominatur) collo dependentem habet atro liquore (atramentum uocant) plenam: hunc capta mittit, obscuratis circùm maribus, & tenebris in latitare fugereq́; uenantis aciem struens: Homericos planè deos imitata, quibus atra subinde nubecula hi quos seruatos uolunt, belli discrimini subducuntur suffuranturq́;. Sed ista satis. Prædandi uerò insidiasq́; struendi uis quanta concessa marinis sit, æstimare calliditate plerorunq́; licet. Stella, quoniam quæcunq; tetigit, solui liquefieriq́; omnia certum est, acceden

accedentibus propinquantibusq; ultro se cõtrectandam tuta præbet. Torpedo uerò quam uim habeat, nemo nescit: nẽpe qua non solùm tangentes alligat, sed per ipsum etiã rete obtorpefacientem grauedinem piscatorum manibus inducit. ac narrant quidam periclitati sæpe, si quis cum uiua elabitur, supernè interea manibus agitet aquam, uim ad manus remeantẽ, & tactum obstupefacientem penetrare, aqua prius omni, ut uidetur, mutata infectaq;. Hanc igitur uim suam quoniã exploratam habet, certamen quidẽ cum nullo suscipit, nec periculum adit: insidiatorem uerò circũiens, & tanquã spicula uim istam suam tacitè interim mittens, primùm aquas, mox ipsum per aquas animal inficit, sic ut iam nec tueri se, nec fugere poßit, ceu uinculis cõstrictũ, alligatũq;. Is uerò quẽ ex re nomine facto Piscatorẽ uocant, notus multis est. hunc eodem cum sepia cõmento uti solere scriptũ Aristoteles quoq; reliquit. acetabulum à collo dependens habet, extendi quoties remisit, & in se rursum concurrere cũ recepit, momento solitum. hoc instar hami promittit, & pisciculis minutioribus ubi circũuolitant uellicandum præbet: paulatim deinde & leniter reuocat ad se, tantisper adducẽs, dum ore iam cõsequi pisciculos poßit. Iam quod polypi tam uariè se pingunt, etiam Pindarus celebrat:

Aequorei aduerte ante omnia mentem
Pelliculæ polypi, sic urbes omnes adi.

Et Theognis similiter:

Diuersam (inquit) polypus multicolor obtine mentem,
Et petram simili quanq; colore refer.

Chamæleon enim non qui quidquã struere latitaréue instituat, sed metu colorem mutat, meticulosum natura animal & trepidum, quodq; cõsequi etiã uenti copiã Theophrastus scribit: quoniam parũ absit quin corpus totũ pulmo expleat: unde aura

uiuere,

uiuere,& mutationibus perquàm obnoxium esse conijcit. Isthæc uerò polypi mutatio,haud morbi uis est.ex industria nempe sese transformat,hac sutela infesta fallere,prædam in potestatem redigere solitus. hoc enim pacto & non cauentibus obrepit,& dolum struentibus fucum facit. Ipsum brachia sua rodere,falsum:à murænis autem metuere, uerum: quippe qui ab his infestetur,quas ipse tamen non poßit, lubricitate sua continuò elabentes. Carabus contrà,easdē intra brachiorum complexum nactus conficit quidem,nil læuore aduersus asperitatem proficiēte:ipse uerò intra polypi acetabula compulsus,perit.Hunc sese persequēdi fugiendiq́; circuitum ac uices,maritimæ sagacitatis ac solertiæ meditationem & exercitamentum piscibus natura dedit. Sed erinacei terrestris uentorum præsensionem nescio quam iactat Aristotimus,ac gruum uolatus in cuneū dispositos miratur. Ego uerō erinaceum Cizycenum Bysantinum'ue nullum, sed maritimos exhibebo simul omnes.Hi quoties æstū procellasq́; præsensere,saburra grauant sese,ne propter leuitatem iactentur,ne'ue tempestate iam ingruente auferātur,sed petris firmè inhæreāt.Illa uerò gruum ad uentum aciei cōmutatio,non unius,sed uniuersi maritimi generis est:siquidē & æstum fluctusq́; contra natando niti,& eadem de causa, aquaticis omnibus mos est.cauent quippe ne uentus à tergo incumbens,squamas surrigat cieatq́;,atq; ita nudatū & exasperatū corpus uulneret:unde in uentū,obnixiq́; fluctibus, cursum dirigunt. sic enim à uertice scißi fluctus, & branchias cohibēt,& per summa delati minus infestant,& horrorem non incutiunt.Hoc igitur,quemadmodum dixi, commune piscium omnium est,acipensere tantùm excepto.secūdum uentos & fluctus meat hic, squamæ uulsionē nihil ueritus,ut quarum cōmissuras ad os uersas habet.Quid quòd

thynnus

thynnus æquinoctia ſentit & ſolſtitia, hominemq́; docet, aſtrologicis obſeruationibus nihil opus eſſe? Nam ubicunq; hybernum occupauit ſolſtitium, iſtic hæret intrepidus, ad æquinoctium uſq; eodem in loco durans. Verumenimuero hoc callidum illud eſt, quòd lapillum grus tenet, cuius lapſu expergiſcatur: at quātò eſt obſecro delphini callidū hoc magis, cui quia ſtare, aut unquam ab agitatione feriato eſſe fas non eſt (perennis quippe mobilitas ineſt, ac uitæ motusq́; finis idem) ubi ſomno opus habet, in ſummas aquas ſubleuatū corpus, ſupinum per profunda altitudinis eius demittit, æſtu quodam delatus, tantiſper dum in uadum impingat, ſolumq́; ſentiat: hic excuſſo ſomno, ronchoq́; edito ad ſummū rurſus meat, rurſusq́; demittitur, ac pronus fertur, motu quodam mirabiliter compoſito quietem captans. Idem facere thynnus, ac eadem etiam de cauſa fertur. Ac quia mathematicam conuerſionum ſolis præſcientiam peregimus, cui ipſus etiam Ariſtoteles ſuffragatur, arithmeticē nunc, immò uerò hercle ipſam prius opticen uideamus, quam nec Aeſchylum piſcibus negaſſe putem. Sic enim inquit:

Huc læuum oculum thynni ritu admoue.

altero ſiquidē obtuſè cernunt. Hinc eſt quòd cum Pontum dextrorſus ſubeant, ſiniſtrorſus egrediantur: ſcitè & proſpicienter admodū ſalutem ſuā oculo perſpicaciori credentes. Arithmeticen porrò, quia ad mutuam ſociamq́; maximè, ut uidetur, dilectionem & congreſſum numeris opus eſt, ijdē ad ſummum excolunt, adeò ut quoniam conuiuere & gregatim ire geſtiunt, phalangem totam figura cubica diſponant, ſolidum ex omnibus ſex lateribus circundantes, ac ita quadrato quidem agmine, ſed ancipiti fronte progredientes. Explorator ergo latus unū ſi numeret probè, de uniuerſa multitudine iudicare momento poßit: quoniam profunditatem

ditatem agminis longitudini latitudiniq; pari serie respondere constat. Hamijs ipsa nomen congregatio dedit, quemadmodum & Pelamedis, ut uidetur. Cæterorum generum quæcunq; cõmune gregatimq; uiuunt, numerum recensere haud facile sit. igitur ad cõuictus & consortia quorundam saltem ueniamus. Quo quidem de numero cum primis est is, quo describendo atramenti plurimum Chrysippus consumpsit, pinnotheras, primas in omnibus huius & physicis & moralibus libris habens. Nam spongiotheram non uidit, alioqui haud taciturus. Pinnotheras igitur cancrorum de genere est, pinnæ semper adhærens, ac ad concham huius atriensis instar excubans. hiare quippe pandiq; tantisper sinit, dum pisciculi quos capi posse speret, irrepserint: ibi pinnæ carnem uellicatu leni stringit, ac intra fauces ipsius proripit sese. illa mox concham comprimit. prædam postea intra claustra captiuam in commune partiũtur & uorant. Spongiam uerò non cancer, sed araneæ simile animalculum identidem moderatur. Neque enim inanimis est, sensu'ue aut sanguine caret spongia, sed petris sic ut alia multa adfixa, motum quo nunc exporrigitur, nunc contrahitur, peculiarẽ quendam habet, ductu tantum admonituq; egens alieno. Igitur cum sit spissa minus, mollis uerò, & alioqui per ignauiam & hebetudinem laxamentis dedita, quoties edibile aliquid per inania subiuit, illo significante contrahit se, & quod est ingressum, capit. cum primis uulsore propinquante tangente'ue, à spongiothere monita ac perstricta uelut inhorrescit, tum corpus figens stipansq; adeò coartat, ut longè uulsu sit difficilima. Purpuræ uerò publicitus cõgregatæ fauũ sic ut apes cõstruunt, in quo etiã parere dicuntur. cibo, qui alga & muscus est, quantũcunq; coëgerunt, cõcha deprompto excipiũt sese, ac conuiuia uelut per circulum

circulum agitant, altera alteram foris sic depascente. Quanquam harum societatem & in amicitia fidem quis miretur, postquam ab omni maximè commercio abhorrens, marinorum fluuiatilium lacustriumq; omnium maximè ferus crocodilus, ultro se tam miranda cum gratia trochili congreßibus præbet? Auicula trochilus est circum paludibus & fluuijs uicinos locos agitans crocodili satelles parasitusq;, non domi, sed reliquijs huius uictitare sueta. Hæc ubi stertenti crocodilo ab Ichneumone luto in hoc se pugilis instar armante, parari insidias animaduertit, aduolat, somnum discutit, uoce partim, partim uellicatu rostri. Hoc ille officio sic demulcecetur: patefacto deinde rictu intra fauces admittit, titillari, & inter septa dentium carnes rostro leniter excerpi mirificè gaudens: cuius uoluptatis cum satur est, ac os colligere iam, & rictum claudere parat, inclinata paulum superiore mandibula præmonet, totam uerò non antè demittit, quàm euolare trochilo quoq; collubitum uideatur. Is uerò quem gubernatorem uocãt, magnitudine formaq; gobij pisciculus, foris quidem auiũ cum horruere, propter asperitatem squamæ similis, grandiorum balenarum cuipiam semper hæret, præitq; cursum dirigens, ne uel in breuia cœnum'ue impingat, uel in angustias sese penetret, unde exitus non detur. Hunc balena ueluti temonem nauis sequitur, duciq; fert haud inuita: ac cæterorum quidem quicquid intra barathrum belluæ uenit, seu scapha, seu saxum, pessum it statim, peritq;, in alui profunda mersum: hunc autem agnitum, ore uelut anchoram recipit, dormit unà, quiescente quiescit, progrediente progreditur, haud usquam diu noctu'ue destituens. hoc nisi facit, errare impingereq; certum est. periere multæ, dum uelut gubernatore carens nauigium, delatæ ad terram sunt. quod ipsi quoque circa Anticyram uidimus. ac prius etiam

multò, haud ita procul à Bunis balena eiecta & putrescente pestem inuasisse narrant. Huic tam arctæ marinorum inter se coniunctioni ac conuictui quid obsecro comparemus? Serpenti cum uulpe conuenire Aristoteles etiam tradit, scio: sed idcirco, quia communis aquila hostis sit. equo similiter & asioni, nempe hæc illius stercus aduolans assiduè uertit. Ego uerò nec apibus nec formicis ipsis intercedere tantum inter se studij dico. Rempublicam cuncti cunctæq; curant quidem, sed alter pro altero solicitus nemo est, de salute alterius inquirit nemo: quod quidem discrimen rectius perspicietur, si antiquissima maximáq; societatis & commercij munia, ortum & procreationem dico, perpendamus. Primum omnium, quicunque uel lacubus attigua, uel fluuios excipientia colunt maria pisces, ubi fœturæ tempus appetit, flumina secuti, mansuetissimas, minimumq; salsuginis habentes aquas ex industria petunt: seu quòd ista tranquilitas commoda partubus est, seu quòd minus sunt lacus & flumina belluis infesta, rectiusq; curantur fœtus. Igitur pleraque in Euxino præcipuè pariunt. nam & balenas non nutrit, sed aut uitulos graciles, aut delphinos perexiguos, & fluminum maximorum hunc subeuntium admixtio, clemens grauidis, utileq; maximè aquarum temperamentum præbet. Cum primis uerò mirandus anthias est, quem sacrum piscem Homerus uocat: tametsi magnum quidam sacrum intelligunt, quomodo os sacrum magnum, & comitialem morbum magnum scilicet, sacrum uocant. quidam uerò communi ratione, quod in tutela numinis sit, ad hæc omnibus expetatur, dictum sacrum putant. Eratosthenes auratam uidetur,

Perniceméq;, supercillioq; flauente, sacrumq;,

dicere

dicere. multi acipenserem: nam & hic rarus est, & ægre capitur, conspicitur autem circa Pamphyliam sæpe. Anthiam igitur siquando piscatores cepere, ipsi conspicui lætiq; redeunt, nauiculas coronant, mox applicantes plausu & strepitu accipiuntur, honoranturq;. Plerique uerò sacrum anthiam esse diciq; idcirco uolunt, quia quò loci est, bellua nulla compareat, tutoq; spongiatores urinentur, ac pisces ipsi tuti pariant, hanc immunitatis ceu fideiussionem nacti. Causam difficile colligere est: seu horrent anthiam belluæ, qualiter elephantes suem, gallum leones: seu loca non infesta prudens & memoria præditum animalculum agnita notat, aditq; tantùm. Quanquam matribus omnibus communis fortasse ex se genitorum cura est: mares autem non (quod hic impingit) prolem ipsi perdunt suam, sed fœtibus immoriuntur etiam, & oua, quod Aristoteles quoque docet, asseruant. Sunt uerò qui & consectantur fœminas, & oua genitali semine conspergunt: quando aliter uix quidquam nascatur eximium, sed quod natum sit, inabsolutum maneat, incrementumq; solitum non attingat. Peculiariter phycæ alga uelut nido constructa fœtum circundant, ac contra tempestates tuentur. At galei paterna quadam indulgentia nulli animalium uel suauitatis, uel bonitatis summæ palma cedunt. oua primùm, mox animal, non foris, ut cætera, sed in seipsis edunt: tum educant, gestantq; ceu partu secundo quodam: ac ubi iam adoleuere, foris emittunt: ludere & natare circum se docent: mox in se rursum per os recipiunt: inhabitandum, incolendumq; corpus præbent: locum, cibum, refugium, tantisper dum ipsis ex sese præsidium certum sit, suppeditantes. Miranda uerò & testudinis est in educandis tuendisq; liberis cura. parit egressa mari haud procul: incubare

uerò & in continenti degere quia diutius non est, sabulo primùm deponit oua, mox arena tenuißima mollißimaq; obruit: ac ubi iam contumulauit probè, pedibus, ut alij putant, insculpit signatq; locum, cognobilem sibi reddens: ut alij, ab ipso resupinata marito fœmina, testæ propriæ characterem sphragidemq; inscribit. iam quod longè mirabilius est, præstituto die quadragesimo (nam hoc interuallum ad maturitatem oua perducendi iustum est) redit, ac suum quæque thesaurum agnitum, longè quàm illos auri argenti'ue loculos homines, alacrius lætiusq; recludit. Crocodilorum autem cætera quidem finitima sunt: locum uerò quem excubatui designat, quibusnam conijciat modis, ratiocinio humanno nullo deprehendi potest: unde nec humanæ, sed fatidicæ cuiusdam facultatis illam bestiæ prædictionem esse putant. Nec altius enim nec inferius, sed eo præsertim loco ponit oua, quo summo Nilus auctu eo quidem anno terram abluturus conditurusq; peruadet. Itaquæ qui rusticus prior incidit, locum notat, ac summum cæteris nuntiat fluminis incrementum. Adeò uerò locum commetitur, ut eo aquis operto, non opertus ipse incubet. Exclusis autem pulliculis, quisquis emergit protinus, nihil autem arripit eorum quæ fortè occurrerunt, ac neque uel ranam, uel limacem, uel festucam, uel herbulam populatur ore lanians, eum morsu mater repentè necat: feroces contrà ac strenuos amat colitq;, iudicio, quod mortalium sapientißimi consueuerunt, non amans affectu. Phocæ etiam in sicco pariunt. paululum deinde prouectis ca tulis gustandum mare præbent, mox reducunt. id ita crebrò faciunt, dum addita fiducia fluctibus credere gaudereq; uideant. Ranæ uerò ololysmo quem uocant, uelut amatorio epithalamioq; carmine ad hoc composito, fœminas ad uene-
rem

rem irritant:ac ubi iam allexere,noctem eam in cõmune expectant.coire quippe in aquis quidem non possunt, interdiu uerò ob metum nolunt: igitur nocte iam oborta in terram egreßi complexibus indulgent liberè. per cætera uocis illa claritas impendente pluuia cum primis usurpatur, estq; id huius euidentißimum signum.Sed quod mihi(prò marine Iupiter)propemodum malum, quàm absurdum & ridiculum accidisset,circa phocas & ranas ut hærens,sapientißimi diuinißimiq; marinorum omnium animalis obliuiscerer? Quas enim luscinias suauitati, quas hirundines indulgentiæ, quas columbas humanitati, quas apes summæ halcyonum industriæ conferamus? aut cuius natales,partusq; & dolores deorum quisquam adeò reueritus est? Latonæ puerperio quam uolebat insulam,sed unicam concessam scimus. halcyoni uerò mare circa solstitia totum tranquillum placidumq; parienti sternitur.unde nullum est animal,quod quidem colunt homines, cuius beneficio septem perpetuos dies, ac noctes totidem,media hyeme liberè nauigetur,omni tum per maria profectione longè quàm per continentem tutiore. Quòd si de singulis etiam uirtutum quas habet, paucis dicere conuenit,coniugis amans est adeò,ut nõ uno quodam, sed quolibet anni tempore cohæreat, congressusq; huius admittat: haud quî procacula sit adeò, quippe quæ alteri nulli prorsus miscetur,sed beneuolentiæ,qualiter nuptam decet, & amicitiæ studio.Eundem grauem iam annis,& ægrè sequentem.suscepta cura fert fouetq; senem,nusquam destituens,nusquã post se relinquens.Nam & humeris impositum circunfert ubilibet,curatq;,& adest in mortem usq;.Iam uerò naturali quodam amore curaq; prolis,ubi se grauidam esse primùm sensit, ædificare protinus aggressa, non lutum qualis hirundinum mos est subigit, parietibus laquearibus'ue adglutinan-

dum: nec membris simul omnibus incumbit, qualiter apes fauum corpore toto subeuntes, in formam cellas hexangulam, pedum totidem, hoc est senûm, opera distingunt: sed organum unum simplexq́;, instrumentum unum, rostrum scilicet, aliud uerò sedulitatis illius & erga liberos studij sui præsidium nullum coniūctum habens, qualia dij boni struit, qualia molitur? difficile creditu est, nisi quis oculis perspexit. fingit enim, imò uerò nauis instar fabricat, nouo figuræ genere opus, solum euerti mergiq́; fluctibus nescium. componit quippe deuincitq́; conserens inuicem acus pisciculi spinas, ac rectis alijs ceu stamini, transuersas alias ueluti subtegmen implicat, mox consertum recuruat, & in orbem reducit, ac sic coaptat deniq́;, ut opus nauigij specie turbinatū, ac qualo propemodum piscatorio oblongiusculo simile euadat. perfectum littori quo fluctus extremi pertingunt, applicat. hic unda molliter feriens, nondum firma satis biantiaq́; procellarum uerbere deprehensa, sarcire docet: solida uerò & iam cohærentia constringit, figitq́; adeò, ut nec saxo nec ferro dissolui diffringi'ue facilè queant. Qua quidem in re magna cum primis admiratione dignum ostiolum est, sic modificatum figuratumq́;, ut hanc unam subeuntem recipiat, cæcum cæteris & abditum, ac aliud prorsus nihil admittens, ne undarum quidem. Equidem arbitror nidum huius neminem non uidisse: mihi certè quoties uidi tetigi'ue (uidi autem persæpe) isthuc in animū subit dicere canereq́;:

Talem quondam oculis Phœbea uidimus arce Deli,

corneam illam aram, inter septem quæ uocant mundi miracula celebratam, quæ quidem citra glutinum omne uinculumq́;, dextris tantum cornibus coaptata ac commissa fuit. Atq; utinam musicum me quadantenus & insularem, musicus & insularis deus Apollo, pelagicæ syrenis laudes cādidè celeb

celebrantem benignè placideq́; ferat: istorũ uerò quæstiones quibus hic nos traducũt, cur nõ aut congricida Phœbus, aut mullicida Diana uocetur, irrideat: non ignorantiũ Venerem etiam sacra ritusq́; suos mari instituisse, ac præter cultum lu crumq́;, mari natura gaudere. Lepti uerò Neptuni templo præfectos, marinũ prorsus nullũ attingere, mullũ Eleusinæ sacerdotes etiam pro sacro colere, eodemq́; Iunonis apud Argiuos antistitem ob animalis reuerentiam prorsus abstinere, notum est omnibus. Marinũ quippe leporem exitialẽ homini mulli necant, cum primisq́; infestant: unde studio quodam hominis duci, hominis curã gerere crediti, istam uicissim immunitatẽ obtinuere. Atqui & Dictynnæ Dianæ & Delphinij Apollinis aræ templaq́; per Græciam multa paßim sunt. Enimuero quem locũ ipse sibi deus peculiarẽ elegit, eũ Cretensiũ posteri delphino duce tenuerũt. Neq; enim quod fabulantur quidã, sumpta delphini specie deus ipse, sed ab illo delphinus missus, perq́; mare cursum dirigẽs, classem perduxit Cirrham. Iis etiã quibus à Ptolæmeo Sotere Sinopi relictis, Serapidis & Dionysij reuehendi negotiũ datum fuerat, uentorum ui præter animi sententiã supra Maleam abreptis, & iam à dextra Peloponnesum habentibus, ac ob id perturbatis tristibus, delphinũ ante proram conspectum narrant ueluti uocantem, ac ducem se in stationem quandam leni cursu præbentem: illos uerò de uia iam nihil solicitos tantisper prænatantem uiamq́; monstrantem secutos, dum constituerentur Cirrhæ: ibi factis pro reditu sacris, intellexisse è duobus simulacris alterum, Plutonis quod erat, tolli auferriq́;: alterum Proserpinæ effictũ expressumq́;, relinqui oportere. Est autem uerisimile, etiam quia musicem delphinus amat, charum esse deo. Qua quidem in re huic se Pindarus conferens,

Non delphinum, inquit, abditum elici,

Quem placido ponti de pelago,
Exciuit amabile tibiæ melos.

Imò uerò magis adeò ipsa animalis humanitas grata dijs esse uidetur. Solus enim delphinus hominè hoc quidem solùm nomine diligit, quia sit homo: cæterorum, quæ per continentem degunt, uel nullum, uel quæ mansuetiora sunt tantùm, canis, equus elephas, nutricatores modò & familiares colunt suos. Hirundines dum umbra & opportunitate necessaria potiantur, commugrant cohabitantq; nobis, per cætera hominem uelut bestiam fugere & auersari solent. Delphinis autem longè quàm cæteris secus, illa summis philosophorũ tantopere desiderata, sordibus omnibus, omni fraude carens amicitia, solis cum homine natura intercedit. Nam qui haud ullius ulla in re mortalis opus habent opera, benigni omnibus, omnibus amici, etiam opem tulere multis. Arionis exemplũ, qui ignoret, nemo est, perquàm scilicet nobilitatum. Hesiòdi uerò tu quidem in ipso nos admonuisti tempore,

At non tibi fabula finem. Oportebat enim, si quidem isthuc de cane credi tibi postules, delphinos non præterire. Cæca fuit illa canis pro hero depugnatio, latratu tantùm & & clamore cæsoribus insultantis. Nemæum uerò quendam, cum fluctibus exanimis iactaretur, delphini excepere, mox alter alteri alacritate mira tradentes exposuere Rhiũ, ut iugulatum ostenderent. Enalum uerò Aeolium cum Phinei filiam quam amauerat, Amphitrites oraculo monitæ præficæ in mare mortuam abiecissent, eodem loci desilijsse, & hinc à delphinis Lesbum incolumen deportatum, Lesbius Myrtilus autor est. Quid illam erga Iassensem puerum beneuolentiam & fidem memorem, flagrantißimi cuiusdam amoris argumentum? ludere, natare unà quotidie, ac contrectari manibus pati, ad hæc conscendentem non refugere, sed uectare

lætus

lætus, ac quocunq; dirigeretur, cursum flectere: cum omnes ad mare Iassenses undique iam sæpe spectaculo stupidi concurrerent. Sedenim oborta iam aliquando tempestate, nymboq; & grandine ualidis incumbentibus, delapsus puer sub undis extinctus est. delphinus re animaduersa, & cadauer quocunque iactaretur secutus, in cõtinentem impete se tandem unà eiecit, nec antè diuulsus est, quàm in sicco expirasset: æquum haud dubiè iudicans, qui uitæ fuisset, mortis etiam cuius autor ex parte fuerat, socius ut esset. Monumentum calamitatis eius Iassensium monetæ etiamnum insculptum, puer delphinum inequitans est. Hinc Cerani quoque fabella fidem habere cœpit. Parius hic genere, Constantinopoli iam aliquando iactum piscium, in eoq; delphinos captiuos plurimos iamiam mactandos emerat, ac mox dimiserat, pecunia redemptos sua, donatosq; uita. paulò deinde pòst quinqueremi, qua & ipse & piratæ quidam uehebantur, inter Naxum Parumq; freto medio euersa, pereuntibus cæteris omnibus, ipse subeunte subleuanteq; delphino, solus iuxta Zacynthi specum applicans saluus euasit. Ceraneum specum etiamnũ uocant. Qua quidem de re isthuc esse Archilochi putatur:

Quinquaginta uiris superesse dedit Ceranum
Neptunus pater.

Postea cum supremũ Ceranus diẽ obiret, ac corpus igni affines iuxta mare traderent, delphinos circa littus innumeros cõparuisse, ac ita sese palã ostẽtauisse narrant, quasi interesse funeri significarent, quippe qui non antè discederent, quàm iustis planè peractis. Vlyßis autem parma quòd insigne delphinũ habuerit, etiã Stesichorus docet. qua uerò maximè de causa, Zacynthij memorãt, quẽadmodũ Critheus testatur. Puerulus adhuc Telemachus cum fortè in mare quod iuxtà uorticosum erat, per lubrica deci-

diſſet,excipientibus delphinis ab imoq́; reuehentibus euaſit: hinc ſculpturã annulo & umboni ſignũ pater delphinũ inſcripſit:gratia ſic animali relata. Sed quoniã fabulis abſtinere iam à principio pactus, interea neſcio quomodo dum intentus delphinis ſum,extra metam fidei prouectus lõgius, in ipſum Ceranum & Vlyſſem impegi,mulctam mihi ipſi ſtatuo,dicereq́; faceſſo. ARIST. *Vobis igitur, uiri iudices,ferre nunc ſententiam licet.* SOCL. *Atqui iandudum Sophoclis illud nobis uidetur:*

Coibit pulchrè ſermo etiam nunc diſcrepans,
Ac in commune utriſque erit.

Siquidem enim quæ diſſeruimus,inuicem in unum uterq; componitis, aduerſus eos qui rationem & prouidentiam negant animalibus,coniunctis uiribus optimè conſiſtetis.

AMPLISSIMO

SENATORI NICOLAO CLERICO ROBERTVS BRITANNVS S. D.

CVM *legiſſem nuper conſolatoriam Plutarchi ad uxorem, placuit mihi mirificè: eamq; uertere in Latinum uolui. Eſt enim uiſa plena artis,plena ingenij, ac prudẽtiæ reconditæ epiſtola. hac ille uxorẽ conſolatur,quæ luctu ob mortẽ filiæ cõfecta, emori propè uidebatur:& quò facilius dolorẽ omnem imminuat, præoccupãdo illa cõplectitur,quæ in filia inerant ornamẽta, & bona:negatq́; ullam eſſe cauſam,cur his moueri debeat: hortaturq́; ut ita de filia cogitet,quaſi adhuc uiuere uideatur.Tum ſer-*

mones aliorum de uxore refert: quòd ea corporis contusiones ac uerberationes neglexerit, quibus aliæ mulieres quodammodo delectari solent. Quod cum esset summi cuiusdam mœroris argumentum, Plutarchus tamen contra aliorum opinionem id illud constantiæ adscribit, laudatq; eam, quòd in mœrore ac luctu moderatam se præbuerit, illa insectando, quæ aliæ facere solent, ut & corpus contundant, & mœrores concedant: earumq; leuitatem inde coarguit, quòd hæ pro rebus leuibus, ut purpura & unguento, pugnent & contendant: lacrymas autē quod est turpißimum, tolerent, & eas sponte etiam augeant: paulatimq; magis ac magis uxorem laudat, quæ austeritatem illam circa corpus sæpe in alijs reprehenderit: locisq; constantiæ in ea laudanda utitur plurimis, tum quòd mortem filiorum antea forti animo tulisset: tum quòd hoc etiam tempore, quo Timoxena filia est mortua, decoro quodam & pulchro silentio domum cohonestarit. Deinde consuetudinem lugendi imperiosam dominam esse dicit, à qua ne uolentes quidem poßimus nosmetipsos liberare: rursusq; eorum insulsitatem premit, qui in luctu corpus extenuant: erroremq; illum conuincit similitudine: immoderati quoque luctus turpitudinem & immanitatem à cæteris morbis ostendit, & casibus, qui omnes curationem recipiunt. His locus ab immortalitate animorum subiungitur, qui ad leniendum dolorem est ualidißimus: & ab his bonis quæ ipsa morte est consecuta: quem locum mirabiliter ad remouendum luctum tractat. Argumentatur etiā à priscis legibus, quæ omnem funeris apparatū in morte infantium tollebant: concluditq; ex his ita esse agendum in morte nostrorum, ut nihil neq; in corpore neque in animo perturbatū appareat. Sed ago inepte, qui in te has res doceam ipsas, quas tu melius

lius quàm quisquam nostrum, teneas. Tantum abs te peto, ut tenuissimam hanc laboris partem comiter & placidè accipias. Hanc quidem à nobis cum liberalitas tua, tum etiam uirtus atque animi moderatio extorsit. Vale.

PLVTARCHI
CHAERONEI CONSOLATORIA AD VXOREM, ROB. BRITANNO INTERPRETE.

PLVTARCHVS VXORI S. D.

QVEM *ad me de filiæ morte misisti nuntium, eum in itinere Athenas proficiscentem aberrasse puto. Ego uerò cùm Tanagram iter facerem, audiui de filiæ interitu. Arbitror equidem illa quæ ad sepulcrum pertinent, iam cõfecta esse: & sint sanè facta ut tibi uidetur: neq; nunc neque in posterum aliquid ad dolorem ualeant. Si uerò ita uisum est aliquid differre, ut meam cognosceres sententiam, meq; leuius, quàm si id factum esset, laturum putasti, hoc quidem superuacaneæ molestiæ, ac superstitionis duplicatio est: quorum tu mihi minimè particeps uideris. Tantum mea uxor uide, ut me, ac te ipsam in tranquillo & quieto serues. Ego quidem uideo, & quantum sit illud quod accidit, mẽte atque animo diffinio. Quòd si incurram in tuum aliquem immoderatum dolorem, hoc grauius etiam, quàm ipsa calamitas, animum uulnerabit*

nerabit meum. Atqui neque ipse è quercu neque è petra sum natus. Tu enim optima es testis, cui cõmunis tot natorum educationis cura nobiscum domi fuit, hanc filiam tibi postulanti post quatuor filios natam esse: mihiq́; imponendi illi tui nominis, quòd egregiè dilexi, occasionem dedit. Est uerò cur qui tantarum rerum amore flagrarit, priuatim animo moueatur, cum de illius gaudio, quo alios delectabat, non fucoso, sed uero, & omni ira & querela uacuo cogitet. ipsa quoque natura fuit admirabili studio, & mansuetudine: & siue contenderet, siue redamare studeret, delectationem simul & cogitationem humanæ conditionis præ se ferebat.* Non enim solùm auiam prouocabat ut infantibus alijs, uerumetiam ut instrumentis, quibus gaudebat, & oblectamentis, quibus ætas puerilis capi solet, mammam admoueret, sicuti cum ex mensa priuata, ea quæ haberet ornamenta distribueret, hisq́; lubentißimè communicaret, qui ipsam exhilararēt. Verùm non uideo, mea uxor, cur his, talibusq́; rebus dum illa uiueret, delectari, nunc ad perturbationem atq; angorem illarũ cogitatione traduci debeamus: Sed uereor rursus ne cogitatione ipsa etiam dolorẽ augeamus: quemadmodum Clymene dicit, fugiens ac reformidans semper nati monumentũ, Odi corneum facilem paratu arcũ. Valeant gymnasia, quæ mihi nati monumentum referunt. Natura enim omnia molesta fugit. Sed necesse est quẽadmodum illa se nobis iucundißimum præbuit amplexũ, & spectaculum, & auditionem, sic de illa cogitare, ut nobiscũ adhuc uiuere uideatur: plúsque ad lætitiam additum, quàm de dolore auctũ. Est enim profectò sermonum quos cum alijs cõtulimus, congrua, neq; nobis non utilis, opportuna usurpatio: neq; iacere debemus: neq; mœrores ac mœstitias, quæ permultæ illas uoluptates exceperunt, incusare. Atque illud

qui uen

qui uenerunt dicunt, ijdemq; mirantur, te neq; uestem lugubrem sumpsisse, neq; ut tibi ullo modo aut pedissequis uerberationem inferres, adduci potuisse: neq; ullo apparatu ad magnificentiam sumptumq; funebris orationis esse usam, sed omnia compte & tacite cum necessarijs egisse. Ego ue*rò minimè hoc quidem mirabar, si tu, quæ nunquam à theatro aut pompa gloriam quæsijsti, neque utilem eam magnificentiam putasti, quæ ad uoluptatem fieret, in rebus seueris & austeris quod tutum simplexq; esset, tibi seruandum duxeris.* Non *enim solum in* Bacchanalibus *oportet eam quæ sit prudens, incorruptam esse, sed existimare nihilominus illam in fletibus procellam, & doloris cõmotionem egere moderatione: quæ pugnet non contra charitatem eam quæ est in liberos, ut nonnulli putant, sed contra animi intemperantiam.* Equidẽ *homini pio & beneuolo in suos, gratulamur, quòd eorũ qui è uita excesserunt, desiderio, & honore & memoria moueatur: hæc uerò fletuum inexplebilis cupiditas, lacrymas, corporis contusiones, lacerationesq; afferens, nihilo sanè est honestior, quàm illa quæ in uoluptatibus uersatur immoderatio.* Iure *quidem ueniam consequitur, quòd huius mœstitia atque acerbitas pro uoluptate illi, qui inhonestis est delectatus rebus, superesse uideatur.* Quid *enim absurdius, quàm risum nimium aut immodicum gaudium è uita tollere, his uerò fletuum & lamentationũ fluctibus ex uno fonte deductis in uniuersum prorumpere? ac nonnullos unguenti quidem & purpuræ causa cum uxoribus pugnas edere, tonsuras uerò lamentabiles, nigras uestes, deformes sessiones, & discubitus laboriosos cõcedere?* Quodq; *omniũ est grauissimum, seruos aut famulas, si qui supra modum ac præter æquum puniant, resistunt ac prohibent: quæ tamen acerbam illam punitionem in luctu, & casibus in quos*

se spontè

se sponte coniecerunt, negligunt, qui ipsi etiam facilitate & humanitate indigent. Sed nobis inter nos mea uxor nihil est opus ista pugna: neque arbitror opus fore. Equidem quantum ad eam frugalitatem pertinet, quæ est circa corpus, & austeritatem quæ in moderatione uictus uersatur, nemo unquam philosophorum fuit, qui nobiscum egerit, quem non obstupefeceris: neq; ciuium quisquam, cui non spectandam animi tui simplicitatem, & in sacris faciendis, & supplicationibus, & spectaculis præbueris. Iam uerò & ad eius generis conflictum magnā constantiam in morte atq; interitu filij, qui omnium natu erat maximus, ostēdisti: & tum cum pulcher ille Charon prius, quàm nos ipsi, exiret de uita. Teneo memoria cum mecum hospites à mari iter facerent, essetq; mihi de morte filij nunciatum, simul eos unà cū alijs domū uenisse: qui cum omnia trāquillitate & silentio cōposita uiderēt, idemq; illud de morte cum alijs recēsuissent, nihil graue aut acerbum accidisse iudicabant, sed inanem & uanum sermonem temere prolatum esse. tanta temperantia illo tempore domum ornasti. quod quidem ornatus nullam confusionis rerum magnā facultatem dabat. Atqui istū propria mamma enutristi: passa quoq; es incisionē mammæ, ac tumorem. Hæc quidem sunt generositatis, & charitatis erga suos. Licet uerò uidere ut multæ matres gestiant, cum ab alijs liberos in sinum ac manum acceperint, tanquā oblectamenta quoq; puerilia habeant sua: easdem autē postquàm illi sunt mortui, ingratos atque inanes luctus effundere, quod nulla ab his beneuolentia fit. Est enim beneuolentia consideratum quiddam, & pulchrum: sed illa exiguo naturali affectu facta ad uanam gloriam commixtio & contemperatio, agrestes & furiosos atq; intractabiles luctus reddit. Quod minimè uidetur Aesopum fugisse. Dicit

enim,

enim, cum Iupiter *dijs honores distribueret, etiam* Luctum *postulauisse. dedit igitur illi hoc, ac sumpsit: sed apud eos tãtum, qui probarent, atq; ita uellent, atq; hoc quidem principiò fit. Se enim ipsum quisq; inducit in luctum & mœrorẽ: cum uerò is tempore confirmatus, & coniunctus educationi domesticus etiã est factus, ne si uelint quidem hi qui admiserunt, illo defungi possunt.* Quamobrem *pugnandum in foribus contra illum est: neq; prodendum est præsidium uestium laceratione, aut capillorũ uellicatione, aut alijs rebus ullis eiusmodi, quæ cum in dies occurrũt, & eos quos complexæ sunt flectunt, paruum atque angustũ, & inexplicabilem, & immitem, & ad omnem strepitum expauescentẽ sensum animi atque intelligentiam reddunt: ut eiusmodi implicita erroribus, propter lamentationem neque ridendi facultatem ullam, neq; lucis aut humanitatis partem obtineat. hoc autem mali genus, neglectio corporis, unctionũ balneorum aliusq; uiuendi rationis contemptio subsequitur.* Quod *contrà fieri decuit, ut cum animus esset æger, à corpore ualido & forti subsidium peteret. hebescit enim ac languescit magis animi dolor, tanquã in tranquillo unda, cum corpus ipsum aliqua delectatione excipitur. si uerò ariditas & asperitas ex mala uictus ratione subsequitur, nihil boni ac syn ceri à corpore ad animum præter dolores ac luctus tanquã acerbas ac difficiles quasdam exhalationes reduci potest, ut ne uolentes quidem se ipsos facilè poßint colligere.* His *perturbationibus animus ita malè affectus implicatur.* Et *quidem, quod maximum, in primisq; formidandum illi putant, non timuerim malarum mulierum ingressus, uociferationes, & collacrymationes, quibus mœstitiã illã exacuũt, neq; per se neq; per alios sinũt marcescere.* Teneo *sanè quale nuper certamen subieris, cum* Theonis *sorori auxilium ferre cuperes:*

cuperes: pugnaresq́; contra mulieres cum clamore ingredientes, & uelut ignem intempestiuè ferentes. Amicorum ædes cum flammis exuri homines uident, extinguit quisque quantum ui & celeritate ad eam rem ualet: animis commotis alimenta suppeditant: oculorum inflammatione laborantem manus admouere, etiamsi uelit, nullo modo sinunt: neq; ipsi eam inflammationem attingunt. Hic uerò luctu confectus sedet, obuium se præbens omnibus quæ fortè inciderint tanquam fluctus: ipsamq́; calamitatem ex pruriẽte & parua ad magnam & laboriosam afflictionem mouet, atq; irritat. Horum quidem te rationem habituram intelligo. Tu uerò persæpe ad illud tempus conare cogitationẽ traducere, quo cum nondum hæc esset nata, nihil cur fortunam accusaremus, haberemus: deinde hoc contende, ut hoc tempus illi accõmodes: tanquam is iampridem nostrarũ rerum fuerit status, qui nũc est. Enimuero, mea uxor, ipsius nascendi conditionem molestè ferre uidebimur, si immoderatius nos, quàm superioribus temporibus, geramus. medium uerò illud tempus obliuisci non decet: sed tanquam nobis gratificatũ sit cum illa frui est datum, id uoluptatis loco ponere debemus: neq; id boni, quod est exiguum, magnum infortunium putare: neq; si eum uitæ cursum, quem sperabamus, fortuna nõ dedit, erga eum quem dedit, ingrato & tardo animo esse. Sanè quidem bene de Dijs sentire & loqui, ergaq́; fortunam placatum, non querulũ esse, pulchrum & iucundum affert fructum. qui uerò in tantis rebus memoria bonorũ maxime districtus fuerit, is si ad ea, quæ sunt in uita splendida & clara, animum à tenebris & tumultibus conuerterit, aut omnino extinguet dolorem, aut rerum mistione contrariarũ eum paruũ & languidum efficiet. Quemadmodum enim unguentum semper equidem delectationem olfacienti affert, contraq́; ea, quæ sunt maleo-

lentia hominibus medetur: sic ista bonorum in calamitatibus cogitatio, his qui à memoria bonorum non abhorrent, neque omni ex parte fortunā incusant, præsentißimum tradit subsidium. Quod ne faciamus, honestas ipsa deterret: ne uitam hanc qua fruimur, tanquā librū, si una quadā macula sordescat, cæteris puris atq; integris, criminari uideamur. Quòd autē iustis rectisq; cogitationibus quæ ad uitæ constantiam ducunt, mortuorū fœlicitas colligatur, ipsaq; fortuna declinationes & lapsus inferat non magnos, persæpe in uita audisti. Si uerò nos quoq; his rebus quæ extra nos sunt, ut solet uulgus, oportet gubernari, & fortunæ incōmoda recensere, & ad fœlicitatem iudicibus uti hominibus abiectis ac uulgaribus, noli eas lachrymas attendere, eosq; luctus, quos effundunt, qui ædes tuas ingrediuntur, quosq; omnibus deprauata quadam consuetudine ad extremū usq; perducunt: sed illud magis cogita, quomodo illi tui similes esse cuperēt in liberis, domo, & uita: durumq; esse, alios non recusare quo minus tuam fortunā etiam eo adiuncto quod nunc te angit, lubenter admittant: te uerò præsentē accusare, atq; iniquo animo ferre: neq; ex ipso fortunæ uulnere sentire quàm grata esse debeant ea quæ sunt seruata, & quæ adhuc extant: sed quēadmodum hi faciunt, qui Homeri in principio & fine claudicantes seligūt uersus, neglectis his, quæ & multa, & in illius operibus poëticis sunt maxima: sic ea, quæ sunt in uita mala, studiose sectari, & criminari. Qui uerò bonis inconstanter & confusè incūbunt, simile quiddā auaris & sordidis hominibus pati uidentur, qui multa coaceruantes & colligentes, præsentibus non utuntur: amissa molestè grauiterq; ferunt. Quòd si te ob id huius miseret, quòd ea coniugij & liberorum expers decesserit, habes rursus ab alijs cur te oblectes, cùm illorum causa nullius istorum non compos & particeps

fuisse

fuisse uideare. Non enim hæc spoliatis magna uideri debent, præsertim si perparua adhuc bona obtinent. Illa uerò ad locum omni luctu & mœrore uacuum profecta, nihil ut luctu & lachrymis conficiamur, eget. Quid enim est causæ, cur nos illius causa aliquid mali nobis creemus, cum illi de cætero nihil triste aut luctuosum subeundum proponatur? Ipsæ enim magnarum rerum spoliationes tum demum mœrorem ac luctum solent inurere, cum contrà quàm à nobis est postulatum & rogatum, fiunt. Tua quidem Timoxena paruis est spoliata rebus. parua enim nouit, & paruis est delectata: quorum uerò neq; sensum habuit, neq; ad cogitationem aut per se ipsa, aut per alios peruênit, quonam pacto istis spoliari iure dici potest? Equidem quæ ab alijs accipis, qui se à multis audisse dicunt, nihil post mortem mali esse, neq; mœrorem ullum, atque omnia morte deleri, uideo fore ut ab earum fide rerum te & sermo à maioribus acceptus, & arcana signa in sacris Dionysij initiatorũ deterreãt: quæ nos qui initiati sumus, cõumnia esse inter nos scimus. Cum igitur animus sit immortalis, & perpetuus, potes'ne existimare idem illum passurum esse, quod aues, quæ captæ in manus hominum ac potestatem uenerunt? Quòd si hæc longo tẽpore luxuriosè corpore usa esset, & uitæ mansuetudo quædã propter rerum multarum experientiam, multasq; uitæ & familiaritatis rationibus contractas consuetudines accreuisset, iterũ soluta his curis rursus ingrederetur: neq; his undiq; inuoluta calamitatibus & infortunijs, quæ hominũ natura fert & conditio, quiescere unquã aut cessare posset. Noli existimare senectutẽ propter rugas, aut canitiem, aut imbecillitatem corporis male audire, aut conuitijs lacerari: aut eam icirco esse difficillimã, & acerbißimã, quòd nihil animus ipse sentiat post mortẽ, cum memoriam ac recordationem eorum

quæ fiunt poſt ipſam mortem,deſideret: aut quòd habitũ cultumq́; corporis,quẽ habuit,ea de cauſa flectat & deformet, cum obſeruet,quid in poſterũ paſſura ſit.Hæc quidem mortua meliora & præſtantiora quàm habuit unquam in uita, habet, tanquam antea ab eruca molli & languida impedita, nunc ad quod nata eſt & creata diſceßit.Sicuti enim ignis,ſi quis extinguit,repentè deficit:rurſusq́; celeriter augetur,& colligitur.Fas Orci portas tranſire quàmcitißimè, cũ rerum quæ illic fiunt, permagnũ amorem à natura inſitum habeamus:& quandiu his corporis concludimur ergaſtulis, tandiu molleſcere,& tanquam pharmacis liqueſcere uideamur. Hoc cuiuſmodi ſit, & quid in eo maximè ſit uerum, magis priſci atq; auiti oſtendunt mores, qui neq; infantibus pueris inferias ferebant, neque cætera faciebant, quæ par eſt alios pro mortuis facere. nondum enim his terra eſt communicata,neq; eorum quicquam,quæ terra naſcuntur. neque ſepulcra extruebant, neque monumenta,nec propoſitiones mortuorum amabant,neq; corporibus aßidebant. Hos enim lugere prohibent leges, perinde ac ſi impium ſit eos lachrymis proſequi,qui in meliorem & magis diuinũ locum tranſmigrarũt:quibus cum ſit diffidere, quàm credere difficilius, eum quem leges iubent ordinem exterius habere debemus: intus etiam maior puritas & temperantia eſſe debet.

SPLENDIDIS. VIRO HIERONYMO Capoferrato, ſedis Apoſtolicæ Datario, Robertus Britannus S. D.

CVm admirarer rerum copiam ex Plutarcho, quæ nondum eſſent Latinis literis illuſtratæ, eſſentq́; cognitione dignißimæ,deſiderio ſum incenſus eas uertendi. Itaq; abſoluta conſolatoria ad uxorem, repentè laborem ac ſtudium

ad ui

ad uitas decem oratorum contulimus:qui cum suis temporibus singuli in suo genere principes fuerint, tum certè ita unusquisq; floruit scribendo,ut ex eorum fontibus,non Græcorum solùm,sed propè etiam Latinorũ tota eloquentia profluxisse uideatur. Horum multa in Republica cum facta tum dicta egregia magnam suppeditant materiem imitandæ illorum uirtutis:multa etiam in bello gesta animosè,aliorum animos ad similem animi magnitudinẽ incitant,atq; inflammant. deniq; etiam labores ac uigiliæ, quas tot tantasq́; susceperũt scientiæ adipiscendæ gratia,stimulos animis nostris addunt:& peracres ad eandem scientiam consequendam,& ad cætera uitæ officia tenenda ac tuenda non leuiores. Ego uerò cum mihi hominem, & ad uirtutis præstantiam alacrem,& ad literas sustentandas strenuũ quærerem, te ipsum inueni: qui ex media illa antiquorũ & doctißimorũ Romanorum familia (qua ex gente quondã omnis omnium rerum magnarũ & laudatißimarum ubertas,dicendiq́; copia est ducta)non minorem uirtutis gloriam obtines, quàm doctrinæ. Quas res si aut intermori, aut imminui aliquo modo paterere,tardius fortasse ad hanc animi uoluntatem,atq; hoc consilium descendissem.sed cũ esset in te uirtus eximia animi,singularis doctrina, summa subtilitas, cumq́; easdem res ipsas etiam in summis occupationibus & opibus (quod ualde tuã exornat gloriam) quotidie augeres,rei magnitudo atq; honestas effecit,ut non uereremur,si nosmetipsos tibi traderemus. Non est obscurum quod dico. Notæ sunt legationes, quas summa uirtute obijsti à summo Pontifice ad regem Gallorum,aliasq́; nationes permultas:nota ingenij tui, consilij,grauitatis,constantiæ monumenta: quæ cum à nobis leguntur,& tibi ualent ad gloriam,& alios talis tantæq́; uirtutis imitandæ desiderio non mediocriter incendunt: cum

hoc, quod plerisque incredibile uidebatur, aperté testere, palamq; ostendas, fuisse quondam in Italia homines ea uirtute, ea magnitudine animi, ea doctrina, ut nullum esset uirtutis genus, nullum munus, quod non cùm didicissent diligenter à puero, tum in ipsa florenti ætate studiose exercerent. Hoc legebamus antea in libris historijsq; doctißimorum hominum: nunc, ut inquit noster Vergilius, uel uester potius, uidemus ante oculos, planeq; intuemur. Quocirca abs te peto iam, oroq; uehementer, ut hos meos labores æquo animo, ut soles cætera, excipias. Quòd si institutum hoc meum per te quoque adiuuas, ut facturum confido, in omni difficultate, laborisq; contentione animum fortem atq; inuictum, quoad fieri poterit, retinebimus. Vale.

PLVTARCHI CHAERONEI VITAE DECEM ORATORVM.

ANTIPHON.

ANTIPHON patrem quidem habuit Sophilum, ipse uerò fuit Rhamnusius. Is à patre eruditus, & sophista erat: cui discendi causa aiunt Alcibiadem, cum adhuc esset adolescens, operam dedisse. Hic bonitate ingenij ac naturæ, uim facultatemq; dicendi nactus, ut nonnulli affirmant, se ad Rempublicam contulit, ludumq; instituit, & à Socrate in disputationibus nõ contendendi causa, sed refutandi dissentiebat, ut est apud Xenophontem: orationesq; scripsit quasdam rogantibus ciuibus, quibus in iudicijs pro se uterentur. Ex his qui ante hunc fuerunt, nemo fuit

mo fuit, cuius oratio in genere iudiciali uersaretur: sed ne ex his quidem qui in illius incidissent ætatem, eò quòd scribere soliti non essent, non Themistoclis, nõ Aristidis, nõ Periclis, licet his multa & uaria argumenta ad scribẽdum tempora suppeditarent. neq; tamen imbecillitate à scribendo abstinebant, ut licet cognoscere ex his, quæ ab historicis de unoquoque eorum sunt dicta: de quibus antè mentionem feci. Equidem quoscunq; possumus ex uetustißimis repetentes meminisse, qui eandem orationis formam tractarent, eos ad Antiphontem iam senem respexisse reperiemus, ut Alcibiadem, ut Critiam, ut Lysiam, ut Archinoũ. Primus uerò rhetoricum artificiũ tradidit factus senex, ob idq; Nestor uocabatur. Cecilius uerò in eo libro quẽ ipse priuato suo studio scripsit, dicit se cõiectura moueri ut existimet hũc Thucydidis scriptionem sibi ad imitandũ proposuisse: ob idq; ab eo ualde laudatur. Hic & accuratè dicebat, & ad persuadendũ aptè & callidè inueniebat, eratq; in rebus dubijs uersutus, & ex occulto aggrediebatur, & ad leges & cõmiserationes orationẽ maximè splendidã contorquebat. Fuit autẽ bello Persico, & ijsdem quibus Gorgias Sophista tẽporibus, paulò eo iunior: estq; tempore productus donec popularis Reip. status à quadraginta tyrãnis euersus fuit, cuius rei idẽ ipse uidetur autor fuisse, cum quidem duabus præfectus nauibus ac dux, multis reportatis uictorijs, multis societatibus cõstitutis, armatisq; ab eo robustis hominibus, ac sexaginta impletis nauibus, ipse legatus persæpe Lacedæmonẽ proficisceretur cũ Etionia muris est munita. Postquã uerò quadraginta tyranni euersi sunt, is cũ Archeptolemo uno ex quadraginta deprehensus, proditionisq; dãnatus, sine sepultura proiectus fuit, cumq; posteris suis publicarũ tabularũ autoritate infãmia notatus. Alij uerò à triginta sublatum fuisse scribunt, sicuti Lysias in ea quam

ſcripſit pro Antiphontis filia, oratione. huic enim erat filiola cuius hæreditatem controuerſiam Calæſchrus fecit. Quòd uerò à triginta ſit interfectus, ſcribit Theopompus x v. *philippica. hic autem patre Lyſidonida mitior fuit: & Cratinus de eo, ut de non malo in* Pityne *mentionem facit. Quomodo igitur ſi (ut ante eſt dictum) à triginta eſt interfectus, fieri poteſt, ut rurſus cum quadraginta tyrannis fuerit? Eſt & alia de eius morte opinio, eum iam ſenem Syracuſas nauigaſſe, quo tempore ſuperioris Dionyſij tyrannis conualuit: & quæſtione mota inter epulas quodnam eſſet optimum æs, multisq́; uarias opiniones ea de re afferentibus, dixiſſe illum hoc optimum eſſe, quo Armodij & Ariſtogitonis ſtatuæ eſſent conflatæ. Quod cum audiſſet Dionyſius, ac ſecum reputaret orationem illam ad inualendum ſpectare, illum occidi iußit. Alij hanc cauſam iubendi ut occideretur, fuiſſe aiunt, quòd illius comœdias lingua & conuitijs proſcinderet. Feruntur uerò huius rhetoris orationes ſexaginta, ex quibus quinq; & uiginti falſo illi attribui ſcribit Cecilius. Hic cum ſub Platone eſſet, pecuniæ ſtudio unà cum Piſandro ſcripſit comœdias. Fertur etiam alias ſcripſiſſe & priuato quodam ſtudio, & cum Dionyſio tyranno: cumq́; ad poëticam magis incumberet, artem medendi dolori compoſuit: ut quemadmodum ægris ac morbo afflictis à medicis curatio petitur, ſic ille liber his, qui dolore premerentur, tanquam medicina aliqua eſſet. Atque is cum ædes Corinthi iuxta forum ædificaſſet, his hanc inſcriptionem in ueſtibulo addidit, poſſe ſe mœrore ac luctu oppreſſos, uerbis leuare. cumq́; doloris cauſas didiciſſet, laborantes ſolabatur. Sed cum hanc artis rationē minorem quàm ut ſibi cōueniret arbitraretur, ad Rhetoricen animum ſtudiumq́; applicuit. Nec uerò deſunt, qui eū librū, qui eſt ſcriptus à Glauco Rhegino de Poëtis, An*

tis, Amtiphonti adſcribant, In primis autem laudatur liber quem de Herodoto, & cōtra Eraſiſtratum de ſimulachris, & is quē de accuſatione pro ſe ipſo ſcripſit, & is quo Demoſthenem ducem accuſat, quòd contra leges aliquid promulgaſſet. Scripta quoque ab eo contra Hippocratem medicum oratio eſt. eumq; indicta cauſa damnauit decretum quod factum eſt Theopompo rempub. obtinente, quo etiam quadraginta tyranni conciderunt. Decretum autē quo Antiphon fuit iudicatus, Cecilius tradit. Viſum Senatui eſt una & uigeſima die magiſtratus. Scripſit Demonicus Alopecēſis. Philoſtratus Pelleus duci uirorum duxit. De illis uiris quos duces oſtendunt legationem obijſſe apud Lacedæmonios cum damno atque incommodo ciuitatis Athenienſium, & ab exercitu nauigare cum naue militari, ac terra pedibus iter per Deceliam facere, Archeptolemum ſcilicet & Onomachum & Antiphontem comprehendere, atq; in iudicium adducere, ut pœnas dent: eos uerò exhibeant duces, & ſecum decem, quos illis uidebitur ex ſenatuſconſulto delectos ſument, ut de his cum aderunt, iudicium fieri poſsit. Ipſos uerò conuocent Theſmothetæ poſtero die, & introducant: qui poſteaquam introducti & in ius uocati fuerint, tum proditionis eos accuſent patroni decem de quibus eſt dictū: & duces, & alij, ſi cui ita uideatur. Cum uerò cōtra eos feretur ſententia, ea ad hanc legē dirigatur, quæ de proditoribus eſt lata. Hoc ſubſcribitur decreto, hæc proditionis erat mulcta. Vtinā Archeptolemus Hippodami filius Agrilithes adeſſet. Vtinā & Antiphon Sophili filius Rhamnuſius adeſſet. In hos ita eſt animaduerſum, ut duodecim uiris tradantur, bonaq; in ærarium referātur, ac decima pars regionis deo adiudicetur, utq; domus diruātur, limitesq; in circuitu ponātur, addita inſcriptione, eas Archeptolemi &

Antiphontis proditorũ esse. Dinarchi uerò domũ ad eandẽ legẽ publicare, neq; licere Archeptolemum Athenis, neque ulla in regione in qua dominentur Athenienses, sepelire, & infamẽ esse Archeptolemum, & Antiphontem, & genus ipsorum, si qui aut spurij, aut legitimi fuerint. Quòd si quis eorum aliquẽ, quos aut Archeptolemus aut Antiphon genuerit, adoptet, is infamis esto. Hæc uerò in columna ænea scribere, cui & decreta imponãtur quæ de Phrynicho sunt facta.

ANDOCIDES.

ANDOCIDES patre natus erat Leogoro, qui Atheniensibus ineundæ pacis cum Lacedæmonijs, aliquãdo autor fuit. Natione uerò Cydathenæus uel Thoreus, genere Eupatridarũ, atq; à Mercurio, ut scribit Hellanicus. Cerycum enim genus ad eum attinebat. Quo factum est, ut cum Corcyrei contra Corinthios contenderent, aggressus sit aliquando cum Glauco, ne instructis uiginti nauibus illis suppetias ferre. Postea uerò impietatis accusatus, quòd ipse Mercurios conscidisset, ac mysteria Cereris uiolasset, cum antea dissoluta atque immoderata fuisset uita. quodq; noctu lasciuiens sacrarum imaginum ornamenta fregisset, uocatus est in ius. Posteaquam uerò seruum dedere recusauit, quem accusatores in quæstionem petebant, ferunt delatum esse, & ad oblatam secundæ accusationis causam in suspicionem perpetrati facinoris uenisse. His de rebus cum esset factum iudicium, elapsus est, cum se sceleris autores indicaturum promitteret. Itaque omni studio curaq; intentus eos reperit qui in sacra iniuriosi fuissent, in quibus patrem etiam indicauit: cumque cæteros omnes conuicisset, perfecit ut extremo supplicio afficerentur: patrem uerò licet iam deditum liberauit,

liberauit, cum illum multas utilitates ciuitati allaturum polliceretur, nec tamen abfuit à uero. Multos enim Leogoras conuicit, qui pecunias publicas in priuatum usum conuerterent, & alijs quibusdam flagitijs essent obnoxij. Hisce de causis omni molestia atque errore accusationis est liberatus. Cum uerò Andocides ob eas res quas in repub. geßisset, magnam gloriam esset consecutus, nauium & ipse gubernator & administrator est factus: ac Cypri Regibus, multisq́; alijs illustribus hospitio fuit coniunctus, cum Aristidis filiam unam ex ciuibus consobrinam suam clam domesticis & familiaribus eduxit, & ad Cypri Regem dono misit. cuius rei causa cum uideret fore, ut aliquando in iudicijs periclitandum esset, rursus illam è Cypro est furatus: eúmque deprehensum Rex dedidit. cum uerò aufugisset, uenit in ciuitatem quo tempore trigintauiri res dijudicabant. à quibus cum esset uinctus, rursus aufugit, donec paucorum ille dominatus euerteretur, iam tum triginta tyrannis imperium accipientibus. Hoc exilij tempore Elidem incoluit, & cum Thrasybuli familiares in ciuitatem redirent, ipse quoque est reuersus. Missus uerò pro pace ad Lacedæmonios, cum improbè uideretur in hoc instituto uersatus, aufugit. De his omnibus facilè licet ex orationibus quas scripsit, intelligere: quarum aliæ quidem defensionem continent de sacris, aliæ in totum deprecationis partibus funguntur. Ipsius uerò de indicatione eorum qui sacra uiolassent, extat oratio, & contra Phæacem, & pro pace defensio. Atque illis quidem temporibus militauit cum Socrate philosopho. Principium uerò nascendi illi fuit Olympiade septuagesima octaua, principe in repub. Atheniensium Theogenide. Ex quo constat ipsum

centum annis Lysia antiquiorem fuisse. Illius autem monumentum Hermes Andocidis appellatur.

LYSIAS.

LYSIAS patrem habuit Cephalum Lysanium Cephali filiũ. Is natione Syracusanus fuit. Cum uerò Athenarũ desyderio teneretur, seq; in eam ciuitatẽ transferri cuperet. simulq; Pericles Xantippi filius hunc esse Athenis amicũ ac hospitio coniunctũ suaderet, pecuniæ studio, uel, ut nõnullis uidetur, Syracusis elapsus, cum in his Gelo tyrannidẽ exerceret, Athenas uenit quo tempore Philocles cum Phrasicle princeps in repub. esset, secũdo anno post octogesimã & secundam Olympiadem. Primùm quidẽ cum clarißimis Atheniensium erudiebatur: postquam uerò ciuitas coloniã ad Sybarim misit illam quæ Thurij denominata est, abijt cum fratre Polemarcho seniore. Huic quoq; alij erant duo, Eudidus & Brachillus, patre iam mortuo annos natus quindecim. Praxitele in repu. dominãte, ut hæreditatis particeps fieret, illic mansit. cum apud Tisiam & Niciam Syracusanos institueretur. cumq; domũ comparasset, ac hæreditatem esset consecutus, egit in ciuitate annos tres & sexaginta, donec Clearchus remp. obtineret. deinceps uerò Callia dominante secunda & nonagesima olympiade, propter illas quæ Siciliæ causa Atheniẽsibus acciderant, calamitates, motuq; cum ab alijs socijs facto, tum ab is maximè qui Italiam incolebãt, accusatus quòd partes Atheniensiũ sequeretur, cũ alijs tribus est elapsus, Athenas uerò cũ uenisset, Callia præfecto reip. post Cleocritũ, cum iam quadringenti uiri remp. sub suã ditionem redegissent, ut in ea egit. Cum autem naualis pugna apud Aegos flumen esset cõmissa, ac triginta uiri remp. recepissent, annis septem elapsis inde declinauit, ablatis secũ facultatibus, ac fratre Polemarcho. Ipse autem

discedens

discedens ex domo Amphithyri in qua asseruabatur, tanquã perditus atq; euersus egit Megaris. Tribubus uerò ad illius reditum incumbentibus, quòd ipse utilissimus omnium ciuitati uisus esset, data mille drachmarũ pecunia, ac clypeis ducentis, missusq; cum Hermane subsidiarios milites mercede conduxisset trecentos & duos, quodq; suasisset Thrasylio Eliensi quẽ hospitio exceperat, ut aliquot talenta daret, his de causis cum scripsisset Thrasybulus ius ciuitatis illi post reditum dandum esse, cum nullus esset in repub. magistratus ante Euclidem, populus Atheniensis donum ratum habuit. Cum uerò Archinus eũ accusasset, quòd contra leges fecisset, cum legẽ antè quàm lata esset, promulgauit, succubuit, ac reliquum tempus à repub. remotus consumpsit, equali cũ cæteris ciuibus iure utens: obijtq; annos natus tres & octoginta, uel ut nõnulli ferũt, sex & septuaginta, aut, ut quidam, suprà octoginta: uiditq; Demosthenem adolescentem. Natũ autẽ ferunt Philocle magistratum gerente. Illius aiunt orationes trecentas, & uiginti quinq;: ex his autẽ legitimas esse ducẽtas & triginta, sicuti refert Dionysius & Cecilius: in quibus bis tantũ uictus fuisse dicitur. Est uerò ipsius quoque oratio, quam de decreto inscripsit Archinus, quo reipub. rationem complectebatur. Scripsit aliam etiã contra triginta tyrannos. Erat autem ad persuadendum perappositus, & in orationibus quas multis priuatis hominibus dabat, breuissimus. Scripsit itẽ artificiũ rhetoricũ, & cõciones, & epistolas, & encomia & epitaphia, & amatoria, & Socratis defensionẽ, quæ est in iudices cõtorta. Is ad uerbum uidetur quidẽ facilis ac simplex, cum tamen sit grauis. Demosthenes quidẽ in oratione cõtra Neærã hunc Metaniram adamasse dicit. Postea autẽ fratris Branchyli filiam in uxorẽ duxit. De hoc ipso, ut diserto, & ad dicendum omnibus subsidijs instructo,

instructo, in Phædro mentionem facit Plato, & de Isocrate seniore. Scripsit autem ad eum epigramma Philiscus, homo & Isocrati notus, & Lysiæ socius. Ex quo apertum est illũ annis superiorẽ fuisse: idq; ex his quæ à Platone sunt dicta, intelligi potest. Sic enim ille. O Callipes filia Polyegore, cura & solicitudine ostendes quantũ sapias, & quantũ præstantiæ habeas. Hunc uerò ad aliam formã accõmodatũ, & in cæteris uitæ officijs alterũ sumentem corpus, necesse erit uirtutis præconem Lysiæ beatum ac dæmonem aliquẽ parere, datum contra ea quæ morte sunt sublata, ipsum sapiẽtia immortalem, quẽ tum animi mei ac lucis amicũ omnibus ac uniuersis mortalibus hanc defuncti uirtutem ostendere oportebit. Scripsit quoq; Iphicrati orationẽ, & hanc quidẽ cõtra Armodium. alteram uerò qua Timotheum proditionis accusat. atque earum utraque uicit. Cum autẽ Iphicrates res à Timotheo gestas reciperet atq; agnosceret, conareturq; illam proditionis actionem reddendis rationibus recreare ac tueri, eiq; ea de causa dies dicta esset, scripta à Lysia oratione est defensus: atque is quidem succubuit: Timotheus uerò ingenti pecunia est mulctatus. Recitauit autẽ in Olympiadis celebritate orationem prolixam, cũ de Dionysio euertendo Græci inter se conspirarent.

ISOCRATES.

ISOCRATES patre natus est Theodoro, qui sacris mediocriũ præerat ciuiũ. Hic habuit obsequiosos tibicines, eorumq; causa maximas est consecutus diuitias, ut sumptus in filijs instituẽdis abunde suppeditaret. Erant & hic alij, Telesippus & Diomnestus: erat etiã filiola: ex quo genus ipsius ad tibicines in comœdijs ab Aristophane & Stratido transfertur. Natus autẽ est octogesima septima Olympiade, cùm quidem Lysimachus Myrrhimusius annos

natus esset duos & uiginti, ac Platone septem annis senior. Puer quidem cum esset, erudiebatur nihilo segnius quàm quisquam Atheniensium. Is Prodicum Chium audiebat, & Gorgiam Leontinũ, & Tisiam Syracusium, & Theramenem rhetorem: quem cum triginta tyranni cõprehendissent, atq; ad Vestam consiliariam cõfugeret, solus cæteris cõturbatis ad ferendum auxilium surrexit: ac diu quidem magistratibus restitit: deinde ab ipso est reprehensus, cum ita diceret, acerbius id sibi ad dolorem fore, si quis amicorũ sua causa calamitatem subiret. Illius ferunt artes quasdam esse, quas sibi comparauit cum à calumniatoribus in iudicijs premeretur. hæ sunt Botonis nomine inscriptæ. Causa uerò reipu. non attingendæ fuit uocis gracilitas, et minimè expedita & soluta linguæ tarditas, & timiditas quædam, & earũ calamitatum cõtemplatio quæ maioribus suis in bello cõtra Lacedæmonios acciderant. In cæteris constanter stetisse est uisus: tantumq; unam habuit orationẽ de retributione, ludoq; instituto, ac re deliberata & animo agitata. Philosophari ac scribere est aggressus, ac Panegyricum & quasdã in genere deliberatiuo legit orationes, quas scripserat: alias uerò alijs parauit, ratus ita Græcos ad ea quæ officio honestatiq; sunt cõsentanea, posse incitare. Quod institutum cum minimè foeliciter succederet, destitit postea alijs orationes scribere. Ludum autẽ tenuit primùm in Chio: cum, ut nonnulli tradunt, nouem haberet auditores: ex quo cum uideret numeratam mercedem, collacrymãs inquit, Vt meipsum his præbui uẽdendũ! Is uerò sui copiã fecit his qui uolebant, primus suppeditãs orationes quæ de rep. cõtenderent, in quibus elaborauit: magistratusq; in Chio cõstituit, & patriæ suã rempub. tradidit. Argenti autẽ tantũ, quantũ ex Sophistis nemo, comparauit: ut etiam in trierarchorum numerum peruenerit.

nerit. Auditores habuit centum: multos quidem alios, sed in primis Timotheum Cononeum, quó cum multas adijt ciuitates, cùm illas scriberet epistolas quæ sunt à Timotheo missæ ad Athenienses: ex quo talentũ dono accepit ex his quæ è Samo missæ essent pecunijs. Dedit se quoq; illi ad audiendum Theopompus Chius, & Ephorus Cumæus, & Asclepiades, qui tragœdias scripsit, et Theodectes Phasilites, qui has tragœdias iterum scripsit. Huius est monumentum ad Cyamitin iter facientibus Eleusinem ea parte qua est sacra uia, in cæteris nunc dißipatum & deletum: intus clarißimos poëtarum secum constituit, ex quibus soli extant Homerus, Leodamus Atheniensis, & Leocritus, qui autor legũ Atheniensibus ferendarum fuit. ferunt autem nonnulli Hyperidem & Isæum & Demosthenem, cùm Rhetoricen doceret, ad Isocratem studiosé accesßisse, eiq; dixisse, se quidem mille drachmas quibus docebat, præbere non posse: daturos uerò ducentas, ut dimidiam artis partem discerent: Isocratem autem respondisse: Vt non contendamus Demosthenes de hoc negotio, quemadmodum pulchros pisces integros emimus, sic si discere uoles tu, totam hæreditatem artis facultatisq; dicendi tradam. Mortuus uerò est Chæronida rempub. obtinente: cùm ille ad palæstram Hippocratis nuntios de calamitate apud Chæroniam accepta audisset, seq; ipsum è uita quatridui abstinentia exegit, tria uersuum Euripidis præfatus initia: Danaus quinquaginta filiarum pater, Pelops Tantalius ad Pisam ueniens. Sidoniam urbẽ Cadmus aliquando relinquens: octauo & nonagesimo uitæ anno, uel ut nonnullis uidetur, centesimo, cum Græciam, quater uidere seruientem pati nullo modo posset. Anno antè, quàm mortuus est, uel ut nonnulli ferunt, quatuor, scripsit Panathenaicum, Panegyricum uerò annis decem, alij quindecim dicunt,

dicunt, cui multa & à Gorgia Leontino & Lysia sunt adiecta. Ipsam de retributione orationem scripsit annos natus duos & octoginta. illas ad Philippum paulò antè quàm est mortuus. Cum uerò iam esset effœta ætate, filiũ ex Plathane Hippiæ rhetoris filia adoptauit. Ex his autem tribus quos ex uxore habuit, minimus natu satis uberes magnasq; tenuit diuitias, non solum quòd à certis notisq; hominibus exigeret pecuniam, uerũ etiam quòd à Nicocle Rege Cypri, qui ipse erat Euagoræ filius, uiginti talenta proscripta à se illi oratione accepit. Quæ res cum illi magnã conflaret inuidiam, treis triremes prompsit, & ad Reip. utilitatem contulit. & cum accusaretur, bis quidem ille excusatione imbecillitatis usus, se filij opera & oratione purgauit. tertiò uerò cum affuisset, consumpsit non pauca. Cum uerò pater diceret se solum seruum cum filio misisse, * Enimuero discede, inquit: nam pro uno duos habiturus es seruos. Certauit uerò in eo certamine, quod est ab Artemisia ad Mausoli sepulcrum constitutũ. Huius laudatio non extat. Scripsit quoq; Helenæ encomium, & aliud quo Areopagitas laudat. Alij quidẽ aiunt hunc, cum nouem dies à cibo abstinuisset, è uita excessisse: alij quatuor, cum illa uidisset sepulcra, quæ his, qui ad Chæroniã bello cecidissent, confecta essent. Scripsit autẽ & Aphareus eius filius orationes. Sepultus quidem est cum propinquis, propè uerò Cynosarges in tumulo. dextera parte est ipsius pater Theodorus, & filius, & ipsorũ mater, & Anaco huius soror, amita oratoris, atq; Aphareus filius adoptiuus, & patruelis eius Socrates filius Anacus, quæ fuit soror Isocratis, & eius frater Theodorus, qui eodem erat nomine quo pater, & nepotes pueri Apharei quem adoptauerat, & huius pater Theodorus, uxorq; Plathane, Apharei adoptiui mater. Et quidem iuxta hos erant mensæ sex, quæ nunc mini-

mè extant. Ipsius uerò Isocratis in monumento erat aries cubitorum sex, super quem erat apum domuncula cubitis alta septem, coniecturaliter atq; ænigmaticè addita, quæ ipsa quoque perijt. Erat etiam ipsius mensa, quæ poëtas continebat: & ipsius præceptores, in quibus Gorgiam ad sphærã astrologicam respicientem, ipsumq; Isocratem eam præbentem uidere erat. Est & illius in Eleusine ænea erecta statua ante porticum sub Timotheo Conenæo, quæ ita inscribitur, Timotheus honorem amicitiæ deferens, atq; hospitalitati, deabus illis Isocratis imaginem posuit, opus Leocharis. Feruntur autẽ huius orationes sexaginta, ex quibus illius sunt propriæ quinq; & uiginti, ut sentit Dionysius: ut uerò Cecilius, octo & uiginti. aliæ falsò huic adscribuntur. Ab ostentatione autẽ planè abhorrebat, ita ut cum aliquando ad eum tres discendi causa accessissent, duos quidem admiserit, tertiũ uerò reiecit, cùm ita diceret, in posterum se uenturũ esse, nunc quidem sibi ex prominentibus ædificij partibus esse spectandum. Solitus uerò est familiaribus dicere, se quidẽ decem minis docere: illi uerò, qui uocis firmitatem, & animi in dicendo fortitudinem ipsum doceret, se decem millia minarum daturum. & cum interrogaretur cur ipse, qui doceret alios, sibi docendo non esset satis, respondit coticulas quidem ipsas secare non posse, eas tamen ferro secandi uim ac facultatem dare. Sunt uerò, qui eum artem scripsisse dicant: alij, qui non arte aut uia, sed exercitatione usum contendant. A ciue mercedem exegit nunquam: familiaribus autem iniungebat, qui se ad conciones conferrent, ut dicta exciperent eorũ, qui concionem haberent, ad seq; deferrent. Socratis mortem immoderatè ferre est uisus, ut atratus ipse sequenti die in publicum prodierit. Cum autem rursus non nemo interrogaret, quæ uis esset rhetorices, respondit, posse de paruis rebus amplè, de

magnis

magnis etiam summissè dicere. Cùm autem aliquando in conuiuio apud Nicocreontem Cypri tyrannum esset, eumq; qui adessent hortarentur ut disputaret, respondit, Quibus sum ad dicendum uehemens, nūc deest tempus: quibus uerò nunc tempus adest, his ego uehemens non sum. Sophoclem uerò tragœdum cùm uideret amoris studio puerum laudare, Decet Sophocle, inquit, non solùm manus, uerumetiam oculos in potestate habere. Cum autem Cumæus Ephorus è schola inerter ac sine ullo fructu discessisset, cumq; à patre cum secunda mercede missus rursus luderet, bigam ipsum appellauit. hunc tamen uirum coluit satis: cuius rei causam ipse reddidit. Fuit uerò ad uenerem pronus, ita ut cùm ceruical croco haberet madefactū, etiam uelo nuptiali circa lectum extenso uteretur. Iuuenis quidem cum esset, uxorem nō duxit: ætate uerò ingrauescente cum amica uersabatur, quæ ipsa Lagisce appellabatur. ex hac filiolam habuit, quæ duodecim nata annos, antequàm nuberet, extremum uitæ obijt diem. Plathanem Hippiæ rhetoris uxorem in matrimonium adsciuit, cum illa filios haberet treis, ex quibus Aphareum, ut est ante dictum, adoptauit, cui æneam iuxta Olympum tanquā in columna erexit statuā. Huic eiusmodi addita inscriptio est, Aphareus patre natus Isocrate hanc posuit statuam honoris deorū & parentū gratia. Fertur quoq; adhuc puer examinator fuisse: estq; eius in Sphæristra sacerdotū pósita statua, ex qua intelligi potest hunc puerum adhuc examinatorem fuisse, ut nonnulli affirmare non dubitarunt. Bis tota uita in certamen est uocatus: primùm quidem cùm ad retributionem illum Megaclides conuocauit: cui respondendi facultatem morbus præcidit: sed misso filio superior fuit in causa. Secundò uerò, cum ad retributionem triremium causa susceptam à Lysimacho est uocatus: à quo cum

uictus esset, trierarchiæ onus subijt. Erat quoq; ipsius picta imago in eo loco, quem Athenienses πομπεῖον appellant. Hic uerò Aphareus scripsit quidem orationes, sed paucas, in genere iudiciali & deliberatiuo. Scripsit quoq; tragœdias septem & triginta, ex quibus duas inter se contrarias fecit. Exorsus autem docere à Lysistrato usq; ad Sosigenē annos octo & uigintisex, doctrinæ præmia est assequutus. Matris uerò Isocratis & Theodori, eiusdemq; sororis Nacûs imagines in summa arce sunt positæ: ex quibus illa, quæ est matris, nunc ad Hygian posita est, illa Nacûs nō extat. Habuit liberos Alexandrum quidem ex Cœco, Ousiclē uerò ex Lysia.

ISAEVS.

ISAEVS genere erat Chalsidensis. Athenas uerò missus, Lysiæ præceptori operam dedit propter nominis similitudinem, & in rebus agendis calliditatem. Itaq; nisi quis ualde peritus styli eorum fuerit, in multis orationibus discernere utrius rhetorum sint, non poßit. Floruit uerò post Peloponesiacū bellum, ut licet ex ipsius orationibus conijcere, & usq; ad Philippi imperium peruenit. Is ocij fugiendi causa Demosthenem mille drachmarū precio instituit, ob idq; maximè excelluit. Ipsi uerò Demostheni exhortatorias scripsit, orationes, ut ferunt nonnulli. Orationes reliquit quatuor & sexaginta, ex quibus quinquaginta sunt legitimæ, & eius propriæ. Scripsit item priuatas artes. Primus uerò schematis uti cœpit, & ad urbanitatem animi sententiam & cogitationem conuertere: quod maximè imitatur Demosthenes. Huius quoque in Theseo meminit Theopompus.

AESCHINES.

AESCHINES natus patre est Atrometo, qui initio cum triginta fugeret tyrannos, ipse postea unà cum alijs populum ad pristinam libertatem reuocauit: tribu uerò

Coth

Cothocides, quæ ipsa neque genere neq; opibus erat celebris. Adolescens cum esset, ac robustus uiribus, ad gymnasia studium laboremq; contulit. Posteà cum uocis firmitate ac robore ualeret, se in tragœdijs exercuit: & ut Demosthenes dicit, subscribens, ac tertias agens partes in bacchanalibus Aristodemi arbitratu semper fuit, colligens in ocio ueteres tragœdias: ac puer adhuc literas didicit: patre doctore ac magistro: adolescensq; in uario bellorũ genere militauit. Hunc nonnulli Isocratem & Platonẽ audisse ferunt. Cecilius quidem Leodamantẽ dicit. Versatusq; in rep. est non obscurè, propterea quòd Demostheni Demosthenisq; suffragatoribus aduersaretur. Legationes obijt & multas alias, & ad Philippũ de pace: in qua accusatus à Demosthene est, quòd illius causa Phocenses euersi essent, quodq; ipse autor belli introducẽdi fuisset, cũ ab Amphictyonibus ad Amphisseos legatus est creatus, ipsiq; Amphyctyones portũ struxissent, quo facto ad Philippum confugerunt, & Philippus adiutore Aeschine res ipsas est aggressus, ac Phocidem cepit. Sed sententia Eubuli Spinthari Prouallusij, qui tum summã apud populũ potestatem obtinebat, subleuatus triginta suffragijs euasit. Sunt qui dicant rhetores orationes defendendi capitis causa alijs scripsisse: sed calamitate ea quæ ad Chæroniã accepta est, iudicia sunt intermissa. Postea uerò cum Philippo mortuo Alexander impetum in Asiam faceret, Ctesiphontem in ius uocauit, quòd decernendis Demostheni honoribus ipse contra leges scripsisset: quo in certamine cum septimam suffragiorum partem non obtinuisset, Rhodum confugit, cum à mulcta mille drachmarum persoluenda, ad quam fuerat damnatus, animo ac uoluntate abhorreret. Alij tunc infamiæ notatum dicunt, quòd ciuitate exire nollet, & ad Alexandrum prouocare: quo mortuo, rebusq; Atheniensium

uario tumultu agitatis, ipse Rhodum abijt: ludoq; in ea urbe instituto, omnibus qui uellent, se ad docēdum dedit. Is ostendendi studio habitam à se contra Ctesiphontem orationem Rhodijs recitauit: cumq; omnes mirarentur potuisse illum his pro se in iudicio dictis superari: Minimè sanè, inquit, mirati essetis Rhodij, si contra ea dicentem Demosthenem audissetis. scholamq; illic reliquit, quæ Rhodiacus ludus est appellata. deinde Samum nauigans, atque in insula habitans, non ita multò pòst est mortuus. Fuit autem uoce canora, & ualida: quod tum ex his quæ dicit Demosthenes, tũ ex Democharis oratione intelligi potest. Illius uerò orationes feruntur quatuor contra Timarchum pro legatione contra Ctesiphontem: hæq; solæ sunt legitimæ. Nam ea quæ Deliaca inscribitur, Aeschinis non est propria. Profectus quidem est ad causam dicendam pro sacris in Delo patronus constitutus, sed eam non habuit orationem. huius enim in locum, ut dicit Demosthenes, Hyperides est subrogatus. Fratres uerò Aphobum & Democharem habuit, ut ipse idem est autor. Primus uerò Atheniensibus illam in Tamynis uictoriam secundam nunciauit: quo factum est ut corona à populo donaretur. Alij autem dicunt Aeschinem nullo præceptore aut magistro usum esse, sed ex eo quòd scribam ageret in foro, iudiciorum formam ac modum calluisse. Primùm quidem apud populum habuit orationes contra Philippum: cumq; ex eo magnam consecutus esset gloriam, decreta est illi ad Arcades legatio: ad quos cum uenisset, eum motum eorum animis attulit, ut innumerabiles contra Philippum conspirarent. Timarcho uerò adulterij actionem intēdit: quo ab eo deserto certamine, Timarchus est liberatus, ut quodam loco scribit Demosthenes. Delectus quoque est legatus ad Philippum pro pace contra Ctesiphontem & Demosthenem: in

qua

qua se ipse quàm Demosthenes gessit præstantius.

LYCVRGVS.

LYCVRGVS *patrem habuit Lycophronẽ Lycurgi filiũ, quem triginta tyrãni interfecerunt. Huius mortis causa fuit Aristodemus Bathethes, qui quæsturã Græciæ nactus, cũ popularẽ in rep. statũ ualere uideret, fuga se à populi aspectu ac iudicio abripuit. Tribu uerò Butades, genere Eteobutes fuit. Primum quidem Philosophiæ studio se dedidit, in quo magistro est usus Platone philosopho: deinde factus Isocrati familiaris, uersabatur in rep. præclarè, cum dicendo, tum faciendo: & iam illius fidei pecuniarum administratio ac dispensatio erat commissa. Quæstor uerò est creatus ad trium quinquenniorum spacium decem & quatuor millium talentorũm: uel, ut nonnulli aiunt, decem & octo millium sexcentûm quinquaginta. Atque hunc honorem cum illi Stratocles rhetor decreuisset, primùm quidem est electus: deinde cum lege præscriptum esset ne quis ultra quinquennium publicæ pecuniæ curam administraret, quodam ex amicis ad huius honoris prærogatiuam adscripto, ipse operam studiumq́; in regenda ac dispensanda pecunia nauauit. Huius ad res gerendas incredibilis fuit constantia, & hyeme, & æstate: & ad bellicos apparatus delectus, rempub. multis rebus meliorem & firmiorem reddidit, triremes'que populo trecentas instruxit, & in Lycio gymnasium fecit, palæstram'que ædificauit, ac spectaculum præfectorum in Bacchanalibus consummauit. Tantamq́; huic priuati homines in deposito fidem habuerunt, ut ducentorum & quinquaginta talentorum custodiam tenuerit, pluraq́; quæ ad pompam lustrationemq́; facerent, tum ex auro tũ argento ciuitati cõparauit, uictorias utiles: multaq́; inchoata neque planè perfecta opera absoluit, & naualia, & re-*

rum repoſitorium neceſſariarum:ipſeq; & fundamẽtorum iaciendorum, in ſtadio Panathenaico, & eiuſdem ſtadij perficiendi autor fuit: eam quoque Reip. attulit utilitatem, quòd alueum, qui erat Athenienſibus permoleſtus, æqualem fecit: ad quod conficiendũ, fundum à Dinio quodam accepit: qui cum illũ prius poßideret, tamen quò ipſi Lycurgo gratificaretur, eũ fundum reip. in perpetuũ obligauit. Penes hunc fuit ciuitatis cuſtodia, & ſceleratos comprehendi poteſtas: quos omnes ita eiecit, ut ſophiſtarũ nõnulli dicerent Lycurgum nõ atramẽto ſed fato calamũ contra improbos illinentem conſcribere. Itaque cum eſſet ab Alexandro poſtulatus, populus nequaquam hunc dedendum exiſtimauit. Legationes obijt cum Polyeucto & Demoſthene ad Peloponeſum, aliasq; ciuitates nõnullas, quo tẽpore Philippus ſecundũ bellũ geßit cõtra Athenienẽſes. Magna ſemper fuit Athenis gloria, ſemperq; æquitatis laude ualuit, ut illud in iudicijs uſurparetur, Lycurgicum patrono uidebatur adeſſe auxilium. Tulit uerò leges, unam ut de Comœdis certamen cõtrouerſum cõtinuò in theatro celebraretur: in quo qui eſſet uictor. in ciuitatem adſcriberetur: cum antè adſcribi ius nõ eſſet: certamenq; relictum reſtituit. tum illã, ut Aeſchyli, Sophoclis, Euripidis, poëtarum ſtatuæ ex ære conflatæ erigerentur, utque eorum tragœdiæ publicis mandatæ tabulis ſeruarentur. Hanc quoque, ut recitatis tragœdijs legere ex aduerſo contra eas liceret: neque eis tamen ius reſpondendi daretur. Tulit etiam legem, ut nemini neq; Athenienſium neq; Athenas incolentiũ hominẽ liberũ ad ſeruitutẽ ex captiuis ſine prioris domini ſententiia emere liceret. Ad hoc etiã ut Poſidonis certamen nõ minus tribus anniuerſarijs choris pompisq; in Piræo fieret, uictoresq; nõ paucioribus quã decẽ minis donarentur: qui ſecũdo loco uictores iudicarẽtur, octo: qui tertio, ſex.

ſex. Tulit quoq; ne mulier Eleuſinẽ uehiculo iter faceret, ne tenuiores ditioribus eſſent inferiores. Si uerò aliqua eſſet deprehenſa, ſex millibus drachmarũ mulctaretur. cui legi cũ uxor nõ paruiſſet, idq; calumniatores atq; inuidi deprehẽdiſſent, his Lycurgus talentum dedit. cumq; poſtero die ea de cauſa apud populum accuſaretur, Ego dedi, inquit, non accepiſſe uideor pecuniã. Cum autẽ uectigaliũ exactor manus in Xenocratẽ Philoſophũ inieciſſet, eumq; ad carcerẽ abduceret, huic factus obuius baculũ in caput ĩtulit: ipſumq; Xenocratem liberauit: illum uerò inhoneſti atq; indecori facinoris autorẽ in carcerem conijci iußit. Hanc ob cauſſam cum eſſet collaudatus Lycurgus, paucisq; elapſis diebus cũ Lycurgi filij illi obuij fuiſſent, Non tardè, inquit, o filij patri ueſtro gratiã habui. A multis enim laudatur, quòd cum uix opitulari potuerit, auxiliũ tulerit tamẽ. Tulit uerò & decreta Euclide quodam Olynthio uſus, homine ad iſtam decretorum rationem appoſitißimo. Cum uerò abundaret diuitijs, eſſetq; bene nummatus & copioſus, ueſtem unam gerebat & æſtate & hyeme, quam, cum temporis ratio ac neceßitas poſtularet, induebat. Is dies noctesq; cogitatione rerum erat erectus, quòd eum natura ad res ex tempore ſuſcipiendas & gerendas non ſatis aptum genuiſſet: & quò facilius excitaretur, & cogitatione uti poſſet, lectulum habebat ſuppoſitum, in quo pellis tantùm uilloſa erat, & puluinar. Cumq; non nemo eum accuſaret, quòd ſtudio uerborum intentus, ſophiſtis mercedem daret, Verum, inquit: ſed ſi quis liberos me ipſo meliores facturum recipiat, huic ego non mille drachmas, ſed dimidiam facultatum partem dabo. Erat in eo ſumma in loquendo libertas propter generoſitatem. Cum aliquando Athenienſes iſtum concionantem non admitterent, eiectus exclamauit,

O flagrum Corcyreum, quàm multis talentis es dignū! Rursus cum Alexandrū in numero Deorū reponerent, Et qualis, inquit, hic Deus, cuius templum qui egrediētur, aqua eos aspergi oportebit? Is cùm animam exhalasset suam, traditi sunt ipsius liberi undecimuiris. Sed cum Menesæchmus accusaret populum, scriptorq; in ea accusatione esset Thrasycles, Demosthenesq;, quandiu fuit in exilio, per literas Atheniensibus significaret illos malè audire propter Lycurgi liberos, facti populū pœnituit, suntq; illi dimißi, cum eos Democles qui fuit Theophrasti discipulus, defenderet. Ipse uerò, & ex consanguineis nonnulli publicis sepulcris sunt decorati: suntq; ipsorum monumenta corā deprecatrice Minerua in hortis Melanthij philosophi mensæ constructæ, Lycurgi ac liberorum ipsius inscriptæ nomine: quæ ad nostram usq; ætatem peruenerunt. Quodq; est maximum, duo millia talentorum quotannis in reditum constituit, sexaginta antea cum essent. Cum uerò instare mors uideretur, cuperetq; rerum a se in repu. gestarum rationem reddere, se in Senatum deferri iußit: in quo qui illum auderet accusare, præter Menesæchmum inuētus est nemo: cuius criminationes cum refutasset, ipse domum est reductus: ac tota uita iustus habitus, hominumq; laudatus sermonibus, exceßit è uita: cum nulli certamini unquam succubuisset, licet multorum accusatorum inuidiam conatumq; subijsset. Filios autem habuit tres ex Callistone Abronis filia: ipsiusq; Abronis qui rerum militarium Græciæ erat quæstor, sororē duxit in uxorem, quo tempore Chærondas reip. gubernacula tenebat. De hac affinitate facit mētionem Dinarchus in illa contra Pastiū oratione. Liberos reliquit Abronē, Lycurgū, Lycophronē: ex quibus Abron et Lycurgus sine liberis sunt mortui: sed Abron celebris clarusq; in repu. fuit. Lycophron

cophron uerò Callistomachen in uxorē duxit, is qui Philippo semper fuit hospes: ex eaq; Callistonē genuit. Hac uerò ducta in uxorem Cleombrotus Acharnensis Dinocratis filius suscepit Lycophronē. Istum quidē auus Lycophron in adoptionē adsciuit. Hic autē nullo relicto filio est mortuus. Post mortē Lycophronis uxorē sibi adiunxit Callistonē Socratis filiam, filiumq; habuit Symmachum. Huic liberi fuerunt Aristonymus, Charmides, Philippe. Ex ista & Lysandro Medius est natus, qui & ipse ex Eumolpidis interpres est factus. Huius & Timotheæ Glauci filiæ liberi fueruut Laodamia & Medius, qui sacris Posidonis Erechthei præfuit: & Philippe, quæ secundò sacra Mineruæ tenuit. Hanc prius in uxorem duxit Diocles Melittensis, ex eaq; habuit Dioclem, qui contra armatos milites exercitum duxit. Hic liberos suscepit Philippidem & Nicostratē uxore Hediste Abronis filia. Themistocles autē qui Theophrasti successor fuit, Nicostratē sibi cū sumpsisset uxorē, ex ea Theophrastum & Dioclem habuit. Ordinauit uerò sacra Posidonis Erechthei. Huius rhetoris orationes ferūtur quindecim: sæpeq; à populo est corona donatus, & statuam consecutus. Ipsius uerò ænea statua in Ceramico est posita ex decreto quod factū est Anaxicrate remp. obtinēte: cuius quoq; autoritate uictum & ipse in Prytaneo accepit, & Lycurgus, & maximus natu ipsius cōsanguineorū: Lycurgoq; mortuo Lycophron qui natu erat maximus, de huiusmodi dono cōtendit. Orationes uerò pro sacris habuit multas, uocauitq; in ius Autolycum Areopagitē, & Lysiclem ducem, & Demadem Demij filium, & Menesæchmum, multosq; alios, cōtra quos omnes uictoriā reportauit. Accusauit quoq; Diphilū, quòd is media columnarū capita argēteo metallo cōfecta, quæ imposita onera sustinebant, auferret, atque ita

non sine

non ſine magna legũ imminutione ad ſummas diuitias perueniſſet: cuiuſmodi facinus cum extremo ſupplicio uindicaretur, is ut periret, effecit, drachmasq́; quinquaginta ex ipſius facultatibus ſingulis ciuibus diſtribuit: quarũ ſumma ad talenta centum & ſexaginta excreuit: uel, ut nonnulli aiunt, minam. Accuſauit quoq; Ariſtogitonem & Cleocratem & Autolycum, quòd hi cum ſerui eſſent, ſe tamen pro liberis gererent. Vocabatur uerò Lycurgus. Ibis Lycurgo, Xenophonti noctua adſcribebatur. Ducebant enim genus ab Erechtheo terræ filio, & Hephæſto. Proximè autẽ ducebant à Lycomede & Lycurgo, quos populus publicis ſepulcris cohoneſtauit. Ipſaq; generis deductio eorũ qui ſacra Poſidoni faciebant, in tabula eximia eſt Erechtheo poſita, quæ ab Iſmenio Chalcidenſi eſt picta, & Lycurgi ſtatuæ è ligno cõfectæ, ipſiusq́; liberorum Abronis, Lycurgi, Licophronis, quas Timarchus & Cephiſodotus Praxitelis filij cõfecerãt. Huius uerò tabulæ ponẽdæ autor fuit Abron eius filius, ſortitus ex genere illam in ſacris obeundis dignitatem atq; excellentiã, quam fratri Lycophroni ceſſit: ob idq́; Abron porrigens illi tridentem pingitur. Omnium uerò quæ adminiſtrauit & rexit, deſcriptionẽ fecit, eamq́; in colũna ante palæſtram ab eo cõſtructam poſuit, ut his qui uellent inſpiciẽdi poteſtas eſſet. Nemo ſanè hunc uirũ fraudis conuincere potuit. Scripſit quoq; ut Neoptolemus Anticlis filius corona donaretur, eiq́; ſtatua erigeretur, quòd Apollinis arã in foro ex oraculo ab eo edito inaurãdã eſſe denũtiarit. Honores etiã Euonymo Diotimi Diopithis filio decreuit, quo tẽpore Cteſicles in rep. gubernãda erat princeps.

DEMOSTHENES.

DEMOSTHENES Demoſthenis & Cleobules filius tribu Præanienſis, relictus à patre cũ eſſet annos natus ſeptem,

ſeptem,& ſoror quindecim,totũ illud tẽpus quo patre orbatus fuit,apud matrẽ egit,cum ſe Iſocrati ad audiendũ daret,ut nonnulli aiunt:ut uerò plurimi,Iſæo Chalcidenſi, qui ipſe Iſocratis erat diſcipulus, cum is Athenis ageret, ſtudio æmulãdi Thucydidis,& Platonis Philoſophi incẽſus:quem, ut nõnullis uidetur,primũ ſibi magiſtrũ propoſuit : ut uerò Hegeſias Magnes refert,cum Calliſtratus Aphidnæus rhetor illuſtris & præfectus equitũ aram Mercurio in foro poneret,habiturusq; apud populum orationẽ eſſet,rogauit pædagôgũ,ut hunc audire liceret,quẽ cũ audiſſet,cœpit amare illius dictionẽ:eumq; breue ad tempus audiuit, donec abfuit ab urbe.Poſteaquã uerò Calliſtratus in Thraciam confugit, tum Demoſthenes factus adoleſcens Iſocratẽ & Platonẽ audiuit.deinde Iſæo audiendo,quẽ domum receperat,quinquẽnio elaborauit,propoſitis ſibi ad imitandum illius orationibus.Vt uerò Cteſibius ſcribit in eo libro, qui eſt inſcriptus de philoſophia,à Callia Syracuſano Zethi Amphipolitani, à Caricle autem Caryſtij Alcidamantis accepit orationes, quas imitandi cauſa diligẽter lectitabat. Cum uerò ad legitimã ætatem perueniſſet,ac pauciora quàm eſſet æquum, à tutoribus recepiſſet,cum eſſent Aphobus Theripides, Demophon uel Demea,quo tẽpore Timarchus reip,præerat, eos tutelæ malè geſtæ accuſauit, in primisq; Demophontẽ, qui matris ipſius erat frater. Atq; à ſingulis talenta decem mulctæ cauſa poſtulauit,ipſosq; uicit. Ipſam uerò condemnationẽ paruifecit,alijs quidẽ pecunia,alijs uerò etiã gratia liberatis.Cum autẽ Ariſtophon iã propter ſenectutẽ dignitati quã habebat,nõ poſſet eſſe ſatis, Choragus Demoſthenes eſt factus,ac Midiam Anagyraſium qui illum choragi officio fungentẽ percuſſerat,in ius uocauit:acceptisq; tribus drachmarũ millibus,ab accuſatione deſtitit.Nec uerò deſunt

qui dicant

qui dicant eum in ſpeluncam deſcendere ſolitum, in eáq; philoſophari abraſa dimidia parte capitis, quò ſibi exeundi facultatē praeriperet: & lecto recumbere perangusto, ut celeriter excitaretur, ut ita facultatem dicendi conſequeretur. Et cum humerũ exercendo indecorè moueret, obeliſco, uel (ut nonnullis uidetur) gladiolo è laquearibus ſuſpenſo coercebat, ut timore ab ea deformitate ceſſaret. Ac iam cum in dicẽdo proficere uideretur, iuſtæ magnitudinis ſpeculũ ſibi comparauit, in quo ſe ipſe contemplans meditabatur: ut quæ à natura deeſſent, ſtudio & diligentia cõſequeretur. iſq; circa Phalericum reſpiciens, ad ipſos fluctuum impetus atque acceſſus meditabatur: ut ſiquando populus tumultu concitaretur, ſedẽ ipſe retineret, neq; de gradu deijceretur: Cumq; angusto eſſet ſpiritu, fertur Neoptolemo histrioni mille drachmas dediſſe, ut integras periodos forti ac uirili ſpiritu enuntiaret. Cum uerò ſe tum ad rempub. contuliſſet, cum in duas partes ciues diuiſi eſſent, ut alij pro Philippo ſtarent, alij populi bonorumq; omnium utilitati studerẽt, eam partem delegit, quæ Philippo aduerſaretur: ſemperq; ut his qui à Philippo premerentur, ſubſidium ferret ciuitas, autor & dux conſulendo fuit, eandem rationẽ adminiſtrandæ reip. ſequutus, quã & Hyperides & Nauſicles & Polieuctus, & Diotimus. Ex quo etiã ciuitati ſocios fecit Thebanos, Eubœenſes, Corcyreos, Corinthios, Bœotios, multos præterea alios. Cum uerò aliquando concionando indecorè excidiſſet, domum abijt: cui cum fortè Eunomus Thriaſius iam ſenex factus eſſet obuius, adhortatus illum eſt, in primiſq; Andronicus histrio, cum ita diceret, orationes illius pulchras ac ſplendidas eſſe, actionẽ tantùm deeſſe, eorumq; meminiſſet quæ in concione ab ipſo dicta eſſent. Cuius oratione permotus Demosthenes, ſe ipſum Andronico tradidit.

Ex quo

Ex quo interrogatus quid primũ in dicendo esset, respondit actionẽ: quid secundũ & tertiũ, simul actionem respondit. Cum uerò rursus in concionem accederet, ac nõnulla iuueniliter proferret, exibilatus est, ut & Antiphanes & Timocles illum in Comœdijs exagitarint. Per terram, per fontes, per fluuios hoc pacto cũ iuraret, apud populũ tumultũ conciuit. Iurauit quoq; pro Asclepiòn, antepenultima acuta Asclépion, ostenditq́; ea quæ diceret, rectè dicere, quòd ipse Deus quietus esset ac beneuolus: in quo sæpe tumultus populi est concitatus. Cum uerò ocium ac studium audiendo Eubolidem dialecticum Milesium cõsumeret, omnia in quibus ipse deficere & claudicare uideretur, emendauit. Cumq́; esset in conuentu Olympico, audiretq́; Lamachum Terinæi filiũ Philippi atq; Alexandri encomium recitantem, atq; in Thebanos & Olynthios inuehentẽ, assurgens ueterũ poëtarum de rebus ab Olynthijs & Thebanis præclarè gestis testimonia protulit, ita ut in cæteris Lamachus silentio sibi imposito etiã ex cõuentu fugeret. Cũ uerò essent qui habitas à Demosthene cõtra Philippũ cõciones ad eum ipsum deferrent, ferunt illum dixisse. Ego iam tum cum Demosthenem audiui, decreui cum uiro mihi bellum esse. Ipsius quidem orationes militibus propter bellicas copias, quæ in his inesse uiderentur, Isocratis uerò Athletis persimiles esse dicebat, quòd hæ quandam talem delectationem afferrent, qualem è theatris percipere homines solent. Cum autem esset annos natus septem & triginta, his qui à Dexitheo contra Callimachum disputabant, sub quo legati ab Olynthijs ad petendas suppetias uenerant, posteaquam bello à Philippo premerentur, auxilium ferendum esse suasit: deinceps uerò quo tempore Plato est mortuus, Philippus Olynthios euertit. Nouitsane etiã Demosthenem

Xenophon

Xenophon ille Socraticus, & adoleſcens, & robuſta iam ætate. Hic quidem res Græciæ poſt pugnam apud Mantineã duce Chariclide corruentes, ſemper in aliquo uigore tenuit & ſuſtentauit, tutoribusq; prius in ius uocatis ſuperior fuit in cauſa. Cum uerò poſt condemnationem Aeſchines fugeret, illum equo Demoſthenes eſt proſecutus: cumq; Aeſchines ſe iam comprehendi putaret, ob idq; prolaberetur, illum erigens Demoſthenes eſt conſolatus, eiq; talentum argenti dedit. Hic ut populus exercitum in Thaſo aleret, conſuluit, ad idq; ipſe trierarchus nauigauit. Annonæ autem præfectus cum eſſet, in eumq; actio furti eſſet intẽta, liberatus eo iudicio eſt. Cum uerò Elatiam Philippus occuparet, ipſe cum his qui pugnaturi in Chæronia eſſent, ſe coniunxit, ex quo ordinem relinquere eſt uiſus. Cum fugientis chlamydem rubus coërceret, tum Demoſthenes conuerſus, Hæc, inquit, uiuum capit. Notatum hoc in clypeo habuit ac ſignatum, Bona fortuna. orationemq; habuit in eorum funere qui in bello cecidiſſent. Poſtea uerò cum ad urbis refectionem ſtudio curaq; intentus eſſet, murorum curator delectus, ex priuatis facultatibus ad eam rem expenſas fecit minas centum: ad ſpectacula autem mille contulit: triremesq; conſcendit: atque omni ex aditu ad ſocios nauigans, pecunias coëgit. quas ob res perſæpe ipſe corona eſt donatus. primùm quidem à Demomele, Ariſtonico, Hyperide, corona aurea: poſtremùm uerò à Cteſiphonte. cumq; decretum illud tanquam contra leges factum Diodotus atque Aeſchines accuſaſſent, ipſe pro ſe defenſione uſus ita uicit, ut actor ſeptimam ſuffragiorum partem non acceperit. Ac cum Alexander iterum in Aſiam exercitum ductaret, Harpalusq; Athenas cum pecunijs facultatibusq; fuderet, hunc quidem primò recipere prohibuit, deinde

poſteaq

posteaquàm nauigio est ingressus, acceptis mille daricis acquieuit. cumq; Athenienses hominem Antipatro dedere uellent, repugnauit, scripsitq; ut ea, quam secum attulerat Harpalus, pecunia in summa arce deponeretur, utq; Harpalus eius ipsius pecuniæ numerum ac summam diceret. quod cum populus approbasset, dixit Harpalus septingenta ac quinquaginta esse talenta, uel paulo plura, ut refert Philochorus. Postea autem cum Harpalus è carcere aufugisset (in eo enim asseruabatur donec aliquis ab Alexandro ueniret) ac in Cretam, uel (ut alij aiunt) in Tænarum Lacedæmoniæ oppidum iter faceret, accusatus Demosthenes corruptelæ est, eò quòd neque numerum depositæ pecuniæ, neque custodum carceris negligentiam indicasset: uocatusq; in iudicium ab Hyperide, Pythæo, Menesæchmo, Himeræo, Patrocle: quorum opera effectum est ut Areopagitarum sententia condemnaretur: uictusq; aufugit, cum mulctæ soluendæ non esset futurus satis: accusatusq; est quòd triginta talenta accepisset. Vel ut nonnulli aiunt, ea de causa aufugit, quòd iudicium eiusmodi æquo animo ferre nullo modo posset. Postea uerò cum Athenienses Polyeuctum legatum ad Arcades misissent, ut eos à Macedonum societate deterreret, neque Polyeuctus persuadere posset, præclarus Demosthenes unà dicendi partes assumens persuasit. Cuius rei causa cum eum admirandum quendã hominem omnes ducerent, paucis elapsis diebus decretum de illo reuocando est factum, ex eoq; missa est triremis quæ illum adueheret: decreueruntq; Athenienses ut triginta illa talenta quibus mulctatus fuerat Demosthenes, ex ærario ad struendam aram Ioui salutari in Piræo conferrentur, atque ita liberaretur. Hoc decretum scripsit Demon Pæanieus Demosthenis consobrinus, qui tum rursus rempublicam administrabat. Cum ad Lamiã Græci

Antipatrum conuocarent, cœpissentq; Athenienses ob prosperum nuncium sacra dijs facere, tum Demosthenes uersus ad Agesistratum qui erat unus è socijs, Athenienses, inquit, non eandem quam alij, habent de ipsis rebus sententiā. Scio enim Athenienses ad dicendum esse instructos, & in stadio certare & scire & posse: in cursu autem pleniore & maiore non posse. Cumq; Harpalum Antipater sustulisset, minareturq; nisi Athenienses rhetores dederent, se urbem euersurum, Demosthenes relicta ciuitate sibi salutem fuga quæsijt: ac primùm quidem in Aeginam confugiens, ad Acræum consedit. Sed cum uereretur, ne non satis opportunus hic locus capiti ac uitæ seruandæ esset, se in Calabriam transtulit. Cum autem Athenienses, rhetores ipsumq; Demosthenem dedere statuissent, in Posidonis templo consedit. cumq; ad eum Archius, qui Phygadotherus nomine dicebatur, accederet, is qui Anaximeni rhetori successerat, isq; ei suaderet ut exurgeret, tanquam ipsi Antipatro amicus esset futurus: huic Demosthenes, Neque cum tragœdias ageres, mihi persuasisti, neque nunc consulens persuadebis. & cum Archius uim inferre conaretur, prohibuerunt hi, qui ad urbis custodiam erant constituti. tum Demosthenes, Nō salutis, inquit, egens in Calabriam confugi, sed ut impietatis & uiolentiæ in Deos, Macedones conuincerem. Refert quidem Demetrius Magnes in illius statua carmen elegiacum postea ab Atheniensibus scriptum fuisse:

Hic si quantum animo, tantum ualuisset & armis,
Græcorum haud Macedo perdomuisset opes.

Illius imago iuxta aram duodecim Deorum est posita, manu atque opera Polyeucti confecta: atque, ut nonnullis uidetur, repertum est hoc scriptum, Demosthenes Antipatro salutem dicit. Genus uerò mortis quo obijt, tradit Philochorus,

hunc

hunc ſcilicet epoto ueneno obijſſe. huic aſſenſus Satyrus dicit hunc calamum momordiſſe, quo epiſtolam ſcribere cœperat: quo guſtato mortuum eſſe. Eratoſthenes aūtem ſcribit hunc, cū iandiu Macedones formidaret, in circulo cōcauo quem circum brachium ferebat, uenenum ſeruaſſe. Sunt uerò qui eum compreſſo ſpiritu mortem ſibi cōſciuiſſe dicant. alij uenenum quod in balteo tegebatur, guſtaſſe. Cum uerò Philippus extremum uitæ diem obijſſet, uenit in publicum ſplendida ueſte indutus, licet ipſius filia adoleſcentula paulò antè mortua fuiſſet, propter eam, quam ex Macedonis morte capiebat, uoluptatem. Thebanis autem, cum bellum contra Alexandrum gererent, adiutorem ſe præbuit, ſemperq́; Græcos contra illum confirmauit. Itaque Thebas cum euertiſſet, hunc ſibi dari ab Athenienſibus petijt: minitatusq́; eſt niſi darent. Cumq́; in Perſas exercitum duceret, ac claſſem ab Athenienſibus poſtularet, Demoſthenes contradixit, cum ita diceret, incertum eſſe an non etiam contra eos qui præbuiſſent, uteretur. Liberos ex una uxore reliquit duos: quæ ipſa erat filia cuiuſdam eorum qui Eudocimum Heliodorum propinquitate contingebant: filiamq́; unam, quæ puella adhuc cum eſſet, antequā nupſit eſt mortua. Habuit uerò etiam ſororem, quæ nupta Lachi Leuconei nepoti Democharem genuit, uirum & in rebus bellicis perſtrenuum, & oratione forenſi nullo inferiorem. Eſt autem ipſius imago in Prytaneo dextra iter facientibus ad Veſtam. Primus qui huic ſuccinctus fuerat gladius, una cum ueſte extat. Permultas uerò habuit orationes cum Antipater rhetores ab Athenienſibus poſtulauit. Ac uix ita multò pòſt Athenienſes in Prytaneo uictum propinquis Demoſthenis præbuerunt: mortuóque ſtatuam in foro erexerunt, quo tempore princeps in republica erat Gorgias: cuius muneris

petendi autor fuit Demochares illius nepos: cui ipsi rursus Laches Leuconeus Democharis filius idem munus petijt, cum Pytharatus rempublicam obtineret, decimo die post illam huius imaginis in foro positionem: & uictum decretum in Prytaneo & ipsi, & consanguineis eius, & propinquorum semper natu maximo: & cōcessum in ombibus certaminibus. suntq; decreta pro utrisq; descripta. Hæc uerò Democharis imago in Prytaneum est adducta, de qua antè mentionem fecimus. Feruntur autem orationes huius propriæ sexaginta quinq;. Nec desunt qui illum luxuriosè uixisse dicant, hisque eum usum uestibus, quæ magis mulierum quàm uirorum uiderentur: solitumq; in dies comessationes instituere: & magno cũ luxu & apparatu uiuere: quo factum est, ut Batalus appellaretur. Alij uerò speciosa appellatione, & auribus pergrata, à nomine nutricis detorta, hunc ita ad contumeliam appellatũ aiunt. Diogenes autẽ Canis cũ istum aliquando uerecundãtem, quòd esset in caupona, uideret, cúmque secedentem, Quanto magis, inquit, secesseris, tanto magis in caupona eris. Hunc quidẽ propius contemplans, Scytam in orationibus esse dicebat, in pugnis uerò urbanũ. Accepit autẽ aurum ab Alphiate, qui fuit unus ex his qui populi moderandi habenas tenebant, qui missus ad Regem legatus, clàm uenit cum pecunia, ut ea populi moderatoribus distributa, bellũ illud contra Philippum cōsepeliret: eumq; à Rege acceptis daricorum millibus tribus priuatim corruptum ferunt. Anaxilam uerò quendã Oritem, qui illi hospitio erat coniunctus, cōpræhensum, tanquam speculatorem ab hostibus missum, in eculeum coniecit: à quo cum nihil torquendo auferre posset, eum duodecimuiris tradere constituit. Cum autem aliquando in concione ab Atheniensibus dicere esset prohibitus, dixit pauca habere se quæ illis dicere optaret.

Itaque

Itaque facto ab Atheniensibus silentio, Adolescens, inquit, æstatem simul atque uidit, asinum conduxit in urbe. cum autem dies medius esset, ac sol uehemẽter efferuesceret, eorum uterque sub umbra asini quiescere cupiebat. Vrgebat uerò alter alterum, locator quidem cum diceret se asinum non umbram locasse: conductor uerò, cum se circa asinum omnẽ potestatem habere cõfirmaret. atque hæc cum diceret, abijt. Hunc autem cum Athenienses cohiberẽt, orarentq; ut orationem hanc ad finem usque prosequeretur: Deinde, inquit Demosthenes, de asini umbra audire uultis: me uerò de rebus necessarijs dicentẽ audire recusatis. Cum uerò Polus histrio uersus Demosthenem diceret se duorum dierum certamine talentum mercedis loco accepisse, Ego, inquit, unius diei silentio talenta quinque pro mercede accepi. Cum autem concionando uoce uteretur incongrua atque inconcinna, essetq; tumultus concitatus, histriones quidem ex uoce, oratores uerò ex sententia spectari dixit oportere. Cumq; huic Polyeuctus probro daret, quòd aßidua meditatione & commentatione ad dicendum uteretur, Ego sanè erubescerem, inquit, si cum pro tanto tamq; potenti populo consultem, me ita darem ad dicẽdum, ut ex temporali facultate delectarer. Scribunt quoque nunquam illum lychnum extinxisse, quo in dijudicãdis orationibus utebatur, donec ad quinquagesimum annum peruenisset. Ipse uerò se aquæ potorem fuisse dicit. Nouit quoque ipsum Lysias Rhetor, uiditq; Isocrates dignitate in republica florentem usque ad eam pugnam quæ fuit in Chæronia. Videre eum etiam nonnulli philosophorum qui erant à Socrate. Plurimas uerò orationes dixit ex tempore, cum ad eas perbellè natus uideretur. Qui uerò ipsum corona aurea donandum esse primus scripserit, fuit Aristonicus Nicophanis filius Anagyrasius: intercessit

sit autem Diondas.

HYPERIDES.

HYPERIDES *patre natus erat Glaucippo Dionysio, tribu Colittensis. filium habuit eodem quo & pater erat nomine, rhetorem illum, & orationes scriptitantem: ex quo rursus Alphinus est natus. Is cũ Platonis Philosophi auditor unà cum Lycurgo & Isocrate fuisset, rempublicam Atheniensium tenuit, quo tempore Alexander rerum Græciæ est potitus: deq; ducibus & triremibus quas ab Atheniensibus petijt, contradixit. Idem nõ dimittendi exercitus, qui in Tænaro erat, autor fuit. cuius rei causa beneuolo esse in ducem exercitus animo putabatur. Primùm uerò mercede causas dixit. Cum autem particeps fuisse uideretur pecuniarum quibus Persarum Rex certorum hominum animos corruperat, cœpit luxuriosè hilariterq; uiuere: delectusq; trierarchus, cum Philippus Byzantium euertit, missus est ut Byzantijs eodem anno auxilium ferret. Cæteris'que omne munus functionemq; publicam fugientibus, solus sustinuit choragum agere, expensasq; suppeditare. Nonnullos ex familiaribus Demosthenis in ius uocauit: cùmque ipse reus legum malè latarum à Dionda esset factus, aufugit. Amicus uerò his cum esset, qui familiares erant, Demostheni & Lysicli & Lycurgo, ad extremum usque amicitiam illam non defendit: sed posteaquàm Lysicles & Lycurgus è uiuis excessissent, eaq; de Demosthene esset opinio, ut ab Harpalo pecunia corruptus uideretur, designatus ab omnibus (solus enim inuictus contra omnem corruptelam stetit) ipsum Demosthenem accusauit. Cæterùm ab Aristogitone legum malè latarum actio contra hunc est intenta, quòd ut alienigenæ qui erant iuxta Chæroniam, ciues fierẽt, scripsisset, ut'que seruis libertas daretur, & sacra & liberi &*

ri & uxores in Piræum deferrentur. quod ille iudicium fuga à suo capite declinauit. Cum autem accusaretur quòd in decreto quod fecerat, multas leges prætermitteret, Considera, inquit, Macedonum arma. non ego decretum illud scripsi, sed pugna quæ fuit in Chæronia. Ac postea quidem Philippus metu adductus huic sublationem mortuorum concessit, cum eam antea præconibus qui ex Lebadia uenerant, denegasset. Iterum uerò post illas ad Cranonem calamitates postulatus est ab Antipatro: cumq; eum populus daturus uideretur, fugit è ciuitate ad Aeginam cum his qui condemnati fuissent. cumq; Demostheni occurrisset, propter illam quæ ex causæ dictione contra illum orta fuerat contentionem, illinc se abripiens, ui comprehensus in templo Posidonis ab Archia est, qui Phygadotherus nomine dicebatur. Is genere erat Thurius, antea histrio, tunc Antipatro auxilium ferebat: deinde cum torqueretur, sibi linguam amputauit, ut nihil eorum proferret quæ occulta esse reipublicæ interesset: atque ita est mortuus. Hunc Hermippus linguam sibi præcidisse cum in Macedoniam proficisceretur, dicit, eúmque sine sepultura proiectum esse: Alphinoq; ipsius consobrino, uel ut nonnullis uidetur, Glaucipei cuiusdam filio, opera medici alicuius, qui propter amicitiam id persuaserat, corporis potestatem esse datam, atque ita ussisse, atque ossa ad consanguineos pro legibus institutisque Atheniensium ac Lacedæmoniorum reportasse. Non solùm enim eos qui supplicio sunt affecti, perpetuo exilio non mulctant, sed ne uetant quidem eos in patria regione consepeliri. Alij uerò hunc abductum unà cum alijs in Cleonas mortuum esse dicunt, quo in loco linguam sibi præcidit, sicuti antè est dictum. Cúmque ossa consanguinei accepissent, ea sepulturæ honore unà cū propinquis ante

Hippadûm portas cohonestarunt, ut refert Heliodorus tertio de monumentis libro. nunc uerò subuersum est monumētum: estq; incertum, sit'ne hoc, an illud potius. Conciones habebat is quidem, sed ex scripto, easq; literis mandatas referebat. Sunt qui hunc Demostheni anteponant. Huius feruntur orationes septuaginta septem: quarum quinquaginta duæ illius sunt propriæ. Is ad ueneream libidinē paulo erat procliuior, ut etiam introducta Myrrhine, qua amica aßiduißimè utebatur, filium eijceret: habebatq; in Piræo Aristagoram, in Eleusine in priuatis poßeßionibus amicam Thebanam, quæ pro quæstu uiginti minas quotannis accipiebat. Huic nullus dies ab inambulatione in eo loco in quo pisces ueniebāt, uacabat. Cum autē Phryne ipsius amica impietatis accusata fuisset, de eo quoque, ut congruebat, quæsitum est, num huius communis suspicio ad eum pertineret: (hoc quidem ipse initio orationis ostendit) cum'que illa comdemnationi proxima uideretur, adduxit eam in medium: discissaq; ueste mulieris pectora iudicibus ostendit: cuius pulchritudinem cum iudices intuerentur, liberata omni molestia est. Complexus etiam est libro quem scripsit, occulta contra Demosthenem crimina: sed ita, ut deprehenderetur. Nam cum ipse morbo ægrotaret, uenit Demosthenes ad ædes illius, tanquam quid ageretur obseruaturus: librum'que qui contra se erat scriptus, arripuit. quæ res cum Hyperidi stomachum fecisset, Hic quidem, inquit Demosthenes, amicorum lædet neminem: hostem uerò, ne quid contra me moliatur, deterrebit. Decreti quoque ab eo honores sunt Iolæ, qui se Alexandro uenenum daturum promiserat: fuitq; socius ac particeps belli Lamiaci cum Demosthene: funebremq; pro his qui eo in bello cecidissent, orationem magna cum omnium admiratione habuit. Cum

uerò Philippus ab Euboea nauigare cōtenderet, Athenienſesq́; in eum inimicitijs armatū gererent animū, ex distributione triremes confecit quadraginta: primusq́; pro ſeipſo ac paruulo filio duas triremes dedit. Cumq́; Delij inter ſe cōtenderent utros templo Apollinis Delphici præeſſe neceſſe eſſet, delectusq́; eſſet Aeſchines qui de ea re diceret, decreuit Areopagitarum conſilium, ut ad id muneris Hyperides uocaretur: eſtq́; ipſius Hyperidis Deliaca inſcripta oratio. Obijt legationem ad Rhodios. Cumq́; ab Antipatro legati ueniſſent, ipſumq́; Antipatrū ut optimum laudarent, his ſe opponēs Hyperides, Scimus, inquit, iſtum eſſe optimum: ſed tamen nobis nihil optimo domino eſt opus. Ferūt ſine actione ſolitum cōcionari: tantumq́; rem, prout geſta eſſet, recenſere: neque tamen iudices moueri animo, aut moleſtè ferre unquam ſunt uiſi. Miſſus etiam eſt ad Elios, ut oratione Callippū athletam defenderet, in quē corrupti certaminis actio intendebatur: ſuperiorq́; ex ea cauſa diſceßit.

DINARCHVS.

DINARCHVS Socratis Soſtrati erat filius, Enchorius quidem, ut nōnullis uidetur: ut quibuſdā, Corinthius. Cum uerò admodum adoleſcēs Athenas ueniſſet, quo tempore Aſiam Alexander habitatoribus frequētauit, Theophraſto, qui Ariſtoteli in ludo ſucceſſerat, ſe ad audiendum dedit. Is uerſatus cum Demetrio Phalereo eſt. Maximè uerò ſe reipublicæ tradidit poſt Antipatri mortē, ex oratoribus alijs quidem morte è medio ſublatis, alijs uerò fuga ereptis. Hic cum Caſandro amicitia eſſet cōiunctus, maximam uim argenti coaceruauit uenditis orationibus quas rogantibus conſcripſit. Peruenit autem in numerū ſummorū oratorum, non cum ad populum procederet, (neque enim poterat) ſed cum orationes ſcriberet: ac cum Harpalus diſceßit,

plures scriptæ sunt ab eo cõtra eos qui accusati pecuniarũ ab hostibus acceptarum essent, easq́; accusatoribus dedit. Post uerò tempus illud, cũ accusatus esset quòd ad Casandrũ & Antipatrũ colloquendi gratia uenisset, circa ipsum tẽpus quo Munychia est capta, cũ ab Antigono & Demetrio illa est præsidijs munita, ex facultatibus cõflata ingenti pecunia fugit in Chalcidẽ. In exilio uerò cum mãsisset annis quindecim, multis opibus cõparatis redijt opera ac studio familiarium Theophrasti, qui illi, cæterisq́; qui unà exulabãt, reditum in patriam aperuerunt. Cum autem diuerteret apud hospitem socium, isq́; iam senex, & oculorum acie debilis, argentum amisisset, uelletq́; hospes hoc ipsum inuestigari, diẽ illi dixit: ac tum primùm in iudicio dixit: eaq́; extat oratio. Ferũtur uerò quatuor & sexaginta orationes illius propriæ: harum nõnullæ à quibusdam Aristogitoni adscribuntur. Hyperidem hic uolebat imitari, uel, ut nonnulli aiunt, Demosthenem, propter incitatum & affectus plenũ orationis genus. Illius schemata habent suos quoq; imitatores.

DECRETA.

DEMOCHARES Lachetus Leucontheus petijt Demostheni Pæaniẽsi statuã ære conflatã in foro, ac uictum in Prytaneo, & ipsi, & ex cõsanguineis semper natu maximo, quòd is multa & præclara in rempublicã Atheniensiũ contulerit: multaq́; reipublicæ sapienter cõsulendo attulerit, facultatesq́; ad cõmunem omniũ utilitatem cõferre non dubitarit: quodq́; talenta octo dederit cum populus Atheniensis Eubœam in libertatẽ uẽdicauit: triremẽq́; alteram cum Cephisodotus Byzantiũ nauigauit: & alteram, cum Chares, & Phocensium duces Byzantium sunt missi: multosq́; ex his qui capti in Pydne & Methone & Olyntho à Philippo fuerant, redemerit: sumptusq́; uiris fecerit, cum

cum Pandionidis à sumptuum onere abhorrentibus, milites qui deerant, armauit, ac dedit: murisq; reficiendis à populo præfectus ac delectus, ipse liberaliter atq; ex suis facultatibus integrè tria talenta ad hoc ipsum consumpserit: duosq; aggeres circa Piræum defossos dederit: & post illam in Chæronia pugnã talentum ad reipublicæ utilitatem contulerit: & rursus ad curam frumenti in summa annonæ caritate talentum porrexerit: quodq; beneuolentia & cõsilio Thebanos, Euboeos, Corinthios, Megarenses, Achæos, Locros, Byzantios, Messenios socios populo Atheniensi fecerit: copiasq; populo ac socijs constituerit, pedites quidem mille, mille etiam equites: constitutamq; ut exteræ gentes ac nationes darent pecuniam persuaserit: quodq; socij ad bellum ipsius hortatu plura quàm quinquaginta talenta reipublicæ subleuandæ causa cõtulerint: & ne Peloponnesij Alexãdro contra Thebanos adiutores se præberent, datis pecunijs obita etiam apud eos legatione prohibuerit: tum etiã quòd multarum aliarum rerum & pulcherrimarum cum reipublicæ esset præfectus, autor populo fuerit: quibus, quantum in eo fuit, Græciæ libertas, & populi in republica potestas optimè cõfirmari posset. Hic uerò aufugit euerso populo propter paucorũ dominatum: obijtq; in Calabria, propter eam, qua erat erga populum beneuolentiam, cum quidem essent missi duces ab Antipatro ad ipsum: isq; nihilominus erga populum beneuolentiam illam solitam retinuerit: neq; cum appropinquare hostis aut periculum uideretur, quicquam populo Atheniensi indignum facere est uisus. Princeps in republica Pytharatus Laches Leuconeus Democharis filius munus à Senatu populoq; Atheniensi Demochari petijt, statuam scilicet æream in foro, uictumq; semper ei qui ex consanguineis esset natu maximus, & consessum in certaminibus,

taminibus, quòd & beneficus in populum Athenienſem, & conſultor perbonus fuerit & ſcribendo, & rempublicā gubernando, & legationem obeundo: eaq́; contulerit in rempublicam beneficia, ut & muri illius opera refecti fuerint: & arma, & tela, & machinæ cōparatæ: quodq́; quadriennali bello urbem tutam ſecuramq́; ſeruarit: pacemq́; & fœdus ac ſocietatem cum Bœotijs inierit: quarum rerum cauſa his qui populum euertiſſent, eſt elapſus, eorumq́; uitauit furorem. quodq́; primus cōtraxerit imperium, tum eorum qui bonis ſuis pepercerunt, tum eorum qui legationem ad Lyſimachū obierunt: & quòd ad populi utilitatē atq; uſum triginta argenti talenta acceperit: & rurſus alia centum: legationemq́; ſcripſerit ad Ptolemæum in Aegyptum, ex qua qui nauigaſſent, quinquaginta talenta populo retulerunt: legationemq́; ad Antipatrum obierit: ex eaq́; uiginti talenta reportarit: atque Eleuſinem populo recuperarit: cum quidem populo ipſe perſuaſor, populus uerò ad huius conſilium uoti compos fuerit: & quòd in Democratia fugerit: neque illas paucorum dominatus partes ſequi, neque populo euerſo unquam magiſtratum attingere ſit uiſus: ſolusq́; ex omnibus qui tum rempublicam tenebant, alieno inſtituto rempublicam mutari non ſiuerit, ne in Democratia quidem: legesq́; ac iudicia, facultatesq́; omnium in ſumma tranquillitate conſeruarit propter ſummam in republica moderauda prudentiam: neque ullo unquam Democratiam læſerit aut dicto, aut facto. Lycophron Butades Lycurgi filius adſcripſit uictum ſibi in Prytaneo deberi, pro eo munere quod à populo Lycurgo Butadæ eſt datum: quo tempore Anaxicrates rempublicam obtinebat: atque Antiochidus Prytaneo præeſſet. Stratocles Diopitheus Euthydedis filius dixit, Poſtquam Lycurgus Butades Lycophronis filius

nis filius à maioribus accepit propriam à longo tempore, & domesticam erga populum beneuolentiam, & proaui ipsius Diomedes *ac* Lycurgus*:quorum uita honoribus à populo affecta,& mors publicis sepulcris in* Ceramico *propter illorum uirtutem decorata fuit: ipseq́;* Lycurgus *cum reipublicæ præesset, multas & pulchras leges patriæ tulit: factusq́; publicæ pecuniæ quæstor,quinquennio ei muneri præfuit: distributisq́; ex cõmuni reditu millibus octingentis & noningentis talentis, ac multò antè prepter fidẽ à priuatis hominibus mutuò accepta ingenti pecunia, sexcentis scilicet & quinquaginta talentis, ea cum reipublicæ ratio utilttasq́; postularet, consumpsit: in quibus omnibus cum singulari æquitate & iustitia uersari, eaq́; administrare uideretur, sæpe à ciuitate corona est donatus.* Ad *hoc etiã delectus à populo, permagnam pecuniam in summa arce coaceruauit:*Deumq́; *ornatu cohonestauit:ac uictorias perutiles, resq́; ad pompam, lustrationesq́; idoneas, ornatumq́; aureum comparauit: ut centum homines canistris onerati ad ea ferenda & comportanda desiderarentur.*De*lectus autem ad belli apparatus, arma permulta, & telorum millia quinque in summam arcem intulit: ac triremes nauigabiles trecentas parauit: quarum alias quidem refecit: alias uerò à principio in totum construxit: præterea accepta quotidianorum operum præfectura,naualia, atque armamentarium, & theatrum* Dionysiacum *perfecit: stadiumq́;* Panathenaicum *aliquando consummauit: & gymnasium ac* Lycium *comparauit, multisq́; alijs rebus cõstructis ciuitatem exornauit.* Cumq́; Alexander *rex uniuersam euertisset* Asiam,*totamq́;* Græciam *suis auspicijs tenere & regere optaret,* Lycurgum *suis conatibus aduersantem, sibi dari à populo petijt. quòd populus contempto*

omni

omni metu recusauit: & cum rerum in republica gestarum rationem in ciuitate libera, & in qua populus dominaretur saepe redderet, integer atque inculpatus semper est uisus. Itaq; ut omnes intelligant, quid sit quamobrem hi qui pro populi potestate & libertate rempublicā sibi summa aequitate regendam duxerint, & uiui plurimi fiant, & mortui gratiarum actionem cum perpetua & singulari laudatione consequantur: bonis auibus uisum est populo laudare Lycurgum Butadem Lycophronis filium uirtutis ergò, atque aequitatis: ipsiusq; statuam ex aere in foro statuere, excepto eo loco, in quo ne ponatur, lex interdicit: uictumq; in Prytaneo dare ei qui ex consanguineis Lycurgi natu erit maximus: idq; non ad duos aut treis annos, sed in perpetuū: ipsiusq; decreta rata esse omnia: eaq; in colūnis lapideis à populi scriba imponi, suspēdi, atq; in summa arce iuxta anathemata collocari: ad perscriptionē uerò quae fieret in colūnis, populi quaestorē quinquaginta drachmas dare ex his pecunijs quae ad decreta illius in aerarium sunt redactae.

CLARISS. EQVITI D. FRANCISCO DILFO, Cæs. Ma. apud Angliæ Regem Oratori digniß. patrono suo, Adrianus Iunius Medicus S. D.

SILPHIVM, cuius nobilitatem maximumque pretium non tacuere ueteres, uir omnibus & naturæ & fortunæ dotibus cumulatiß. Dilfi, incultis agris lætius prouenire, quod si excolatur, degenerare, à scriptoribus proditur: at longè diuersa est amicitiæ, unius omnium præstantißimi boni ratio, quæ, si stabilis & cōstās permanere, si diffundi ac propagari debeat, perpetua aut frequens saltē accedat eius cultura necessum est: hæc autē officiorum uicißitudine obitur cōstantißimè. Proinde quū iampridem in suorum amicorum album tua benignitas immerentē me cooptarit ultrò, nihil habui antiquius, nihil prius, quàm ita me comparare, ut ne indignus amicitia tua existimari possem, alerem uerò atque conseruarem eam pro mea facultate, quantùm liceret, & ubi possem: facultatis autem meæ tenuitas, ut est contractißima, ita quum latißimè se diffundit, in literario aliquo munusculo, quod è Græco fonte arceßimus, cōsumitur: quod ipsum nō tam demerendi, quàm præstādi officij nomine quæritur. Cæterùm quod aptius & cōuenientius tibi munusculum queat mitti, quàm doctißimo doctißimi Plutarchi fœtura? in quo scriptore rarißimam reconditißimamq; eruditionem, & diuitem comprimis uerborum ac rerū copiam mirantur (ut nosti) docti omnes.

omnes. Delegi autẽ mihi ea, quæ & à professione mea non abhorrerẽt (sunt enim quæ uel ex professo in naturalium rerum uentilatione consumuntur) & quotidianis usibus seruirent ferè, lectu non minus iucunda, quàm plena eruditæ frugis. Eiusmodi sunt Symposiaca., siue dicam Latinè, Conuiualia problemata, quæ in conuiuijs proponi disputarique olim solebant, more (ut equidem arbitror) laudatissimo: atque utinam cum nostro sæculo ita esset comparatum quoque; ut literatas potius epulas, quàm adipatas saliarésque sectaremur, & conuiuia condiret citius doctorum uirorum excellentiúmque ingeniorum industria, quàm ganeatæ archimagirorum manus, quod ipsum sua iam tum tempestate apud Dionis familiareis deplorabat magnus ille Plato. In condiendis uerò hisce sermonibus, utitur plærumque probabilibus argumentis, nihil astruit demonstrationibus scientificis & irrefragabilibus, quas γραμμικὰς ἀνάγκας appellat Aristoteles: has enim simplex illa conuiualis colloquij, ubi suam quisque sententiam depromit liberè, gratia respuit. Itaque morosiori cuipiam rei medicæ censori, uidebitur fortassis alicubi à recto sincerioris medicæ rationis tramite, argumentis in speciem ueris, deuiare: id quod expenso iudicio consideranti, non erit exagitandum iniquius. Constat enim in hisce libris eum partim aliorum, partim sua responsa ad propositas in symposijs quæstiones ex tempore adducta, referre: deinde & suo quemque sensu duci, & pro capitum numero uariare sententias, extra controuersiam est positum: adde huc non protinus idem esse, ridicula'ne, & probabilia siue rhetorica, an ex confesso falsa proferas, Rectius igitur Zenonis imitabimur exemplum, qui in theatrum

descendens

descendens, citharam pulsante quodam, ad discipulos dixisse fertur, Proficiscamur intro, ut, quem reddant concentum nerui, assulæ, & uerticuli, numerorum atque ordinis participes, discamus: ita quoque operæ pretium est audire nos ista & legere, quò percipiamus, quantum assecuti sint hi disputatores in reddendis ueris rationibus, quantum'ue aberrarint. Hanc cõuiualium Plutarchi problematum farraginem à me pro meo modulo utcunque latio donatam, tuo, uir ampliß. genio consecrare uisum est, idq; non unam ob causam: cùm quòd tu unus facilè omnium doctiß. doctos & uel mediocriter literis tinctos amplectaris, foueas ingenia & exosculeris: tum quòd nominis mei studiosum te perspexerim: tum uerò quòd literatos sermones ubique uarijs de rebus, ut quidque fors obtulerit, & accipere & reddere ames: nec hoc modò, uerumetiam scriptorum omne genus, quod Musæ condierint, continenti lectione ac uno propemodum spiritu perlegẽdo deuorare gaudeas, parcissimus tẽporis exactor: qua in re secutus mihi uideris M. Catonis illud, quod in principio Originum scriptũ reliquit, Clarorum uirorum atque magnorum, non minus otij, quàm negotij rationem extare oportere. Istud perspectum habens Diuus Cæsar, omnis ætatis memoriæq; clariß. Princeps, ob raras animi tui dotes, uariam ac reconditam eruditionem, singularẽ prudentiam, expromptum ingenium, Legati personam tibi imposuit, at apud quem? nimirum apud potentiß. prudentißimumq; & acerrimum ingeniorum æstimatorem Henricũ VIII. Angliæ regem, cui quantopore proberis, quantum is tibi tribuat, qua'ue autoritate te audiat, notius est, quàm ut cõmemorare attineat. Supersedeo in præsentia de splendore familiæ, ac numeroso heroicarum tuarum uirtutum comitatu, uerba facere, ne tuis auribus pluſculum dare uidear.

dear. Interim, dum maiora paro, uir ornatiß. libellum hunc tuo inſcriptum nomini, hoſpitio dignabere, hilari fronte excipies, utêris denique, ſi merebitur, & defendes quoque aduerſus dentatos maleuolorum morſus, ſi uſus poſtulet. Vale literarum decus incomparabile. Londini ſeptimo Idus Ianuarias.

PLVTARCHI CHAERONEI CONVIVALIVM SERMONVM DECAS PRIMA.

PROBLEMA PRIMVM

An ſit inter pocula philoſophandum.

μνάμμον & memorem, & modiperatorem ſignificat.

DIVERBIVM *iſtud: Odi memorem cõpotorem, Soßie Senecion, ſunt qui in Modiperatores dictum aſſerunt, qui impẽdio fideq́; nimium bona moleſti, & in præſcribendo potandi modo imperioſi eſſe ſolent: Dores enim apud Siculos modiperatorem memorem appellant. Sunt alij qui parœmia dictorum factorumq́; inter pocula obliuionẽm præſcribi præcipiq́; autumant: ac proinde patrio inſtituto receptum eſt, tam obliuionem quàm ferulam Libero patri ſimul nuncupare: quòd aut ne meminiſſe quidem admiſsi inter potandum delicti*

delicti oporteat: aut leui omnino ac puerili admonitione castigationeq; sit opus. Cæterum quando & tu in ea es sententia, quòd rerum absurdarum obliuio, iuxta Euripidem, sapienter instituatur: rursus quòd dictorum inter pocula nullam habere memoriam, non modò pugnet cum amicitiæ tessera, quam mensa conciliat: uerùm etiam nobilissimum quemque Philosophum aliter sentientem habeat: Cuiusmodi sunt plato, Aristoteles, Xenophon, Speusippus, Epicurus, Prytanis, Hieronymus atque Academicus Dion: qui omnes seriam operam collocarunt in referendis in commentarios natis inter pocula colloquijs. Quin existimarunt quoque illi operæ nos pretium facturos, si optima quæque ex ijs quæ in Græcia paßim alijs atque alys interdum locis haud nobiscum, quæq; apud nos, præsente semper mensa & calice, amicè disceptata forẽt, colligeremus. In hoc quum essem, ternos tibi libros, quorum quilibet decem habet problemata, mittere placuit: missurus propediem & reliquos, si non prorsus à Musis, nec à Baccho (ut habet prouerbium) alieni isti uidebuntur. Primũ autem locum habet: An inter pocula sit commentandum. Nata Athenis in cœna controuersia (si bene es memor) philosophicis'ne utendum foret inter potandum sermonibus: & si sic, quis in ijs statuendus esset modus: Ariston qui tum aderat, Per deos immortales inquit, sunt qui Philosophis locum in compotationibus negant. Hic ego. Quid ni, inquam, sint obsecro bone uir? & quidem seuera & iusta suggillatione utuntur, non debere philosophiam inter pocula, exemplo matrisfamiliâs, loqui. Laudantq; merito Persarum institutum, qui quoties ebrietati, choreisq; operam dant, non cum uxoribus, sed cum pellicibus id solent. Quod exemplum & nobis imitandum censent, inductis in conuiuium mu-

Euripid. in Oreste.

ſicis cantionibus, actioneq; ludicra: intactaq; ad hæc relicta philoſophia, uelut ad colluſiones inepta: neq; uerò ad ſeria tunc aptioribus nobis. Aiunt & Iſocratem oratorem obſecrantibus quibuſdã, ut inter pocula diceret aliquid, non ſustinuiſſe, niſi hactenus, quòd dixit. Quæ ego calleo, huius temporis aut loci nõ ſunt: rurſus quæ tempus hoc postulat, ego ignoro. Hic ſublata uoce Craton, Rectè ille quidem, inquit, eiurauit (Bacchi numen contestor) repudiauitq; ſermonem eos exceſſurum fines, excluderentur quorũ cauſa atq; exularent à ſympoſio Gratiæ. Non perinde autem eſſe arbitror, inquit, rhetoricum'ne ſermonem à conuiuio excludas, an philoſophicum: aliter cum philoſophia agitur, quæ cùm ſit ars circa uitæ actiones uerſans, eam nec à luſu nec à uoluptate cui ſit coniunctum oblectamentum aliquod ad uitandum fastidium comparatum, abstinere interim par eſt: quin potius in dictando modo oportunitateq; adeſſe ubiq;. An uerò nec temperantiam, nec iustitiam in conuiuia recipiendas putabimus, nimiam in ijs rigiditatem culpando? Quippe ſi nobis alicubi ubi leges præfiguntur, ex præſcripto uiuendum eſſet, quemadmodum faciunt ij, qui inſanum Oreſten epulis admouent, foret id ſolatium inſipientiæ, quamuis infœlix. At uerò quando Liber pater Lyſius eſt & Lydius, hoc eſt Liberator, certè linguæ habenas ſoluit & eximit uel maximè, libertatemq; ſummam loquelæ indulget: ſtultum arbitror fuerit & extremæ dementiæ, permittere, ut intempestiua uerborum funditatio fraudet atque interuertat fructum utiliſsimorum colloquiorum: & in ſcholis diſputetur, quo pacto decorum in conuiuijs ſit obſeruandum: quæ conuiuæ uirtus, & quomodo uino utendum: Deinde ex ipſis conuiuijs tollamus philoſophiam, uelut impotentem re ipſa, quod uerbis docet, tueri. Hîc quum

tu dix

tu dixisses, Cratoni hac in parte non esse refragandum: sed inuestigandum terminum quendam & exemplar, ad quod ratio inter pocula disserendorum exigeretur: quò uitari posset iocosum illud in contendentes atque altercantes haud inuenustè dici solitum:

Marte ut certemus dubio, iam cœna petenda est. Iliad. B.

Demum quum nos prouocares animaresq; ad dicendum, ego: Primum (inquam) omnium meo quidem iudicio, qui, qualesq; symposio intersint expendendum considerandumq; uidetur. Nam si plures philologos fortè habeat symposium, quale est Agathonis, in quo sunt Socrates, Phædri, Pausaniæ, Eryximachi: & illud Calliæ, quod habet Charmidas, Antisthenes, Hermogenes, eiusq;, farinæ alios, sinemus illos mutuis fabulis contendere, ac disceptare: ut qui haud segnius Musis, quàm Nymphis Bacchum contemperant: quando hæ corpori placidum eum & mitem conciliant, illæ animis melleum re uera benignumq; præstant, & lætitiæ datorem. At si pauci adeò rudes homines nec exculti doctrina adfuerint, ij perinde ac mutæ literæ inter vocales multas, doctorum cœtu coërciti inclusiq; vocem quampiam non inarticulatam planè edent, & aliorum industriam accipient. Sin ea sit hominum colluuies, quamuis auem potius, imò cuiuslibet chordæ ligni'ue sonum patientius ferant, quàm philosophum: istic Pisistrati illud aptissimè quadrabit: Qui cum liberis suis in re quapiam dissentiens, animaduerso quòd inimici eam ob causam in sinu gauderent, conuocata concione dixit, se conatum filios in suam sententiam pertrahere: quod cùm operosum fuerit, se in illorum sententiam pedibus iturum. Non aliter & Philosophus, apud conuiuas ipsius dicta respuentes, mutata sententia sequetur, acquiescetq; illo-

rum ſermonibus, quatenus decorum non excedat: ſcien: quòd Rhetorum ſit agere uerbis, philoſophari uerò liceat etiam tacendo, ludendo, præterea dum aut ſcommate morderis, aut alios dicterijs uulneras. Vt enim extremæ eſt in- Plato. *iuſtitiæ, quod ait Plato, iuſtus cum non ſis, uideri tamen uelle: ita è diuerſo ſummæ eſt prudentiæ, dum philoſopharis maximè, diſsimulare factum: dum ludere uideris, interim grauiter tractare ſeria. Quemadmodum nanque Euripidis Bacchæ, inermes, nulloq́; ferro horribiles, thyrſis obuios uerberant atque ſauciant etiam: ſic ueri philoſophi ſcommata riſusq́;, eos qui non planè ſunt inuulnerabiles, non poſſunt non mouere atque afficere. Porrò mea quidem ſententia ad conuiuia pertinent non parum narrationes, partim ex hiſtorijs petitæ, partim ex obuijs rebus deſumptæ: quæ uaria tum ad philoſophiam, tum ad pietatem, exempla ſuppeditabunt rerum fortiter excelſisq́; animis geſtarum: quædam uerò accendent etiam ad imitationem bonorum & liberalis ingenij hominum: Quibus documentis ſi dextrè utaris in admonendis combibonibus, non parua malorum congerie ebrietatem liberabis. Quocirca* Dioſc.lib.4. cap.51. de uerbena. Ἀριστερεὼν uide Phauor. in dict. θεῖον. *iſti qui Bugloſſum herbam uino inijciunt: qui uerbenæ, adiantique maceratarum aſpergine ſolum rigant, rati hoſpitibus iſta tranquillitatem animi hilaritatémque parere: dum ſtudent Helenam Homericam in mero arte medicando imitari: non animaduertunt fabulam eam longo ſanè itinere ab Aegypto uſque repetitam, in ciuilem atque congruam orationem deſinere, bibentibus nanq; recenſet Helena de Vlyſſe.*

Odyſſ.δ. *Quid tulerit, quid patrarit uir ſtrenuus, atq;*
Conſtans, quiq; ipſum rebus ſe uicit iniquis.

Plin.lib.25. *Id enim erat, ni fallor, Nepenthes pharmacum, quod*

animum

animum serenat, dolorem discutit: oratio quæ attemperatur rebus subiectis, & obortis animorum affectionibus cõmodo tempore instituitur. Præterea urbani uiri est, si recondite nec trita uia philosophatur, probabilibus potius argumentis agere, quàm urgendo demonstrationibus asserere. Videre est quomodo Plato in Symposio de fine differens, deq; principe bono, ac denique de diuinis rebus commentans, demonstrationes contentiosè non acuit: nec ueluti pul uere sese armat, argumenti suscepti causam (quod aliâs solet) ita roboraturus, ut ineluctabilem reddat: Verùm fluxioribus remißioribusq; tum sumptionibus, tum exemplis, adde & fabulis auditores captat & insinuat. Deinde uerò & ipsas quæstiunculas tractabiliores esse oportet, problemata perspicua, interrogationes rei ueritati consonas, non argutulas: ne stupidiores paulò obsocent atque alienent. Quemadmodum enim symposia saltationibus choreisq; concitare usus recepit, uerùm surgentis, ad discum aut arma compellere, præterquàm quòd uoluptatis nihil adfert, incommodum etiam inuehit: sic faciles quæstiunculæ animos & scitè & cum fructu commouent. Quare de lana caprina rixantium, & scrupos nodosq; texentium (ut est apud Democritum) uerba longum ualere iubebimus: qui quid aliud, quàm & seipsos rebus argutis, nodosis, explicatuq;, difficilibus torquent, & præsentibus negotium facessunt? Nimirum par est, ut uinum, sic sermonem quoque, cui ad omnes instituitur, communem esse. Adeoq; illi ipsi qui istiusmodi proponunt problemata, nihil me hercle magis in commune consulere uidentur, quàm apud Aesopum grus atq; uulpes: quarum hæc affuso in latum saxum pingui pulmẽto è fresis leguminibus concinnato, gruem ludifica

Extat apud Aesopũ de ciconia & uulpe fabula.

dificata, ridendam eam propinauit, quòd præ liquiditate puls rostrum illius exile, haud difficulter falleret. Itaque uicißim grus accersitæ ad cœnam uulpi, in lagenula longi angustiq́; colli cibum apposuit, ita, ut ipsa nullo negotio escam demisso rostro captaret, uulpe interim haud æquas portiones auferente. Itaque fit, ut dum Philosophi inter pocula captiosis dialecticisq́; problematibus se immergentes, multos, qui assequi nequeunt, inuoluerint atque fatigarint: rursus isti in carmina quædam & fabularum nugamenta, sermonesq́ue illiteratos & proletarios sese soluerint, pereat conuiualis consortij finis, Liberoq́; patri fiat iniuria. Quocirca sicut uitio datur Aeschylo & Phrynicho, quòd Tragœdiam ad fabulas & calamitates detorserint, Quid ad Bacchum isthæc scilicet? ita mihi non semel inceßit eos alloqui, qui in symposia cornupetas syllogismos (κυρίσοντας uocant) producerent, Bone uir, quid ad Bacchum isthæc? Cantat fortasse quispiam Obliqua dicta carmina, proposito in medium cratere, distributisq́; coronis, quas Bacchus libertate nos donans imponit: attamen nec honestum est, nec conuiuij decoro respondet. Alioqui aiunt Obliqua carmina, non esse ex genere cantiuncularum obscurè conditarum, sed inde dicta, quòd post primam cantionem una uoce ab omnibus pariter deo accini solitam, ordine deinceps quilibet cantilenam subijceret, accepta myrtea corolla, quàm ἄσαρον (ut arbitror) propterea uocabant, quòd is, cui ea porrigebatur, cantaret, interea autem obambulabat in orbem lyra: qua, qui ludendi peritiam habebat arrepta, canebat ad numeros: quod quia Musices ignari non possent, Obliquum carmen dici cœpit, quoniam nec commune quicquam cum illo haberet, neque obuium quidquam

quam

quam. Sunt qui myrteam coronam in ordinem ire negent, ſed ſeorſum à lecto in lectum transferi, eumq; qui primus decinerat, alterius lecti primo cantori tranſmittere. Hunc rurſus tertij primo: deinde eodem pacto eum qui in primo lecto ſecundas uices obtinuerat, alterius lecti ſecundo permittere: ac proinde ab implexo uariatoq; circuitus (ut uidetur) ordine, Obliqui nomen cepiſſe.

Lyſius & Lydius.) Quod ad horum Bacchi cognominum explicationem attinet, non poſſum nō ex ueterum ſcriniis aliquid hoc loco depromere. Eandem, quam hic, rationem reddit Plutarc. libro ſeptimo ſimpoſ. cap. ultimo. Pauſanias ad fabulam refert: Bœoticis, prope theatrum, inquit, delubrum extat Bacchi, cognomento Lyſii, fertur enim Bacchus Thebanos, qui à Tracibus capti apud Haliartum abducebantur, exuiſſe uinculis, feciſſeq; illis poteſtatem ſopitos Thracas obtruncandi. Apud Cornutum ἐν τῷ περί ἑλληνικῆς θεολογίας ſcriptum inuenio, ἀλύσιον, ſed uitio, ut arbitror ſcriptoris adrepſit α, imò reclamat ipſius ratio quam ſubiungit, ſic enim habet, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἀλύσιον αὐτὸν καὶ λυαῖον ἐπωνόμασαν, λύοντα τὰς μερίμνας quòd curas ſoluat: quod ipſum genuinæ lectionis fidem facere poteſt: itaque λύσιον eo loco conſtanter legendum cenſeo. Lydius uerò eadem ratione dictus uidetur, teſtante hoc ex Pindari autoritate Plutarcho alicubi, λύδιος θεὸς ὃς λύεται τὸ τῶν δυσφόρων σχοινίον καὶ μερίμνων, κατὰ Πίνδαρον. Lydius deus Bacchus, qui moleſtiarum curarumq; funiculum ſoluit; niſi quis etiam à peculiari Lydorum mollicie notari Bacchum uelit. Sed de his ſatis ſuperq;. Plura uolente deo in noſtris τῶν στρωμάτων libris, in quibus Græca Epitheta fuſiſsimè enucleabimus.

Obliqua dicta carmina.) De ratione ſcoliorum (quæ ego obliqua, certa ratione, quàm in libro de diuinatione Cicero, flexiloqua, dicere malui) uariant ſcriptores, quòd ſi Tyrannionis grammatici liber Caii Cæſaris iuſſu conſcriptus de ſcolio carmine, extaret, aut Didymi Sympoſiaca (in quorum tertio libro diuerſas etymologias explicuiſſe ab Etymologici autore adnotatur) certius aliquid poſſet adduci. In eo

ſolo conueniunt omnes, σκολιὸν carmen eſſe conuiuale. Orus grammaticus etymon eius tradit, quòd ab ebriis, quibus ſenſuũ organa perturbata ſunt, & obliquè ſe quodam modo habent, cantari ſoleat. Sudas antiphraſticῶs pro facili & minimè ambagioſo, ut quod paucis conſtet uerſibus, interpretatur. Heſychius, quòd non à quibuſuis, ſed à doctis caneretur. Dicæarchus lib. de Muſicis rebus, triplex odarum genus ſuccini teſtatur, primum quod uno concentu omnes ſimul accinebant: alterum quod uiritim ſinguli per ordinem: tertium quod à peritiſsimo & ingenioſiſsimo quoque, ut res in ordine cadebat, cantabatur, ita ut ab eo ordine σκολιὸν diceretur. At Ariſtoxenus & Phyllis Muſici (ex quibus fortaſſe ſuam ſententiam hauſit Plutar. noſter) dicunt in nuptiis, diſpoſitis uariis circa menſam unam lectis accumbentes myrteis per uices ſertis redimitos, ſententias & amatorias cantilenas ſuccinere conſueuiſſe: circuitus autem ordo ob lectorum ſitum obliquo modo peragebatur. Porro à Cicerone etiam ſcolii rationem aliquam peti poſſe autumo, qui libro quarto Tuſculan. ni fallor, ex Catonis Originibus refert, Morem hunc epularum apud maiores fuiſſe, ut deinceps qui accubarent, ad tibiam canerent clarorum uirorum laudes atque uirtutes. Id ſiquidem in ſcoliis carminibus ferè obſeruatum uideo, ut aut encomia illuſtrium hominum, aut præclaras ſententias, aut mixtim utrunque continerẽt: nec pigebit aliquot exempla adſcribere, unde qualis qualis iniri eorum ratio poterit, ſi prius hoc ſolum dixero. Terpandro τῶν σκολιῶν μελῶν inuentionem à Pindaro adſcribi, ut lib. de Muſica Plutar. teſtatur. Scolion de Admeto Athenis decantatum ex Pauſaniæ lexico adnotat in Bœotia Euſtathius longè diligentiſsimus Homeri interpres, de cuius autore multa lis: eius tale eſt initium. Ἀδμήτου λόγον ὦ ἑταῖρε μαθὼν τοὺς ἀγαθοὺς φίλει, τῶν δειλῶν δ᾽ ἀπέχου, γνοὺς ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις: quod carmen & clari uiri hiſtoriã perſtringit, & ad fortitudinẽ parænetieum eſt: uidetur autẽ per fortes innuere generoſam maritiq; amantem Alceſtin: per timidos uerò, Admeti patrem, qui pro filio mortem oppetere tergiuerſatus fuerat. Eodem in commentario & tale ſcolii exordium Euſtath. commemorat, παῖ Τελαμῶνος Αἶαν αἰχμητά. λέγουσι σ᾽ ἐς Τροίαν ἄριστον ἐλθεῖν Ἀχαιῶν μετ᾽ Ἀχιλλέα: iſtud carmen ut in prædicanda Aiacis fortiſsimi uirtute uerſatur: ita ſequens, ſub gnome quadã, quòd amore ad præclara audenda facinora animentur homines, hiſtoriam

ſtoriam ſtrenui uiri tegit. ὦ παῖδες οἳ χαρίτων τε καὶ πατέρων ἐλάχετε ἐσθλῶν, μὴ φθονεῖτε ὥρας ἀγαθοῖσιν ὁμιλίαν, σὺν γὰρ ἀνδρίᾳ καὶ ὁ λυσιμελὴς ἔρως ἐπὶ χαλκιδέων θάλλει. (qanquã apud Plutarch. in ἐροτικῷ malè κάλλει legatur.) πόλεσιν. ſolebat autem hoc apud Eretrienſes cantari, uideturq́; indicare Cleomachum, qui in gratiam amaſii præſentis, in confertas hoſtium turmas inuectus, ordinibus eorum diſturbatis, uictoriã Chalcidenſibus peperit: quamuis alii Antonem quendã eadem uſum fortuna ſignificari uelint. Rhodius quoq; Timocreon in opulentiæ deteſtationem huiuſmodi ſcripſiſſe ſcolion à Suda commemoratur. ὤφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε ἐν γῇ μήτε ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι, ἀλλὰ ταρταρόν τε ναίειν κ' ἀχέροντα. διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά. Adeoq́; latè ea res patuit, ut Pericles plebiſcita & leges ſcoliorum in modum concinnata promulgaret, quale fuit illud eius, Μεγαρέας μήτ' ἀγορᾶς, μήτε θαλάττης μήτ' ἠπείρου μετέχειν. Atq; hæc de ſcolio carmine hactenus, cui. τὸ ὄρθιον μέλος opponi arbitror, cuius in Muſica meminit Plutar. dicens Terpandrum adinueniſſe τὸν τῆς ὀρθίου μελῳδίας τρόπον. & Herodotus κλειοῖ Ariona cytharœdum στάντα ἐπὶ τοῖς ἐδωλίοις, διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον narrat, & ad Iamblichum Iulianus dixit καὶ κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς, &c. Quin hîc iam ſuperſedeo, nã ſi reliqua perſequi uelim, uoluminis materiã naſci mihi uideo: nec hîc librum teximus, ſed ſcolii rationem oſtendimus. Reliqua ex Plutarcho petenda, ne actum agamus.

PROBLEMA SECVNDVM,

An conuiuator conuiuis aſsignare conſeſſum debeat, an ab iſtis ultro locus deligi.

TIMON *frater meus plures conuiuio exceperat: itaq; quo quiſq; uellet loco aßidere iußit atque accumbere, propterea quòd partim alienigenæ, partim ciues, partim etiam familiares & domeſtici, denique non unius omnes eſſent cõditionis, ſed miſcellaneus quidam cœtus,*

cœtus. Multis iam præsentibus peregrinus quispiam, uelut purpuratus è Comœdia, splendido cultu, frequentiq; famulitio stultè superbiens, ad fores usque Andronis (ita uocatur cœnatio uirorum) accessit: quumq; oberrasset oculis per discumbentium capita, ingredi noluit, imò euestigiò retracto pede discessit: accurrentibus qui reuocarent illum non paucis, ait dignum se locum nusquam uidere reliquũ. Itaq; discumbentes, multo cum risu acclamantes, ominatò dimitti illum iubebant: fuerant enim nõ pauci perculsi aliquãtulum. Absoluta tandem cœna, pater me remotius accumbentẽ his uerbis cõpellat. Ego, inquit, & Timon arbitrum te nostro in litigio cõstituimus: Dudum enim à me male audit hospitis ob causam. Nam si meo obtemperasset cõsilio in disponenda accubitus ratione, non incurrissemus probrum de confuso ordine apud uirum,

Iliad.B. *Frangere cornipedem, & scutatas flectere gnarum*
Imperio turmas. Fertur enim Paulus Aemilius dux Romanus, debellato Perseo in Macedonia, quum conuiuijs perstreperent omnia, admirabili in cunctis ordine apparatuq; reliquo usus, dixisse, Eiusdem esse uiri & aciẽ terribilissimam, & cõniuium lætissimum instruere: uirobiq; luculentum ordinẽ & congruũ spectari innuẽs. Solet quoq; Homerus spectatissimum quemq; & regno dignissimũ, populorum instructores appellare: & uos philosophi interdum dicitis, Deum Opt. Max. indigestum chaos & confusum, in hunc mundi ornatum, aptamq; rerum congeriem, pulchro ordine cõmutasse, ne detracta quidem re quapiã, aut addita: suo duntaxat loco, hoc est congruo, illum collocasse quælibet, atque ita ex informi rudiq; mole, pulcherrimam in rerum natura speciem effinxisse. Atque ardua quidem ista & grauia à uobis discimus. Adde quòd sumptuosa quantumuis

(Iliad.α. — margin note beside "lorum instructores appellare")

tumuis

tumuis conuiuia, nisi adsit ordo, carere uenustate, nec oblectare, uidemus & ipsi. Itaq; ridiculum est coquos structoresq; sollicitos esse, qui missus primo loco, qui secundo, qui itẽ medio, & qui postremo sint inferendi: imò hercle ab illis designari unguentis quoq; & coronis, ac psaltriæ, si fortè adsit, suum & locũ & ordinem: Quum tu interim cõuiuas ad ista accersitos, fortuito quem cuiq; sors dedit loco accubantes, exatias quidẽ, neq; tamẽ ætati neq; dignitati, aut eius generis similibus cõgruum reddis ordinẽ: quo seruato cõuiuij præsidi honos accedit: assuefit, qui missus apparat: exercetur, qui accubituris ordinẽ præscribit: ut quid deceat comprimis, discernãt, eoq́; discant collimare. Si ut quisq; dignitate excellit, ita digniore loco aut aßidet aut adstat: an in accubitu non eadem etiam seruabitur ratio? nec alij quàm qui primo loco sedet, hospes libenter propinat. Itaq; posthabito discrimine in accubitus ordine, iam tum ab initio conuiuium in unam Myconum confunditur. Ac talia quidem à patre non extra rationem dicta fuere. Tum frater: Non sum, inquit, Biante, qui inuitantibus duobus amicis cœnam recusauit sapientior, ut uelim inter tot domesticos amicos, tot alios quoque iudicem agere, non de opibus, sed de principe, consessu, dignitateq; sententiam dicturus: tanquam qui inuitarim non ut tractem humaniter, sed quò necessarijs meis sim molestus. Ridiculus (inquit) erat Menelaus, qui prouerbio quoque locum fecit, quòd non uocatus, consilijs dandis se ingesserit: certè longè magis irridendi sui facultatem dabit, qui pro conuiuatore iudicem se constituit & arbitrum, inter eos qui nec litigant, nec alterius arbitrio stant: declaraturus quis potior, quisue sit inferior: quum interim isti non ad iudiciarium forum descenderint, sed ad cœnam uenerint. Quid, quòd haud perinde

ὁδαιτρεύων

inde facile sit conuiuas, quos quibus præferas, interstinguere: quosdam enim ætas, alios necessitudo superiores facit. Scilicet oportebit non secus, quàm si argumentum mediteris comparatoriũ, Aristotelis locus, aut Thrasimachi Hyperballontas, in numerato habere te. nihil allaturum emolumenti, præterquam quòd è foro & theatris inanem sis gloriam in conuiuia apportaturus, & qui cætera uitia consuetudine superare contenderis, isthic pro fortunæ ratione sarcire uelis. Quantò (ut equidem existimo) præstiterit, reuulso ab animis omni fastu, quàm extersis à cœno pedibus, simpliciter & citra fucum dissimulationemq́; in conuiuio nobis inuicem coniungere? Nunc uerò ut simultatem ex ira aut molestijs natam ab inuitatis conamur amoliri, ita rursus ambitione succendimus, & sopitam flammam excitamus, dum hos deprimimus, illis animos facimus. Certè si accubitus rationem sequentur frequẽtiores propinationes, & ferculorum missus præterea & alloquia & salutationes, prorsus satrapicum fict ex amico conuiuium. Quòd si in cæteris æqualitas personis tribuenda seruandaq́; est quin potius inde auspicamur, assuefaciendo eos seposito supercilio, & ingenuè inuicem accumbere, iam inde ubi à limine introspexerint, quemadmodum apud Democritum in cœna nõ admodum dubia diues eodem in accubitus ordine cum plæbeijs hominibus accubat. His dictis cum iudicem flagitarent præsentes omnes: Ego uelut delectus sequester non iudex, media uia incessurum me dixi. Enimuero inquam, iuuenes, ciues, & familiares conuiuijs adhibiti, assuefaciẽdi sunt, uti dixit Timon, incuriosè citraq́; supercilium in classes, ut cuique locus sortitò obtigerit, sese distribuere: nimirum præclarum ad amicitiam compendium esse eam facilitatem interpretantes. Verum ubi inter aduenas, aut magistratus, aut

tus, aut

tus, aut magno natu homines res agitur, uereor ne primore ostio fastum excludere uideamur, per posticum intromittere, nullo planè discrimine: Qua in re & consuetudinis & legi dandum est nonnihil, nisi & propinationes salutationesq; sublatas uelis, quibus apud alios, ut quemq; sors dederit, non absque iudicio: sed ut congruum est maximè utemur, in honorando illos.

Accubitu, carne, & pateris quas uina coronant:
quemadmodum ille Græcorum Rex Agamemnon inquit: primo honoris gradu, accubitum ponens. Alcinoum quoq; laudamus, quòd apud se hospitem collocans,

Submouit natum generosum Laomedonta. Odys.n.
Proximus hic patrium tenero dilectus amore
Claudebat latus: Nam in adamati sedem collocasse supplicem hospitem, singulare candoris hummanitatisq; exemplum. Obseruatur & apud deos istud discrimen, nã Neptunus quamuis postremus in consessum fuerit profectus, consedit medio ille loco: quasi non alius illum decuerit locus. Sic proximam Ioui sedem Minerua semper singularem habet. hoc subindicat Poëta, ubi de Thetide ait,

Ipsa Ioui assedit patri, cedente Minerua.

Clarissimè at Pindarus, Quæ proxima igniuomo assidens fulmini. At dicit Timon, nõ debere alijs detrahi, quò uni sis obsequentior: detrahit autem qui quod proprium est, prostituit & prouulgat: proprium est autem quod unicuique pro dignitate competit: Deinde festinationi & studio primas tribuit, id quod uirtuti, cognationi, dignitati, & si qui sunt reliqui honorum gradus, debebatur: Idem dum uidetur sibi fugere quod inuitatis odiosum esse possit & molestum, id maximè aduersum se trahit & concitat: quomodo enim non molestus est, qui debito honore quemq;

quemq; defraudat? Mihi uerò non admodum graue uidetur hanc rem componere. Primùm enim non ita facilè ad unum conuiuium plures dignitate pares confluunt. Deinde quum plura sint loca ex ęstimationis splendore nobilitata, multus dispensationis delectus est, si ad stomachum facere poßit, ita'ue hunc locum quia primus, illum quia medius, alium quòd proximus, aut iuxta amicum familiarem'ue, aut doctorem, cuilibet tamen locum cui accedat autoritas cõcesseris: alijs uerò munuscula: nam beneuolentiã digniorem honori, stationem studio omisi. Quòd si par duos commendet autoritas, morosiq; sint homines & difficili ingenio, uide quam ego machinam induxero. Dignißimo loco componã patrẽ, si is adsit: sin minus, auum, aut socerum, aut patruum, unum'ue ex sodalitio, & qui eam induat honoris eminentiam, quæ excipienti cõuiuas propria debebatur: ex ijs quæ decenter præscribit Homerus sumpto hoc theoremate: ubi

Iliad. ψ. Menelaũ cum Antilocho de secundo brauio equestris certaminis dißidentem animaduertens Achilles, ueritusq; ne longius ira contentio'ue procederet, præmium certaminis alteri uult attribuere. Itaque uerbis quidem tenus Eumelum miseratur & honorat etiam, re tamen ipsa dißidij causam conuellit. Talia fere dicente me, Lamprias occultus sedens, more suo magnum intonans, percunctatur præsentes, facerent'ne sibi potestatem reprehendendi deliri iudicis: iubentibus cunctis eloqui, nec parcere: Quis tandem est, inquit, qui patienter ferret Philosophum natalium splendori, opibus, dignitatiq; uelut spectaculum quoddam in symposio distribuentem? aut Amphyctionici magistratus subsellia & ordines largientem? ut ne sic quidem inter pocula insolentium fastumq; euitare liceat. Nec enim tam loci cõditio in accubitu spectari, quàm uoluptatis iucunditatisq; ratio

ratio haberi debet. Neque unius hominis dignitatem spectabimus, sed mutuum huius cum illo animorum consensum conspirationemq;. Architectus qui domum ædificat, Atticum'ue Laticum'ue marmor non anteponit Barbarico: Pictor præstantiß imum colorem primo loco non addit: neque Isthmicam pinum, aut Creticam cupressum in fronte nauis collocare solet naupegus: sed ut quidq; mutua compage, connexuq; congruo coaptatum, uniuersum opus aut firmabit, aut decorabit, aut denique utiliter componet, ita ordine ea adaptant: uides ut deus, quem optimum nostri opificem nuncupat Pindarus, non ubique suprema in regione ignem collocat: imà, terram: Sed prout utilitas corporum postulat.

AEquoreæ hoc dictant oneroso tegmine Conchæ Emped.
Squallentes, & picta operit quam saxeus umbo,
Buccina: & accliui testudo crepidine tecta:

Nam terra hic statione leues superoccupat artus. ut ab Empedocle scriptum est: non quòd eum Natura dederit locum sed quòd fabricæ ratio noua in re talem exposcat. Proinde nullo non loco inordinata confusio, uitiosa est: præcipuè tamen apud homines, idq; potantes omnem suam effundit prauitatem atque exerit, in procacitate alijsq; malis innumerabilibus: quæ præuidisse, præcauisseq; industrij est hominis, qui ordinem aptumq; dispositionem seruare potis est. Itaque rectè dixisse illum testatus, quid, inquam, rei est quòd inuides, & grauatim accedis nostræ in classes distributioni, congruæq; commissuræ, de qua loquebar anteà? Nil equidem inuideo, inquit ille, tu tantum audias me trãsponentem postliminio, ac conuitij faciem innouare commutareq; conantem, tanquam Epaminondam instruendæ phalangis modum restituentem. Assensum fuit huc ab omni-

bus, id uti perficeret. Proinde *ille ſemotis pueris, unumquenque noſtrum intuitus, Fauete auribus, inquit, quo pacto mutuò uos ſim coniuncturus, audituri: lubet enim ita uos alloqui.* Accuſat *hercle* Homerum, *ut amorum rudem,*

Iliad. B. *Thebanus* Pammenes, *nec id (meo quidem iudicio) iniuria: quòd nationem nationi in acie iunxerit, tribum tribui commiſcuerit: quum oportuerit amantes binos ſimul collocaſſe, quo conſpirabunda tota phalanx animato quodam nexu colligata, uno quaſi ſpiritu feratur. Idem in noſtro ſympoſio factitare uelim ego, non diuitem diuiti, non adoleſcenti adoleſcentem, non ducem duci in conſeſſu copulãs, aut amicum amico: languet enim iſte ordo ac torpet, ſegniterq́; & ad ſeminandam, & ad propagandam beneuolentiam aſſurgit. Atq; adeo ubi quid deficit, quod ſociũ illi eſt & cognatum applicans, Philologi latus claudere diſcendi auidum iubeo: moroſo accubare manſuetum hominem: garrulo ſeni, audiendi patientem iuuenem: glorioſo & iactabundo, aſſentatorem: iracundo, taciturnum: & ſicubi diuitem munificum & liberalem conſpexero, apud hunc ex angulo quopiam productum egenum hominem, ſed frugi tamen, collocauero, quò uelut de pleno calice in uacuum aliquid defluat, atque dimanet. Quãquam ſophiſtam ſophiſtæ, poëtam poëtæ aßidere ueto, quoniam*

Heſiod. *Inuidet & cantor cantori, & egenus egeno:*

ἔϱγοις ἡμ. *Tametſi Soſicles iſte & Modeſtus hac parte carmen fulciunt, ad modum fauillæ ignis fomitem alentes: periclitantur tamen pulchrè. Præterea ſeiũgo immodicè obſtreperos criminabundoſ'ue, & contentioſos, quiq; animi ſunt cõcitatioris, inter hos mediũ inſerens placidi ingenij & modeſtum hominem, malagmatis inſtar, quòd illorũ aſperitatem contẽperet atque emolliat; Rurſus aliptas, uenatores, & agricolas*

las in unum cogo. (Duplex enim similitudinis est species, pugnax altera, cuiusmodi gallorum: altera mansueta, qualis monedularum:) Potores quoq; in unum contraho, & amãtes, nõ modo quos amoris morsus lancinat, (quòd inquit Sophocles) uerũetiam qui mulieris uirginis'ue amoribus punguntur. Nam qui eodem uruntur igne, arctius libentiusq; se mutuo complectuntur: ad instar ferri coagmentati conglutinatiq;, modò ne riuales eandem depereant.

PROBLEMA QVARTVM.

Qualem esse Deceat, quem symposiarchen & Regẽ conuiuij nuncupãt.

CRATON *gener meus, itẽ familiaris meus Theon quodã in symposio iactis iam ebrietatis fundamentis, mox tamen desitis, uerba facere de conuiuij regno, seu modiperatoris munere (symposiarchiam uocãt) iudicantes à me coronato morem, iam olim obmissum, negligi non prorsus debere, imò reuocandam potius restituendamq; in gradum, receptam in conuiuijs principatus administrationem gubernationemq;. Ita cæteris quoque uisum fuit: sic ut tumultuari omnes, hucq; adhortari amplius occeperint. Proinde, dixi ego, siquidem ita uobis uidetur omnibus, me ipse symposiarcham uestrum creo, iubeoq; cæteros quidem omnes pro libito in præsentia bibere: Cratonẽ uerò Theonem'que, qui decretum istud inuexere uelut legislatores, formulam quandam compendio tradere, cuiusmodi sit eligendus symposiarcha: quos imperandi fines statuere qui delectus est, poßit: quomodo conuiuas in symposio tractare*

 debeat:

debeat: libera ipsis potestate relicta sermonem instituendi. Quapropter illi paulisper deprecantes munus, tergiuersati fuêre: sed cum præsidi morem gerere, atque imperata facere ab omnibus iussi essent, prior incœpit dicere Craton: Debet, inquit, & is qui custodibus præest, custodiæ esse obseruantissimus (uti à Platone dictum est) & qui cōbibonibus, combibendi legis scientissimus. Talis conditionis is fuerit, qui nec facilè ebrietate capitur, nec bibendi ordinem illinenter capessit: uerum eo se modo comparat, quo Lacedæmonijs scribens Cyrus, præter cætera se regno maxime idoneum prædicauit propterea, quòd liberalem meri haustum ferret commodè. Nam ut temulenti, conuiciatores sunt & inepti, ita è diuerso modis omnibus sobrij, tetrici & instituendis pueris, quàm administrando uini regno aptiores. Idcirco Pericles quotiescunq; designatus exercitus dux paludamentum indueret, prius secum disserere solebat, uelut memoriæ suggerens: En tibi Pericles, liberis imperas, Græcis imperas, Atheniensibus imperas. Similiter symposiarcha noster apud se dicat, Amicis imperas, ut ne turgitudinem spurcitiem'ue admittat, neque rursus uoluptaten conuellat. Præterea qui bibentibus præest, debet & ad seria tractanda esse appositus, nec à ludicris abhorrere interim, sed utrinque ad temperamentum leniter deuergere uel potius instar uini moderati ad austerum nonnihil naturâ inclinare: nam uinum ad moderationis legem ingenia reuocat, placidiorem reddit hominem, asperitatemq; mitigat Quemadmodum Clearchi rigidum rusticanúmque ingenium, hilarius nitidiusq; in prælijs euadere, idq; occasion fortitudinis, dictabat Xenophon: ita cuius natura non pror sus amaricat, sed tamen seuerus est & grauis, is inter bibendū remisso rigore, lepidior existit & magis comis. Ad hæ

e

ea præditus esse facultate debet sympositarcha, ut cuiusque conuiuæ mores habeat exploratos, quomodo se uariè in uino gerant: in quod uitium proni ferantur: ut meracum ferant. Nam si aliud uinum alij aquæ permisceri gaudet (quod qui Regum sunt à poculis, cognitū habentes, plus minus'ue aquæ, huic quàm illi affundunt) non poterit non etiam esse homini, cū uino, pugnans & diuersa ratio, quæ symposiarchæ cognita esse debet, & cognita obseruari: quò ad harmonici cytharæ concentū explorantis exemplū, hunc potu intendat, illum relaxet: & cum quadam religione discordes naturas in symphoniæ concordiam atq; unionem reductas cōtemperet: Sic nō tam acetabulo cyatorum'ue numero æquabilitatem, quàm quadā opportuni temporis mēsura, & pro corporis robore, unicuiq; quod proprium est & accommodum distribuet. Quòd si arduum istud sit & operosum, illa saltem conuiuia, quæ secundum uaria naturarum discrimina & ætatum spectantur, omnino symposiarchæ tenenda sunt: uerbi gratia, quòd uelocius quàm iuuenes ebrietate tentātur senes: tumultuabundi, quam quieti: contrà cogitabūdi nec tamen mœsti, quàm hilares atq; alacres: & qui impudēter resiliunt, quàm lasciuientes tardius. Talia cui comperta fuerint, hic melius quàm imperitus istiusmodi rerum, gratiam & concordiam symposij condet, ac sartam tectam tuebitur. Iam uerò quis ignorat symposiarcham cunctis familiarem se & amicum præbere, nulli conuiuantium suspectum, grauē aut odiosum debere? nam etsi mandata imperat, uix tamen toleratur: si distribuit, alterutri parti studere creditur: imò quū adludit, uix excusabilis est. Talem ego tibi, inquit, ò Theon conuiuij præsidem, uelut è cera, sermone efformatum in manus trado. Atqui amplector, dixit ille, ita factum ad unguem: & conuiualem hominem: sed an eo nusquam abusurus, neq;

prouinciæ meæ dedecus sim allaturus, ignoro: dicam tamen quod mihi uidetur. Is *qui ritè moderabitur symposium, non patietur eò ferri, ut conuiuium uideatur modò uelut concio quæpiam democratica, modò ludus sophistarum fiat: mox etiam consessus alcatorius, denique in scænã abeat (si dijs placet) aut pulpitum.* Videmus *quosdam inter cœnandum cõcionanteis & litiganteis: quosdam declamare aut scripta sua recitare: alios uerò mimis & scænis actoribus operam dare.* Nam Alcibiades *&* Theodorus *Polytionis conuiuio usi sunt pro initiatorio loco: faces gestandi mysteriaq́; ostentandi studium imitatione exprimentes. Istorum tamen nullum omnium, mea quidem sentẽtia, sectabitur Conuiuij princeps: uerum ijs tantum sermonibus, spectaculis, ludisq́; dabit locum, qui ad proprium symposij finem proficiscũtur & exeunt: qui quidem constituetur, si inter præsentes aut amicitia incrementum accipiat, aut eius fundamenta iaciantur, idq́; per uoluptatis occasionem. Conuiuium enim uiuendi ratio est, quæ per uini usum in amicitiam desinit sub gratiæ lenocinio. Cæterum quia modis omnibus quod impermixtum est, fastidiũ adfert, molestiamq́; parit: rursus mixtio quibuscunque rebus non accedit commodo tempore, & cum certa moderatione, tollit præcipuam gratiam, ut & uoluptatem interpollet, & utilitati impedimentum creet:* Hinc *adeò manifestum fit, bibentibus mixtum quoddam fallendi temporis oblectamentum à præside exhiberi debere.* Enimuero *audio non paucos dicentes:* Vt *nauigationem propter littus, sic ambulationem iuxta mare, iucundißimã esse.* Haud *absimiliter cum serijs ludicra sunt ita committenda, ut quouis modo & ludentes re quapiam seria detineantur: & uice uersa qui seria tractant, more nauseantium, animum resumant, ad ludũ uelut ex propinquo spectantes.* Quid *enim*

prohibet

probibet multa etiam negotia utilia, risu: & res serias, hilaritate condiri?

Non secus & tribulos inter spinosam & Ononin,
Producit tellus mollia Leucoia.

Nam qui lusus impudenter in symposia insiliunt, citra rei seriæ admixtionem, hos admonebit diligenter conuiuis suspectos esse debere, ne imprudentes in insolentiam impingant: uelut qui Apollinaris herbæ succum in uino inscij hauriunt. Illi uerò insolenter abutuntur imperandi lege (mandata uocant) qui balbos canere iubent: caluos caput pectere: claudos alternatim pedibus saltare: Quemadmodum in Agapenore Academico accidit, cui quoniam crus erat exile & extenuatum, compotores insultantes, præceperunt omnes dextro innixos pede, erecto corpore poculum ebibere, aut mulctam impositam persoluere. Itaque quum ordo imperandi ad illum uenisset, iußit eo modo bibere omnes, quo uiderent ipsum præire. Proinde allato uase Samio inani, in illud immisso pede debili, poculum ebibit: quod cum frustrà tentarent alij, mulctam pependerunt. Laudandus igitur Agapenor: ac certæ promptæ usqueadeo, nec extortæ, pariter'que iucundæ uindictæ imitandæ sunt. Quocirca sunt assuefaciendi conuiuæ, ut ad uoluptatem honestatem'que ijs discant uti mandatis, quæ, quòd proprium cuiusque est studium, & quod præstare illi in manu est, quodque autorem suum commendare queat, præcipiant: uerbi gratiâ, cantores canere, rhetores orare, philosophos obscuri quippiam enodare, poëtas recitare uersus. Qua enim in re excellit quisque, eò libenter & promptè ducitur. Aßyriorum rex nouarum uoluptatum inuentoribus, per præconē præmia edixit: At symposij rex præmium honorificum & munus illi decernet, qui lusus genus hone-

stum & liberale induxerit, & oblectamentum honestum: præterea risum, nō uituperij aut insolentiæ comitem, sed potius gratiæ benignitatisq; asseclam. Qua in parte plerunque naufragium patiuntur conuiuia, dum recta moderatione disciplinaq; destituūtur. Prudentis uiri est, inimicitias & iras, quæ auaritiæ uitio cōtingunt, euitare in foro: in gymnasio & palæstra, eas quæ ex contentionis studio nascuntur: in magistratus functione, eiusdemq; ambitu, quas gloriæ appetentia parit: denique in cœna, & inter pocula, si qua simultas è lusu oriri potest, eam enixè declinare.

PROBLEMA QVINTVM.

Qua ratione dictum sit illud, Musicam docet Amor.

QVO *sensu dictum sit illud,* Musicā Amor *docebit, imperitus sis licet:* quærebatur *apud Sosiū, post recitatos aliquot Sapphûs uersus: quando & Cydopem uocalibus Camænis medicari suum amorem scribit* Philoxenus. *Itaque assertum fuit, quòd Amor confidentiam ad quiduis audendum subministret, & ad nouis rebus studendum animet. Quapropter &* Plato *quiduis eum moliri dixit: taciturnos facit loquaces, uerecundos confidentes: è socorde ac desidioso, gnauum reddit & impigrum, quodq; admireris potißimè, sordidus homo & præparcus morosusq; si in amorem incidat, uelut igne ferrum, emollitur, duritiemq; natiuam exuit, iam benignus, liberalis, suauis'que redditus: ita ut haud prorsum ridiculus ille iocus uideatur uulgaris, quòd porracea fronde nodatum sit amoris marsupium. Dictum & illud fuit, amorem*

Plato in Timæo.

ebrietati

ebrietati non esse absimilem: accendit enim & hilares efficit, gaudioq; delibutos: quo in statu dum sunt, ad cantillationes & uerba lege cadentia maximè efferũtur. Sic Aeschylũ, ubi mero incaluerat, Tragœdias scriptitasse proditum est. Auus quoque meus Lamprias, quoties potarat, facundiæ, inuentionisq; numeros omnes explebat: Item dictitare solebat, uapore se quodam, perinde ut in ture fit, à uini calore reddito, oppleri. Deinde qui suauissimo amasiarum obtutu fruuntur, laudant non minus libenter, quàm spectant: & quum ubiq; sit loquax Amor, nusquam is uerborũ profusior, quàm in laudando: nam prout sunt affecti ipsi, sic allatam alijs omnibus eandem opinionem uolunt, quòd pulchræ adeò & eximiæ formæ amore teneantur. Istud impulit Lydium Cambysen eò dementiæ, ut spectatorem formæ uxoriæ Gygen, futurum encomiasten in conclaue pertraheret. Putant enim alijs fidem rei nõ constare. Quocirca encomium amicæ scribentes, id exornant carminibus, numeris, modulatoq; cantu: non secus atque isti qui statuas aureis bracteis redimire solent, quò & plures exaudiant, & memoriæ insideant altius. Siue enim equum, siue gallum, seu aliud quippiã amasijs donent, pulchrũ esse munus, ornatũq; eximiè, atq; adeò suprà quã par est, affectant. Præcipuè uerò dum auribus illarum palpantur, & adulatoria uerba obfundunt, mollia ea proferri, ponderosa, laciniosaq; (cuiusmodi sunt poëtarum ferè) uolunt. His collaudatis subiecit Sossius, ne Chiromantã quidẽ (hoc est, captandi è manibus præsagij artificem) rectius astruere posse rationibus cõmotum, quàm quibus usus sit Theophrastus de Musica loquens: legisse etenim nuperrimè librũ aiebat: Dicit autem uir ille diuinus. Tria esse Musices initia, animi dolorẽ, uoluptatem, & Enthusiasmum, quorum unumquodq; deducit

Historia est apud Herodo. κλειοῖ.

atque immutat consuetam sonandi rationem, & uocem inflectit. Sane omnino in animi dolore luctus ploratusq; insunt, qui proni præcipitesq; ad cantum feruntur. Hinc est quòd oratores in epilogis & in eiulatibus scænicos actores pedetentim modulis inflectere uidemus, & intendere uocem. Deinde & uehemens animi lætitia, uel totum corpus, præsertim eorum qui ingenio sunt alacriores, concitat, prouocátque eò ut composito quodam uelut ad numeros motu exiliant, plaudantq;, quamuis saltare nequeant, furor & clamor lymphatorum sunt (ut cum Pindaro dicam) ac recta ceruice impetuosè tumultuantium. Verum modestiores in hoc affectu uocē solam promunt, siue cantare uelint, siue elata uoce profari, aut carmina modulata ædere. Præter cætera tamen Enthusiasmus potißimum immutat, atque emouet à pristino & composito statu tum corpus, tum uocem quoque. Quo fit ut rhythmis utantur Bacchæ, & afflatis numine diuinaculis facultas sit, carminibus æditis oracula reddere: Paucos insanos uidere est, qui citrà carmina & cantilenas nugentur. His ita se habentibus, si amorem clarè suis explicitum inuolucris inspicere uelis ac pernoscere, uix alium inuenias affectum, qui acerbioribus exagitetur doloribus: uehementiorem gaudendi materiam habeat: aut maiores animi emotiones deliriaq; incurrat, quā amor: sic ut planè quod Sophocles de ciuitate extulit, in amatoris animum competat, qui simul

Soph. Oediph. tyrāno.

Scatetq; odoris turei fragrantia,
Festoq; cantu personat, cum fletibus.

Itaque perabsurdum non est, neque mirum adeò, si omnes Musicæ fontes atque origines in se contineat & comprehendat amor, dolorem, delitias, & incitationem illam motumq; naturæ, quem Enthusiasmum uocant: Si quoq; inter

cætera

cætera ſedulus ſit & garrulus: deinde & ad carmina condenda, & numeros, ut ad nullum genus æquè, pronus feratur atque propenſus.

Muſicam amor docebit, &c. Equidem arbitror ſenarium hunc eſſe trimetrum, contra quàm ſentit Eraſmus meus: cumq; ex Euripide depromptum, apud quem ita extare certus propè ſum, Μουσικὴν δ' ἄρα

Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν:
Συνετόντι ποιεῖ κἂν ῥάθυμος ᾖ τὸ πρίν.

quemadmodum ex Plutarc. ἐρωτικῷ colligere eſt, ubi fuſius eandemquam hic de amore ſententiam effert: quanquã ibi loco πρὶν legatur πρᾶγμα. Quod attinet ad Philoxeni de Cyclope teſtimonium, res ita habet. Fertur Polyphemus (à circinato media in fronte oculo Cyclops dictus) ob bene habita pecora, lactisq; abundantiam, fœnum non procul ab Aetna Siciliæ monte Galathææ (id nymphæ nomen à lactis ubertate inditum.) conſecraſſe: Cuius rei cauſam ignorans Philoxenus Cytherius, eò loci delatus hoſpes, finxit Galathææ amore captum Cyclopem. Itaque eum induxit conſolantem ſeipſum in amaſiæ amoribus, mandantemq; Delphinis, ut ſibi nuntient, qua ratione Camœnes medicari amoris æſtum queat. Huc alluſit Callimachus inquiens, ὡς ἀγαθὸς πολύφαμος, ἀνεύρατο τὰν ἀοιδὰν, αἱ μοῦσαι τὸν ἔρωτα κατίχανον. atque hæc quidem fabuloſa hactenus, rei autem ueritas ita habet: Philoxenus opus ſcripſit de tibicina quam deperibat, & quam compreſſiſſe deprehenſus ad lapidicinas damnatus eſt, in quo ſe Vlyſſem appellat: Galatheam, adamatam tibicinam: Cyclopem uerò Tyrannum Dionyſium: quod opus cum ſcriberet, exiguum mullum auribus admouit, quaſi de Galathæa comperti aliquid habere uolens, ut lepido hoc commento, prægrandem mullum Dionyſio appoſitum, cui inhiabat, extorqueret: Hæc in gratiã ſtudioſæ iuuentutis (grãdibus enim σοφοῖς iſta non cudimus) ex Græcis commentariis in Theocritum, uetuſtis illis quidem, & Athenæo adnotaſſe libuit.

PROB

PROBLEMA SEXTVM.

De Alexandri Macedonis bibacitate.

SERMO nobis erat de Alexandro rege, quòd non tam multum bibisse, quàm temporis plurimum in extrahenda mutuis amicorum fabulis compotatione, consumpsisse uideretur. Hic ludere eos operam ex annalibus Regijs indicium fecit Philinus, in quibus frequentissimè, imò passim ita scriptum erat, hunc diem ob crapulam somno exegit Alexander: interdum uerò, alterum etiam diem. Hinc est quòd in Venerem segnior fuerit, quamuis & iracundus & præceps idem: quæ res innatum calorem portenduut. Quin & illi per cutim iucundus adeò expirasse odor narratur, ut odoratã aromatis in modũ fragrantia, indusium satiaret: quod ipsum caloris haud tenue est argumentum. Qua ratione fit, ut orbis terrarum aridissima quæq; & feruentissima loca, casiam & tus producãt: redolentia nanq; cõcoctione quadam humoris (uti à Theophrasto traditũ est) constituitur, ubi succi uitium per calorem excoctũ fuerit. Videtur enimuerò & Callisthenes calumniam incurrisse apud Alexandrum hoc nomine, quòd grauatim ferre liberaliorem in cœna uini usum uideretur: Nam & Alexandro cognominem cratera permagnum illum quidem ad se ordine profectum respuit, addens, nolle se Alexandri ebibendo poculum, Aesculapio indigere. Atque hactenus de Alexandri bibacitate. Itemq; Mithridatem illum qui cum Romanis bellum gessit, inter reliqua certaminum genera quæ proposuit, edacitati bibacitatiq; præmia

Hos conscriptos ab Eumene Cardiano & Didoto quodã, autor est lib. 10. Athæn.

Vide Curtiũ & Arria.

Præmium uictoriæ erat argenti talentũ teste Athenæo.

mia aßignasse, & utroque certamine uictorem extitisse, suæq; ætatis omnes bibendi gloria facile superasse perhibent: quæ causa fuit, cur & Bacchi cognomentum acceperit. Atque hæc una est istius cognominis ratio, quamuis falsò credita: uerior enim est ista, infanti iam tum illi, cunas fulmen exusserat, intacto illæsoq; corpore præter quoddam ignis uestigium in fronte, quam adustulati capilli obtexerant, relictum: atque hoc quidem infanti atiamnum obtigit. Rursus eidem post assumptam uiridem togam, in conclaue irruens fulmen dormienti pepercit quidem, pharetram tamen pensilem penetrauit, conflagratis igne sagittis: Quam ob causam uates plurimum sagittariorum manu, leuisq; armaturæ copijs præstiturum prædixerant. Quanquam non desunt qui Bacchi nomen à morbo syderatis, ac de cœlo tactis familiare datum illi existiment. His dictis sermo incidit de strenuis bibonibus, inter quos Heraclides pugil cõnumeratus est, quem Heraclem truncata uoce Alexãdrini uocitant, qui parentum nostrorũ memoria uixit. Iste quotiescunque combibonem desiderabat aßiduum, nunc hos ad ientaculum, nunc illos ad prandium, alios deinceps ad cœnam, postremò & ad pocænia aliquos accersebat. Abeuntes primos excipiebant alteri compotores: hos deinde tertij, quartiq;. At ille nullo dato interim quieti interstitio locoúe, unus omnibus sufficiebat, quartamq; compotationem continuabat, ferebatq; integer. Porrò inter Drusi, Tiberij Cæsaris filij familiares, qui cunctos bibendi gloriæ antecellebat medicus, quinas senasúe amaras amygdalas, uitandæ ebrietatis causa, identidem ante potum deuorabat. Idem quoties aut prohibitus aut interpellatus diligenti obseruatione non assumpsisset, ne minimo quidem tempore reluctabatur ebrietati. Itaque amygdalis amaris creditum fuit

Athenæus libro 2.

fuit uim inesse mordacem, carnisq; detersoriam, usque adeo ut & faciei maculas exterant: proindeque præsumptas, meatus cuticulareis amaritudine sua radere, mordicationemq; in his quandã relinquere, cuius ope destillantem uaporis instar à capite humorem deducant. Mihi autem amaror uim habere potius exiccatoriam, & quæ humores absumat, uisus est: hinc inter reliquos succos, amarus ingratissimus gustu habetur: uenulas etenim linguæ (ut Plato. *est apud Platonem) molles atque fungosas, præter naturam contendit siccitas, absumptis humoribus. Quin imò cohibent amaris pharmacis uulnera, atque adstringunt: id quod Poëta extulit,*

Hom.

Contritam manibus radicem admouit amaram
Vulneribus, qua continuò stetit atra cruoris
Illuuies, præsensq; tulit dolor inde leuamen.

Quod namque saporem habet amarum, ui pollere exiccandi, rectè tradidit. Præterea & mulierum diapasmata, quibus sudorem rapiunt, natura amaricant & adstringunt (ut apparet) acerbitatis, quæ in amaro consistit, uehemẽtia, His ita se habentibus, non immeritò amygdalarũ amaritudo ad infringendam meri uim conferre censebitur, intrinsecus exiccando corpus, nec sinendo uenas impleri, quibus distentis cõmotisq; ebrietas nasci putatur. Argumenti satis esse potest, id quod uulpibus accidit, quæ si amaras deuorarint amygdalas, nec superbiberint, emoriuntur, humoribus illis confertim & subitò depastis, atque deficientibus.

Plin. lib. 23. ca. 8. Dioſco. ca. de Amygdalis.

Videtur enimuero & Callisthenes.) Illud Callisth. dictũ Plut. li. περὶ ἀοργησίας, hoc est, de frenãda ira, paulo aliter refert: atq; omnino Athenæus Deipnosoph. li. 10. plenius id tradidit: Nec dubito quin, aut iniuria tẽporũ, quæ bonã partẽ illi cõmẽtario derasit: aut typographi incuria, cuius μυρίους etiã erro-

res in

res in Aldino deprehēderis, aliquot illic uoces desiderenẽr. Sed libet eius uerba adscribere, ut lectoris haud oscitabundi oculos aperiam, expensoq; iudicio, quid eo loco desit. mecum ille cōsideret. Καλλισθένης δὲ ὁ σοφιστὴς, ὡς Λύγκευς ὁ Σάμιος φησὶν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι, καὶ ἀριστόβολος καὶ χάρης ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἐπεὶ τῆς ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖτο, εἰπόντος τινὸς αὐτῷ, διὰ τί οὐ πίνεις; Δαρεῖος γάρ, &c. Dicā & Latinè ut possum. Callisthenes rhetor (quod in cōmētariis refert Lynceus Samius, Aristobolus quoq; & Chares in historiarũ libris, quum in cōuiuio Alexandri, poculum meraci uini ad eum uenisset, illeq; à se repelleret, interrogatus à quodã, cur non biberet? Hic deesse Callisthenis responsum quis est adeò tardus qui non animaduertat?

DECADIS SECVNDAE.

PROBLEMA SECVNDVM.

Cur edaciores sumus autumnali tempore.

ELEVSINE post peracta Cerealia, florente tum maximè mercatu, apud Glauciam oratorem discubueramus, & iam desierant cœnare plærique omnes, quando Xenocles eius frater more solito germanum meum Lampriam de insatiabili edacitate ut Bœotium incessere cœpit. Proinde ego illius nomine, ut par pari referrem. Epicuri uerbis Xenoclem mordens: Heus, inquam, bone uir, non omnes uoluptatem metiuntur & finiunt. eius quod molestum est carentiá: quin imò Lamprias qui Epicuri hortis præfert Peripatum: & Lyceum, cogitur necessariò

necessariò Aristotelis testimonium, re quoque ipsa comprobare. Ait enim ille unumquenque solito plus esitare autumni tempore: causamq; rei adiungit. quanquam ea me fugit. Hîc Glaucias, bene id quidem habet, inquit, sic nos ipsi ad inuestigandam causam accingemur, exacta cœna. Sublatis igitur mensis, Glaucias atque Xenocles, diuersa quisque ratione, in poma causam contulêre: illa quoniam aluum subducerent, atque ita uacuato corpore nouum semper appetitum parerent. Xenocles uerò, annotinos fructus magna ex parte habere quiddam palato gratum atq; morsicans, dixit: qua ratione uentriculus magis proritaretur ad edendum, quàm quouis etiam obsonio condimētoúe. Aegris namque cibum auersantibus oblatum pomum restaurat appetentiam. Deinde Lamprias suam dixit sententiam: Natiuus, inquit, & ingenitus noster calor, quo uiuimus naturæ munere, æstate dißipatur, imbecilliorq; redditur & rarior: at prono iam anno cogitur denuo, uiresq; resumit, intrò ab externo frigore compulsus, cutisq; densitate compressus. Tandem ego ne uiderer omnino asymbolus, ac ne non aliquid dicerem, Aestiuo, inquam, tempore siti magnopere affligimur, ac pluscuIum haurimus ob æstus intemperiem: proinde natura quærens (uti solet) mutationis subsidio in contrarium abire, famelicos plus solito reddit, alimentumq; siccum quò corporis confletur temperies, uice uersa refundit. Quamuis in causæ partem uenire omnino ciborum genera dixerit non abs re quispiam: quippe qui è nouis recentibusq; fructibus conflati, tum libatum legumina, panes, fruges, carnes quoque animalium horno pabulo uescentium, à uetustis annosisq; discrepant succi gratia, & ijs utentes uictitantesq; alliciunt magis, atque inuitant.

PROB

PROBLEMA SEXTVM.

Cur larix, pinus, & conſimiles his arbores inoculationem non admittunt.

SOCLARVS, *quo tempore nos in hortis ſuis quos Cephiſus amnis circũluit, conuiuio excepit, arbores omnifariã oculis (ſic enim uocant) depactis uariè ornatas nobis cõmonſtrauit.* Vidimus illic è lentiſco oleas pullulantes: punicas malos è myrto: fuêre & quercus, quæ eximias piros ferrent: & platani quæ mali ſurculos acceperant: & ficubus inſitæ mori propagines, pluresq; aliæ mixtiones & coitus plãtarum, iam ad producendorũ uſq; fructuum ſtatum profectarũ. Itaq; præter alios qui Soclaro adludentes, poeticis illum ſphyngibus ac Chimæris prodigioſiora mõſtra alumnosq; nutrire aiebant, Craton propoſuit ambiguum, quæ eſſet cauſa, cur plantæ oleaginæ, tales ſocietates miſcellas'ue ſolæ natura reſpuerent: nec enim coniferam pinum aut cupreſſum, aut piceam, laricem'ue, ullam alterius generis ſobolem educare, quod quidem uiſum ſit. Huic ſuccedens Philon, Eſt quoddam, inquit, apud doctos dicterium, ab agricolis confirmatum, quo dicitur: Oleum plantis eſſe infeſtum, citoq; interire arborem quam oleo inunxeris: quomodo & apes. Cæterum prænarratæ arbores, pingues ſunt, & molli præditæ natura, adeo ut & picem & reſinam lacryment: deinde quando diffiſſo libro hiant, uelut de proprio lare ſaniem contrahunt, earumq; tæda oleoſum exudat liquorem, ac nitet circunquaque pinguedo: Quocirca cum

alijs generibus misceri recusant, perinde ut ipsum quoque oleum. Finem dictis imposuerat Philon, quando ait Craton, existimare se, ad hanc rem facere nonnihil corticis naturam, qui tenuis & exuccus quum sit. stabilem non præbet sedem, neque uitalem alimoniam concorporationemq; insitis: tanquam qui nouellum corticem ac tenerũ cum partibus, quæ sub uero cortice germen excipiunt, coniungendum complectendumq; conglutinet. Hic Soclarus non malè sentire eum dixit, qui ita diceret, quoniam oporteat corticem alienam naturam concepturum, sequacis esse ingenij, ut in se rapiat atque conuertat propaginem, siue insitum calamum, ac in eius usum proprium succum & alimoniam commutet. Etenim sarrimus primò & subigimus solum atq; mollimus, ut proscissum sata mollitie illa sua alteret, gremioq; complectatur: eò quòd dura & aspera terra difficulter superatur, ingeniumq; exuit. Deinde quæ leui sunt ligno arbores, ad temperamentum non cocunt, neque ab insitis superantur, neque rursus illa mutant. Ad hæc, inquit: minimè obscurum est: respectu insitorum, debere soli naturam obtinere, id quod accipit ea: solum autem oportet esse fœcundum fœminæq; naturâ præditum. Hinc fit quòd fructuosas quasq; plantas selectas, effœtis adiungunt, quemadmodum fœminis nimio lacte distentis alias etiam proles adferunt. At enimuerò laricem, cupressum, & id genus arbores omnes parcas ac steriles, & à fructu uidemus inopes. Perinde ut obesi, & corporis mole suffarcinati, plerunq; infœcundi sunt, eò quòd dum alimonia omnis in corpus rapitur dißipaturq;, parum adeo uel nihil genitalis seminis illi coaceruant. Eodem pacto arbores istæ succo omni quem hauriunt absumpto, proceræ quidem euadunt, fructum tamen aut nullum proferunt, aut certè exiguum, tardeq; adolescentem: proinde non mirum

si aduen

ſi aduenam repudiant, quæ parum benè ſuo ipſorum fœtui nutriendo ſufficiunt.

PROBLEMA VII.

De Echeneide Piſce, nauigij curſum ſiſtente, quem remoram appellant.

CHAEREMONIANUS *Tralianus è piſciculis, qui omnis generis illati fuerant, unum digito commonſtrans nobis, acuminato capite & oblongo, ſimilem illi eſſe Echeneidem narrauit. Vidiſſe enim ſe in Siculi maris traiectu, admiratum'que fuiſſe eius uires, quippe quæ haud exiguam tarditatem & remoram curſui iniecerit, donec à proreta, parieti exteriori nauis adhærẽs depræhenſa fuiſſet. Itaque fuere qui in riſum ſoluti Chæremonianum, quòd figmento fabuloſo & neutiquam credibili accederet, fidemq;, arrogaret, deluderent. Nec defuere qui naturale quoddam rerum diſſidium (Antipatian nominant)* ἀντιπάθεια *magnificè creparent. Erat'que audire conſimilia permulta, quæ in rerum natura fierent, cuiuſmodi ſunt iſta: Furentem Elephantum ſopiri cicurariq; arietis conſpectu: uiperam ſiſti ſi palperis demulceas'ue fagino termite: Taurum furibundum manſuetum reddi & miteſcere, ſi ficui adligetur: Succinum leuia cuncta ciere atque attrahere, exceptis ocymo, & oleo imbutis: Magnetem ferrum non trahere, ſi alij ſucco tingatur. Iſta enim quamuis manifeſta experiẽtia conſtent, cauſam tamen habent cæcam & rimatu perdifficilem, ne dicã etiã fieri nullo poſſe pacto, ut quis perdiſcat. Ad iſta ego reſpondi, cludi potius hoc modo quæſtionẽ, quàm cauſam reddi: ueruntamen, inquam, uideamus, quomodo pleraq;*

euenta & symptomata similitudinem causarum præferunt credita scilicet, non rectè tamen, quum nihil sint minus quàm causæ. Veluti si quis credat uuas eò quòd florem uitex proferat, maturescere: propter dictum illud uulgare: Flos uitice exit, & botrus maturuit, uel ob concrescentes in lychno fungos, ambientem aërem nubibus obductum & in imbres solutum iri arbitretur: aut unguibus aduncis causam adscribat hulceris in uiscere latentis, ac non potiùs accidens eius esse putet. Quemadmodum igitur horum unumquodque dispositionis est comes, ex iisdem natum causis: ita, inquam, una est causa cur lento cursu nauis eat, & Echeneida simul adducat. Siquidem quandiu arida est, nec oppidò grauis præ humiditate nauis, cōsentaneum est carinam lubrico tractu propter leuitatem mare diuidere, fluctusq; facilè cedentes, quandiu pura ab illuuie fuerit, secare: Verum mox ubi plus satis immaduerit, aquamq; imbiberit, ac numerosas algæ musciq; adhærescentis appendices attraxerit, tum uis ligni atq; impetus retunditur, tum etiam unda marina in lentitiam illam incursans, haud perinde facilè dilabitur. Eaq; de causa nauis latera siue parietes deglabrare solēt, derasis & alga & musco à tabulatis, quibus adhærentē mordicus Echeneida propter lentorem, ueri non est dissimile, causam fuisse creditam, cur tardè nauis iret, ac non potiùs additamentum & consequens principis causæ, quæ tarditatem inuexit.

PROBLEMA VIII.

Qua de causa Lycospadas equos ferocire animosioréſque esse dicant.

EQui Lycospadæ erãt, quos à freni genere, quod λυκὸρ illi, nos lupatum uocamus, nomen habere dicerent, quasi quorum

Quorum eo pacto indomita natura, & ferocia fracta refrenataq; fuerit. At pater meus, ut est minimè in mercando tumultuarius, præproperúsue, usúsq; equis semper præstantibus, narrabat equinos pullos quos à lupis adortos fuga eripuerit, nobiles euadere & pernices, appellariq; Lycospadas, quasi lupis exemptos. Quũ multi dictis eius fidẽ facerẽt atq; attestarentur, de causæ origine nata fuit dubitatio: cur iste euentus animosiores uelocioresq; redderet. Itaq; maior pars eorum qui aderãt, huc causam referebant, metum hoc modo incuti equis, non autem animum addi: Quò fieri, ut ad minimum crepitum expauefacti, leuiq; de causa attoniti, cõcitatiori motu uelocioriq; rapiantur, exemplo ferarum, quæ semel caßibus fuere obseptæ. Ego uerò dixi uidendum esse, num contrà se res habeat, quàm prima fronte uideatur, ut tũ uelociores euadant equi, ubi à feris appetiti periculum effugerint. Nam ni forent naturâ animosi, impigri, & ueloces, nunquam euasuros fuisse. Neq; enim Vlyssem ideo prudentem fuisse, quòd è Cyclopis manibus dilapsus fuerit: sed quia erat prudens, idcirco subterfugisse.

PROBLEMA DECIMVM.

Laudabilius ne fecerint maiores certis portionibus, an recentiores communibus dapibus uictitantes.

QVVM domi Cõsulatus munere fungerer, in plerisq; cœnis dispartiebantur portiones, distributa cuilibet è uictimis sua parte. Idipsum placuit nonnullis mirifice: Alij ceu inciuile atq; illiberale factum damnantes,

 censeb

censebant in consuetam uiuendi normã post repositas Coronas, concinnari uelut postliminio mensas debere: Nec enim, dixit Agias, edendi bibendi'ue gratia, sed combibendi comedendiq; causa mutuo nos inuitamus. At ista carnium in portiunculas diuisio, cõmunionem tollit euertitq;, ac multas cœnulas, multos etiã cœnantes facit, neminẽ tamen alteri concœnantem: quando non secus acè laniena ad æquilibriũ appensa carnis portio cuilibet apponitur. Atqui quid interest quæso, siue calice conuiuarũ cuilibet apposito, cõgio uini pleno, & mẽsa propria (quo modo Demophontidæ Orestem ad bibendũ compulisse narrãtur) ita ut cũ alijs negotij nihil habeat quisquã: an quod nũc fit, carne apposita & pane, uelut proprio è præsepi, uictitare quẽlibet facias? excepto, quòd nõ par incumbat nobis silentij necessitas, quemadmodum apud illos Orestẽ tractantes. Attamẽ & istud fortasse simul uictitantes ad cõmunitatẽ rerum omniũ prouocarit, quòd & cõmuni inter nos sermone utamur: quòd fidicinã cantu oblectantẽ, atq; tibicinã pariter audiamus: quodq; calix iste certis haud circũscriptus cancellis, in medio propositus sit, ubertimus mutuæ beneuolẽtiæ fons, qui uoluptatis finẽ modumq; statuit, appetentiã: aliter quàm aut panis aut carnis partiẽdorũ ratio, quæ quãuis sit iniquissima, æqualitate tamen mẽsuræ apud inæquales coloratur. Quippe unum idemq;, & ei cui minor portio sufficit, plus: & cui maiori opus est, minutius esse potest. Proinde quemadmodum, qui pluribus ægris æquale pharmacũ iusta absolutaq; mẽsura ac pondere dispẽsat, prorsum ridiculus est: ita quoq; talis cõuiuator, qui homines non eodẽ modo sitientes esurientes'ue omnes ad eandem conditionẽ redactos, pari portione curat, moderationis & æqui rationem Arithmetica, nõ Geometrica lege æstimans. Quin igitur ad cauponam rectà proficiscimur, unà usuri

omnes

omnes mēſura publica? At enim ſuum quiſq; ad cœnā adfert uentrē quin nō una mēſura,ſed eius quod ſatis eſſe poteſt modo expletur. Proinde Homericæ illæ δαῖτες (quas partitorias cœnas dicere poſſumus) nō ſunt huc transferēdæ è militaribus caſtrenſibusq; cœnis:imò ueterū potius humanitatē imitari nos decet,nō cōtubernales tantùm & eodē ſub tecto dægentes , ſed & cōmenſales cocpulonesq; magnificiendo, eò quòd cōmunitas quæuis magnopere colēda ſit.Itaq; Homeri cœnas ualere iubeamus , famelicæ enim ſunt & ſiticuloſæ, & cōuiuatores habent Reges Italicis cauponibus moleſtiores, adeò ut in ipſa pugna quando ad manus cū hoſtibus uentum eſt,diligenter repetant, quantū hauſerit quiſque apud ſe cœnantium.Quanto rectius Pindarica conuiuia,ubi heros ad uenerandam menſam admiſcet ſe cæteris, cōmunibusq; ferculis ex æquo utūtur omnes? Iſtud nanq; reuera fuerit cōmixtio quædā & unio uerè amicorū : illud uerò ſeparatio diſtractioq; hominū opinione tenus amiciſsimorum,ita tamen ut eiuſdē nequeant obſonij eſſe participes.Hîc tum in Agiam bene ſibi placentē,ut illi os obſtrueretur, inuecti ſumus:Atq; noſtrū unus,nouo cū & inuſitato morbi genere laborare dixit,qui uſqueadeò uētricoſus,grauiter ferret æqualem cæteris portionē capere:eſſe etenim è lurconum helluonum'ue numero unū:uulgari nanq; piſci nō inſunt ſpinæ, ait Democritus. Quinimò, inquit,hinc potiſsimè natū eſt, quòd pro fatali neceſsitate,τὴν μοῖραν ob rerū partitionē,receperimus.Ad æqualitatem nanq;ſpectabat,urbes urbibus,ſocijs ſocios (ut apud Euripidem uetula loquitur) colligare.Atqui nihil adeò omnium , ita naturæ legis'que uinculo ſtabilitum eſt , atque menſæ communio , uſumq; habet haud nouum, aut ex opinionibus hominum inductum , ſed neceſſarium. Accedit, quòd qui è cōmunibus ferculis, plus uorat cæteris,

iniurius est, præuertendo, atque à tergo relinquendo alios, non secus quam fit, plena uelificatione celerante triremi. Nã anxiè inspectare epulas, inuolare, manibus certare, cubitóue occupare, sunt ista haud quaquam amica aut symposij legi consona conuiuiorum proœmia: quin potius turpia & canina sunt, ac plerunque in conuitia, simultates, stomachationesq́; tam inter se mutuas, quàm cum structoribus & cõuiuatore desinunt. Quòd uerò non pridem, sed à multo iam tempore stata partitio sortitioq́; æqualitatis in cœna, communionisq́; in symposio imperium habuerit, inspexisse, nec indecorum fuerit, nec illiberale. Nam & cœnas à dispartiẽdo δαῖτας *nominarunt ueteres, & conuiuatores* δαιτυμόνας, *structores quoque* δαιτρὺς, *ex diuidendi distribuendiq́; officio. Adde quòd Lacedæmonij* κρεωδαῖτας, *hoc est, carnium diuisores, nõ proletarios quosuis, sed primarios homines habuêre, adeò ut & Lysander ab Agesilao Rege in Asia fuerit diuidendis carnibus præfectus. Tum demũ enim partiendarum carnium cõsuetudo exoleuit, ubi in cœnas magnificentia & luxus introduci cœpêre. Equidem existimo bellaria, melita lacticinia (*κανδύλυς *uocant) condimenta, quas* καρυκείας *nũcupant, aliosq́; omnis generis minutaliũ obsoniorumq́; missus diuidere, graue fuisse uisum. Itaq; ea capti uoluptate, eo gulæ studio delibuti, æqualis partitionis usum neglexêre. Argumento est quòd sacra, & publica cõuiuia partitione huiusmodi etiamnũ constant, ob merã in uictus ratione simplicitatem puritatemq́;: quapropter cui distribuẽdi munus incumbit, una eademq́; operâ, frugalitatem obseruat: quoniam ubi priuatum est aliquid, ibi cõmunis interijt ratio, quippe ubi absit æqualitas. Nec enim priuata & domestica poßidere, sed defraudare & detruncare aliena, ac insatiabile illud res communes occupandi studium, ista*

sunt

ſunt iniquitatis diſcordiæq; ſeminarium. Sic leges, quia auaritiæ ſtudium finitione ac mẽſura certa proprij, refrenant, nomen à ui ac poteſtate æqualiter diſtribuendi quod commune eſt. traxêre. Quid, quòd ne coronam quidem cõuiuatori fas fuit diſpartiri, nec thoros, conſeſſus'ue priuatim uni: imò etſi amaſiam quis aut fidicinam adduxerit, etiam has cõmunes eſſe amicorum placuit, ut in uſum publicum cedant omnia, quod Anaxagoræ uiſum eſt. Quòd ſi iſtorum aſſertio uindicatioq; cõmunionem nihil labefactat aut conturbat, ea ipſa de cauſa, quoniã maxima & excellentiſsima quæque, cõmunia ſunt, uerbi gratia: Sermo, propinatio, & benignitas: deſinamus portionum diſtribuendarum rationem paruipendere, atque contemnere Animæ filiam Sortẽ (ut eſt apud Euripidem) quæ non opibus, non dignitati primas tribuit, ſed ita ut ſors tulerit, nunc huic, nunc illi cõfert: pauperibus & deiectis animos addit, nec libertatis cuiuſdam fœlicitate orbatos deſtituit, rurſus opulentos ac præpotentes, æqualitatem ut haud grauatim ferant aſſuefactos, placidè ad moderationem reuocat. Νόμος ἀ νέμειν.

PLVTARCHI CONVIVALIVM PROBLEMATVM TERTIAE DECADIS PROOEMIVM.

SIMMONIDES *poëta, Soßie Senecion, conſpicatus in quodam ſympoſio hoſpitem ſilentio aßidentem, qui cum nullo omnium uerba faceret: Quiſquis es, inquit, ſiquidem fatuus es, ſapienter agis: ſin autem ſapis, ſtultum te declaras. Præclara res eſt ſtultitiam*

(ut ab Heraclito *dictum est) cælare: operosum id tamen in animorum remißionibus, & inter pocula.*

Odyss. ξ. *Vt sis cordatus, uinum modulamina cantus*
Expedit, & molles risus, agitatq; choreas:
Sæpe etiam infandas suasit profundere uoces.

Quo loco Poëta *meo quidem iudicio, discrimen uoluit inter ebrietatem & uini pocillationem* (οἴνωσιν *illi uocant) ostendere:* Nam *qui moderatè uino utitur, huic subit cantillare, ridere, saltitare denique.* Contrà *impudenter garrire, illiberaliter obtueri, aut obticescere, sunt ista quidem temulentiæ ebrietatisq; munia.* Hinc *est quòd censet* Plato *in uino ceu speculo multorum ingenia peruideri: neque* Homerum, *quando dicit,*

Nec in mensis alienam inquirere mentem,

latuisse uidetur, quàm sit loquax & disertum uinum: quàm fœcunda & restibilis multorum uerborum seges: Nam *qui silentio comedunt aut bibunt, hos pernoscere quomodo queas?* At *quia potatio loquacitatem conciliat: rursus uerbositas illa futilis, multaque latebant alioqui, reuelat, & in apertum profert, fit ut inter compotandum alter alterius indolem ingeniumq; ediscat: ita ut non abs re* Aesopo *quis illud poßit impingere,* Quid *obsecro uir eximiè, eos cancellos, eas fenestras requiris, per quas alter alterius animum intueamur? uinum abunde nostra pectora recludit, atque ostendit, quiescere non permittens: sed personam frontisq; tectorium detrahens nobis, ut longißimè à lege, ceu à pædagogi latere, recedentibus.* Proinde Aesopo, Platoni, *& quicunque indolem & mores cuiuspiam explorare satagit, non potest non esse usui ad eam rem uinum.* Cæterum *qui non laborant alienos mores inquirere, nec eos quomodocunque deprehendere:* Sed *uti frui amicè & perfamiliariter,*

familiariter, isti dum conueniunt, ea proferunt problemata, eos sermones, quibus & fortunæ iniuria, atque malignitas obducitur: & ingenij præstantia, alacritasq; reuiuiscit ac respirat, uelut in propria prata & pascua, philologiæ ductu, secedens. Itaq; & nos hãc tibi tertiam conuiualiũ quæstionum decada elaborauimus, quæ primam de coronis disputationem continet.

PROBLEMA PRIMVM.

An floreis coronis inter pocula uti deceat.

INCIDIT quodam tempore de Coronis sermo, idq; Athenis in conuiuio apud Eratonem Harmonicũ, qui Musis sacrum facturus plures ad cœnam euocauerat. Etenim quum à cœna omnis generis corollæ circunferrentur, cœpit nos Ammonius incessere dicterijs, quòd uice laureæ coronæ, rosarijs sertis tempora obligassemus: quòd sutiles in uniuersum coronæ pupas decerent, & ludentium uirginum fœminarumq; gregi conuenirent potius, quàm Philosophorum Musisq; initiatorũ hominum cœtui. Miror equidẽ, inquit, quid Eratoni isti acciderit, qui dudum fastidire atque auersari in carminibus pigmenta solet, atque adeo eximium Agathonem damnare, qui primus picturatum siue Chromaticum Musices genus in tragœdiã induxisse, immiscuisseq; dicitur, quo tempore apud Mysos docebat: Interim tamen ipse multiplici adeò colorũ florumq; uarietate, quemadmodum uidetis, conuiuium impleuit, ut uoluptatem delitiasq; aurium excluserit prorsus, dum animum pascere alia uia, mutatis ostijs, per oculos atque

atque nares conatur: & coronæ usum non ad pietatem, sed ad uoluptatis studium transfert. Alioqui unguentum istud fragrantiam reddit meliorem magisq; salutarem, quàm florea ista, quæ in manibus coronariarum mulierecularum serta compingentium exolescere solet, corolla. Denique in philosophorum conuiuio locus non est uoluptatum blãditijs si nullam habeant coniunctam utilitatem, neque ex appetitione naturali ortum ducant. Sed quemadmodum qui umbræ adducuntur ab amicis ad cœnam inuitatis, pro humanitatis lege, eodem censentur loco & honore, ueluti Aristodemus à Socrate ad Agathonis conuiuatoris cœnam introductus: at si quis sua sponte congrediatur, huic fores occludi par est. Sic quæ in esu potúque consistunt uoluptates, à natura accersitæ, appetitum consequentes, locum habent: cæteras ultroneas, nulla habita ratione quantum uoluptatis adferre poßint, repudiare oportet. His uerbis commoti adolescentes, quibus Ammonij ingenium erat incompertum, furtim coronas deduxerunt. Verum ego exercitationis & quæstionis mouendæ gratiâ, hanc in medium ab Ammonio fuisse obiectam sermonis materiam perspectum habens, Medicum Tryphonem compello: Cedo bone uir, inquam, quid tibi animi est? deponere'ne unà nobiscum tam elegantem & sertis rosarum floribus flammicantem coronam: an explicare (quod aliàs apud nos soles) quantum florea serta adiumenti ad bibendum adferant? Hîc excipiens me Eraton: Sic planè, inquit, apud me statui, nullam uoluptatem impunè prehendi, uerum blanditijs nos delibutos molestare aliquatenus: ac nisi isto præmio reponeretur beneficium, an unguentum nobis, & quidem meritò, suspectum foret? an purpura ob ascititiam æstimationem, ceu fallax (ut barbarus ille dicebat) indumentum

Plinius li. 21. cap. 2. Coronæ, deorum honos erat.

mentum, & dolosus color formidaretur? Cæterum colores naturæ sponte enati, atque odores, an, nõ simplex quiddam minimeq; fucatum obtinent? imò inter hos & fructus annotinos nihil interest. Quid, an non extremæ dementiæ foret, succos quos fundunt plantæ colligere atque excipere, naturæ beneficio datos: odoramenta uerò colorumque delitias suo tempore prodeuntes despicari, & nihili ducere, ea solùm de causa, quòd gratia quædam & uoluptuosa amœnitas in ijs reniteat, nisi etiam aliud commodum seorsum aduehant? Vnum hoc reclamare uidetur, si nihil temere (quod uos philosophi dicere soletis) natura parens produxit, quomodo ista uoluptatis gratiâ creata sint, quæ nullo alio insigni emolumento prædita, ad oblectandum duntaxat exhilarandúmque sunt comparata? Considera ut germinibus stirpibusq; folia erumpant, ad conseruandum fructum, simulq; uti eorum beneficio, arbores fotæ, aurula'ue recreatæ moderatius aëris intemperies mutationesq; perferant. At florem nulla alia manet utilitas, quàm ut usu suo nobis partim narium oblectamentum affundat, mirificos odores expirando: partim inimitabili colorum tinctuumq; ornatum naturæ uarietatem ostentando, iucundum oculis spectaculum ministret. Hinc est quòd stirpes mœrent quodammodo & mordentur, auulso frondium honore: oriturq; in ijs noxia quædam ulceratio, & fœda comprimis nuditas. Neque uerò, ut uidetur, solius (id quod ab Empedocle dictum)

Haud par est frondes prorsus defringere Lauri,

Sed & reliquo arborum generi parcendum, ne illarum spolijs ut & præter naturã direptis, comandi nos ipsos studium caperet. Imò florum decerptus uindemiam similitudine sequitur, obestq; ne tantillum quidem, quippe quos nisi

decerp

decerpſeris maturitatis tempore, mox marcidi defluxuri fuerint. Itaque qui è folijs, quàm è certis floribus coronamenta malunt contexere, barbaros imitari mihi uidentur, quibus loco pãni, pecudum tergora in amictum uertuntur: adeò parum ritè ſtirpibus iſtos uti apparet. Equidem harum rerum cenſurã ad coronamentorum inſtitrices refero: nec enim Grammaticus ſum, ut recitare queam poëmata, in quibus legimus ueteres illos ſacrorum certaminũ uictores, floreis redimitos tempora ſertis. Illud ſaltem, quòd Muſis conſecrata ſit roſarum corona, uideor mihi meminiſſe, dicẽte Sappho in fœminam quandam imperitam & à Muſis, hoc eſt, liberalibus artibus abhorrentem,

Iacebis inhonora, ubi fato conceſſeris,
Nec eris conſors Pierijs ſarti roſis uinculi.

Sed audiamus ecquid è re medica teſtimonij allaturus ſit Tryphon. Tum ille ſermonis uicem excipiens, nihil iſtorum omnium dicebat latuiſſe priſcos homines, ut quibus potior medicinæ pars à plantis petebatur. Quin extant etiamnum, inquit, eius rei certa documenta. Tyrij Cadmo Agenoridæ, Magnetes Chironi, quod hi duo medicinam primi factitaſſe credantur, primitias offerunt, radicibus enim herbarum ægros medicabantur. Quid, quòd Liber pater nõ ob repertum modò præſentiſsimum pariter & gratiſsimum pharmacum (uinum ſcilicet) creditus fuit frugi medicus: uerum etiam quòd honorem Hæderæ tribuerit, aduerſis planè uiribus uino repugnanti: docueritq; Bacchantes Hæderacea corona uelari, uelut noxæ minus è uino ita ſenſuros, extincto abolitoq; ex Hæderæ frigiditate, ebrietatis feruore. Adde quòd ueterum in hiſce rebus curioſam plus ſatis diligentiam, produnt nomenclaturæ quædam. Sic Nuci, καρύας nomen crearunt, quòd ſpiritu graui & capiti nociuo, quem exhalat,

exhalat, soporem ea sub arbore recubantibus conciliet. Sic Narcissum, quia neruos obtundit & cum grauitate torporem inducit, appellauere. Quam ob causam Sophocles uetustũ magnarum, hoc est, terrestrium dearum coronamentum uocauit. Rutam quoque peganum apud illos à facultate nomen accepisse tradunt, siccitate enim quam ui caloris poßidet, genitale semen cogit atq; coangulat, penitusq; uterum gerẽtibus inimica est. Cæterum qui Amethystum, tam herbam, quàm cognominem illi gemmam sic dictam arbitrantur, quòd aduersus temulentiam præsidio sit, longè hallucinantur: utrique enim à colore nomen inditum: certè herbæ folium emaculatum est illud quidem, sed tamen uiolæ & diluto aquæ admixtione uino adsimile. Plura eius generis inuenire est, quibus nomenclaturam uires peperere-runt, sed tamen ista possunt abundè Maiorum diligentiam, multarumq; rerum usum, quo ebrijs consulebant, docere. Porrò merum ubi caput prehenderit, & cum sensuũ fontibus corpus quoq; obrigescere fecerit, maiorem in modum hominem conturbat & exagitat. Itaque florum odoris defluxus mirum quàm præsentem opem adferat, arcemq; capitis contra ebrietatis impreßionem obmuniat. Nam si calidi sunt, molliter relaxant poros & recludunt, uinoq; perspirandi locum tribuunt, si uerò moderatè frigidi, leni contactu repellunt atque inhibent exhalationes, quemadmodum facit è uiolis ac rosis contexta corolla, uterq; enim flos adstringit & capitis grauedinem odoris ui defendit. Enimuero Cypri flos, crocus, & baccharis placido somno potos consopient: habent nanque blandum & mite odoris defluuium, quodq; natas in ebriorũ corporibus asperitates inæqualitatesq; sensim diffundit & discutit, sic ut oborta iam tranquillitate hebescat & concoquatur crapula. Quorundam

Soph. œdipo. Colonæo.

Vide Plini. li. 37. cap. 9.

Fortè ἀτονώσῃ .i. resoluerit.

Quidam arbitrãtur esse ligustrum, sed cõiectura ducti.

rundam etiam florum odore sursum ad cerebrum reiecto, tum sensuum spiracula defaecantur: tum humores quoque citra omnem uim concußionemq; diuiduntur à calore clementer & attenuantur. Adhaec cerebrum, quod natura frigidum est, sic intepescit atque fouetur. Quapropter sutiles è floribus corollas de collo praecipuè appendebant, hypothymidas, quasi pectoralia amuleta, nuncupatas, quarum pigmentis etiam pectus oblinere consueuerant, uti testatur Alcaeus, iubens multa indigna perpesso capiti canoq; pectori, unguentum affundi. Atque adeo hoc è loco odoramenta narium foraminibus abrepta, calore suo cerebrum impetunt atque feriunt. Non enim collares coronae, hypothymides ea de causa dictae fuerũt, quòd existimaretur animus corde uelut castro insidere: alioqui enim epithymides rectius & obuio magis uocabulo, ut ego censeo, appellari poterant, ob exhalationem euaporationemq;. Porrò non est quòd admiratione capiamur, si tantam habeat uim Coronarum expiratio, siquidem memoriae proditum est, taxi umbram sub ea sopitis esse laetalem, quando turget maximè quo tempore flos erumpit. Quin & è papauere effluit spiritus, à quo nisi caueant sibi qui lachrymam colligunt, protinus concidunt. Quid, quòd Alyssum herbam qui uel manum tantum contrectant, à singultu liberantur, quamuis alijs solus intuitus id praestat: Eadem armentis & gregibus utilis creditur, si conseratur circum illorum cubilia. Rosa utique etiam inde nomẽ accepit, quòd copiosum odoris defluuium expuat, quae causa est cur & ocyßimè marcescat: & ut refrigerãdi uim obtineat, aspectu tamẽ rutilat ignẽq; imitatur: nec caret id ratione: nam tenuis & superficiarius in ea calor uelut innatat ac renidet, à natiua rosae frigiditate expulsus.

Plin.lib.16. cap.11. Dioscor.lib.3. cap.87.

PROB-

PROBLEMA SECVNDVM.

De Hedera, Sit'ne calidæ, an naturæ frigidæ.

COLLAVDANTIBVS *nobis* Tryphonem, *renidens* Hammonius, *Parum, inquit, liberale fuerit uarium usq; adeò & floridum, corollæ in modum, sermonem dictis conuellere, attamen haud scio quàm rite sit inserta hedera, eo nomine, quòd meri uim sua frigiditate restinguere sit dicta: siquidem ignea facultate ac feruida dotata est: eiusq; fructus uino admixtus inebriat: corpusq; ignea sua ui ferit.* Palmitem quoque, *more lignorum quæ ab igni inflectuntur, crispari torqueriq; prædicant.* Præterea nix, *quæ sæpenumero plusculis diebus alijs insidens plantis perdurat, hederam citißimà fugà destituit: quin prorsus euestigio propter natiuum illius calorem, liquitur tabescitq;.* De-*inceps, quod à* Theophrasto *literis proditum est, non in postremis ducendum.* Negotium Harpalo dederat Alexander, Græcas *ut arbores in* Babylonicis *hortis depangeret: potissiméq; frondosas, patulis ramis repandas, lateq; umbram facturas, inter frutices promiscuè collocaret, locis nimirum illis feruore solis æstuq; retorridis:* Solam *ex omnibus hederam respuit regio, quantumuis enixè ut cresceret satagente* Harpalo, *pertinacemq; in eo curam ponente.* Itaque cō-*marcuit illa & exaruit: quippe quæ feruida natura, ferruentiq; solo consita, non ad temperiem proficisceretur, imò longißimè dißideret.* Excessus *enim sunt qui uires enecant.* Ideo *naturæ suæ contrarijs magis afficitur unumquodque.* Quod *frigidum est, adamat calidum: quod calidum, fri-*

Pli. lib. 16. ca. 35. Theophra. lib. 4. cap. 4.

q gidi

gidi tangitur desiderio. Hanc ob causam, montuosa, uentosa, niue'que obsita loca, tædifera sunt: & picem fundentes plantas imprimis'que larices ac pinos, producunt. Præter hæc bone Tryphon, alsiosæ, hoc est, frigoris impatientes, item frigidæ arbores, deciduum foliorum honorem ponunt, ob caloris contracti fruticem'que linquentis exilitatem imbecillitatem'que. Verum oleæ, lauro, necnon & Cupresso perennem conseruat uirorem, pinguedinis fœcunditas, atque calor: nec secus & hederæ. Hinc adeo factum esse, ut Liber pater, hederam non tanquam ebrietatis amuletum, aut uini hostem induxerit, ut pote qui merum clarè μέθυ, & ab uinolentiæ studio se ipse μεθυμναῖον nominarit. Verum meo quidem iudicio, quod factitant uinosi, ubi deficit uitigineus succus, hordeaceo utuntur potu: aut fictitium quodpiam è malis aut è palmulis uinum concinnant: Eodem ille prorsus modo uiteæ corollæ captus desiderio, ubi uitem nudam folijs'que uiduatam conspexisset, creditur, pro temporis uariantis ratione, hederæ similitudinem adamasse: nam palmitum capreoli multiplici lapsu serpentes lubrico'que paßim diuagantes errore, frondium flexibilis tenacitas, & liber circumquá'que amplexus, & (quod uel præcipuum est) corymbi acerbæ uuæ acinis densæ uel maturitate nigricanti, aßimiles, uitis habitum mentiuntur. Atqui si conferre quippiam ad ebrietatem hederam existimandum erit, id calore eius effici dicemus, nimirum cuticulares meatus diducendo, uel potius merum concoquendo, ut etiam tuam gratiam ò Tryphon Bacchus medicus expectet. Ad hæc obmutuit Tryphon, quomodo respondendo foret, animo disquirens. Hic tum Eraton quemlibet nostrûm, qui præsentes eramus iuuenes, nominatim prouocans, suppetias ferre Tryphoni pro sertis adhortabatur,

tur, ni ea deponere mallemus. Exemit quoque metum omnem Ammonius, recipiens nihil se nostris dictis reluctaturum. Demum adhortante huc & ipso Tryphone: Argumenta, inquam ego, persequi, quibus hederam esse frigidam demonstretur, meum non est munus: quin Tryphonis, qui refrigerante adstringente'que frequenter ea utitur, istud intererat. Attamen ex ijs quæ dicta superius sunt, primum illud, quòd hedera uino immissa temulentiam cieat, ueritati haud est consonum, siquidem noxam quam bibentibus creat, non ebrietatem, sed turbationem, emotionem'que status animi: aut delirium quoddam dicere queas: cuiusmodi Apollinaris herba inuehit: & non pauca eius generis alia, quæ mentem ad insaniam solicitant. Deinde contorsio palmitum extra rationem cadit: talia nanque præter naturam opera, non in ijs numeranda ueniunt, quæ naturæ ductu perficiuntur. Alioqui & ligna igne humorem exugente contorquentur, quæ tamen ex se nunquam nisi ui allata curuantur, & ingenitæ naturæ transgreßionem experiuntur. Porrò innatus calor augmentare nutritu'que producere natura est comparatus. Age uerò iam apud te consulta, an non potius hæc multijuga uolutatio, & pumila eiusdem conditio: ex imbecillitate frigiditate'que proueniat. Hinc est quòd adminicula quærit, quibus se erigat, multis quasi flagellis aut clauiculis sese muniens, non secus atque uiator defessus sæpius ad reparandas uires desidet: deinde institutum iter prosequitur. Propterea circumplexu & pedamenti adminiculo habet opus: quippe se ipsa sustinere prorsum'que serpere impotens: id'que caloris defectu, cuius ui accliuis insurgit. Porrò quod nix è folijs hederæ defluat & liquescat, id fit ob eorundam humiditatem: liquor enim extinguit diuidit'que fungosam niuis raritatem: ἀγνωρίς.

Quid uerò aliud nix est, quàm spissarum exiliumq; bullarum congeries quædam? Hinc fit quòd algidißimis quibusq; locis, udi sint illi modò, citius niues liquentur, quàm apricis soli'que expositis. Cæterum quòd sempiterno uirore germinet, & quod dixit Empedocles, perpetuum frondescat, caloris id munus non est: ut neque frigoris, frondibus uiduari. Nam Myrtus & Adiantum, quæ tamen inter calida nō censentur, uerum è frigidorum sunt numero, perpetuò uirent. Itaque temperamenti æquali constitutione folia perdurare, quorundam est opinio. Præter hanc rationem Empedocles causam quoq; reijcit in meatuum symmetriam, qui rato ordine æqualiq; suctu alimentum intrò traijciunt, ita ut affluxus illis faciat satis. E diuerso quibus defluunt folia, in causa est laxitas superiorum, & angustia inferiorum meatuum: quando nec hi transmittunt nutrimentum, nec illi custodiūt, sed pauxillum excipientes, multum confertim effundunt: quemadmodum in elicibus hortorum usu uenit, ubi qui frutices usque aquarum aspergine rigantur, & nutrimenti abundè habent, mediocritatemq; conseruant, neque marcescūt senio, sed uirides permanent. Proinde Hedera Babylone cōsita exaruit, lociq; naturam detrectauit: generosè illud quidem & præclarè, quoniam sub tutela Bœotij dei (Bacchi uidel.) alta eius cliens & conuictoris parasiti loco existens renuit apud Barbaros degere: nec tamen Alexandrum ipsa despicabatur, illis iam tum inauguratum nationibus: uerum refugiebat, pugnaciterq; detrectabat demigrationem mutationemq; coloniæ. Cuius quidem rei non tam causa fuit calor, quā eius frigiditas, haud perinde tolerans contrariam soli temperiem: nec enim quod socium & familiare temperie est, alterum corrnmpit: Sed amplectitur atque tuetur ut arido solo thymum, quippe natura calidum melius conseruatur.

ἐμπεδόφυλλον

uatur. Porrò fertur in Babylone ita æstuosus feruoreq; adeò molestus uigere aër, ut diuitum plæriq; utribus aqua plenis indormire sint soliti, quo spiritum ægrum refocillent.

Apollinaris herba inuehit) Græcum exemplar habet κύαμος, hoc est, faba, cui si præponas ὕος, suis faba erit, alio nomine Apollinaris dicta: de hac loqui Plutar. arbitror, cui insaniæ effectum grauissimi quiq; autores tribuunt. Quanquam legisse memini Pythagoreos eã ob causam à fabis abstinere præcepisse, quòd animi tranquillitatem turbarent: nunquam tamen insaniã ab iis gigni crediderim. Contrà de hyoscyamo hoc mihi cõstat, Philiatrum quendam olim mihi notissimum, periculi faciendi gratia, ceruisiæ eam iniecisse, totoq; triduo uerũ Oresten egisse. Quin & ceruisiariorum coctorum flagitiosam temeritatem in eo notatam memini, qui ceruisiæ hyoscyamum incoxerant, quò caput is potus tentaret, istud enim bonitatis esse argumentũ existimant quidam, si caput feriat, aut mentem potius furiatã reddat. Itaq; melior fortasse lectio fuerit, ὑοσκύαμος: si cui ea non probatur, nihil repugno, quo minus pro Apollinari Fabam substituat: alioqui scio in uulgari ioco fabarum flores hoc nomine laborare, quòd stultitiam pariant.

PROBLEMA TERTIVM.

Cur fœminæ nullatenus inebrientur, senes ocyssimè.

ADMIRABATVR *Florus quid Aristoteli accidisset, quòd qui scriptum reliquerit in cõmẽtario de Ebrietate, Senes cum primis, fœminas minus cæteris temero capi: causam tamen non elaborauit, idq; præter morem, ut qui libenter quoque causas attexere sit solitus: tandem istud in medium præsentibus (eramus autem in cœna pleriq; familiares) discutiendum proposuit.* Itaque

Sylla dixit alterius inuestigatione alterum elucescere, nam uerè inuestigata de mulieribus causa, haud ita multum restare iam negotij de senibus. Esse nanque naturas cumprimis diuersas & pugnantes, tum humiditate & siccitate: tum hispiditate ac mollitie, necnon & scabritia. Primumq; hoc, inquit, de fœminis documentum tibi esto, quòd humido sint temperamento, istud enim delicatam cutis teneritudinem efficit, & cum liquore nitorem: adde & menstruas purgationes suppeditat. Quando itaque copioso humore uinum diluitur, tincturã amittit copiá liquoris nimiá oppressum, fitq; omnino coloris euanidi atque aquosum. Poßis & ab ipso Aristotele petere nonnihil: refert enim ex Maiorum fide eos qui affatim citraq; spiritus reciprocationem bibunt (quòd ἀμυστίζειν illi uocant) in temulentiam minimè omnium, incidere: nec enim immorari merum, sed fluoris impetum propelli corpusq; peruadere: Verè autem mulieres ad eum modum bibere cernimus. Præterea consentaneum quoque est illarum corpus propter aßiduum humorum suctum attractionemq; ad statos diffluxus mire foraminulentum esse factum, ac uelut elicibus & canalibus, quibusdam persulcatum: in quos delatum merum, illico euanescere, nec in principes cerebri partes impetum facere, quorum inquietatione, ebrietas nascitur, uerisimile est. Porrò quòd senes natiui humoris sint expertes, ipsa nominis ratio loquitur: etenim non quasi humi deflui, sed tanquam terrestris iam habitu & conditione facti, eam appellationem sortiti fuere. Abunde autem illorum rigiditas corporis, & strigositas, nec non & cutis asperitas naturæ ariditatem docet. Quocirca bibentibus, uinum membris imbibi, uero consonũ est, ut pote corpore spongioso ob squallorem existente, quod deinceps moram trahens caput ferire grauitateq; opplere solet.

γέρων, quasi γεηρὸς, nõ ῥυέ ρέων εἰς γῆν.

ſolet. Quemadmodum igitur fluenta leuiter inundant loca ſpiſſa, neque cœni illuuiem multam conſcitant, at raris locis melius imbibuntur permiſcentur'que: ſic in ſenilibus corporibus immoratur uinum, à ſiccitate attractum. Præter hæc uidemus naturam ſenilem è ſe obtinere ebrietatis ſymptomata, quæ ſunt uel manifeſtiſsima iſta, Tremor articulorum, linguæ balbuties, nimium garriendi ſtudium, iræ præcipites, obliuio, mentisq; emotio. Horum quum bona pars ſenibus etiam tempore bonæ ualetudinis adſit, certè paruo illi momento ut impellantur, leuiq; concuſſu habent opus, ut ebrietas non propriorum & peculiarium ipſis origo, ſed communium ſymptomatum incrementum ſenibus obueniat. Huic rei argumento eſt, quòd ſeni nihil ſit ſimilius, quàm iuuenis ebrius.

PROBLEMA QVARTVM.

Frigidioris ne ſint temperamenti, an calidiores uiris, fœminæ.

Talia ferè à Sylla dicta fuerat Appollonides, is qui ordines duxit, ait probari ſibi rationem de ſenibus allatam: omiſſam tamen uideri frigiditatis cauſam in fœminis, cuius ui feruentiſsimum merum extinguatur, uiolentiam'que igneam amittat, qua corpus percellit. Quum nec iſtud à ueritate diſſonum uideretur, Athryilatus è Thaſo inſula oriundus medicus', quandam diſceptationis occaſionem quæſtioni prædictæ adiecit: eſſe commemorans, qui fœminas non frigidas, ſed uiris calidiores eſſe ſuſpicarentur: nec deeſſe, qui uinum non calidum, ſed frigidum etiam crederent. Admirante rem inauditam Floro,

disputationem de uino huic resigno, inquit ille, me commonstrans (dissserueramus enim non ita multos ante dies ea ipsa de re.) Cæterum fœminei caloris primum argumentum glabritiem illam depilem esse arbitrantur: nimirum absumpto à calore eo recremento, quod abundans in pilorum materiam cedit atque conuertitur. Alterum sumitur ex sanguinis copia: qui caloris in corpore existẽtis fons esse uidetur. Tanta autem in fœminis sanguinis uis est, ut nisi crebræ & citæ purgationes illi acciderent, torreantur propemodum atque exurantur. Tertio attestatur, quod in sepultura usu uenit, quippe ea mulieres quàm uiros intemperantioris esse caloris docere potest. Narrant enim uespillones, qui studium in talibus ponunt, cum denis uirorum cadaueribus componi, unũ fœminæ: indeq; è carne eliquare oleosum quid atque uuidum, cuiusmodi è tædis exudat: sic uti reliquorum corporum uelut fomes sit. Præterea si calidius dicemus esse, quod fœcundius genitabiliusq; est: constat autem uirgines pueris citius ad ueneris appetitum extimulari, & ad gignendum concitari: certè fuerit ista quoque caloris probatio haud quaquam inualida. Accedit & illa maior pariter ac euidentior: quòd tolerant cõmodè frigus hyemisq; iniuriam: plæræq; enim minus quàm uiri obrigescunt, atque omnino paucioribus uestimẽtis habent opus. Hic Florus, equidem hisce ipsis argumentis, inquit reor, destrui conuelli'que istorum opinionem. Primum nanque frigori resistunt melius, quia plerunque simile à simili difficilius patitur. Deinde & semen fœmineum prolificum non fuisse, generationi'ue utile anteà, propter frigiditatem, credibile est, sed materiæ tantum alimenti'que usum masculo semini præbere. Adde huc quòd ante multò, parere desinũt, quàm uiri generare. Porrò euidẽtius est uri eas ab adipe,

qui

qui inter frigidiores corporis partes, recensetur: unde est quòd iuuenes & gymnastas minime omnium adipe suffarcinatos uideas. Præterea purgationem menstruam nõ abundantia sanguinis, sed idem corruptus uitiosusq; efficit: cuius pars cruda atque excrementitia stabili sede intra corpus concrementoq; carens, dilabat præ debilitate omnino inualida atque turbida ob caloris deliquium reddita. Alioqui rigor horrorq; qui ferè mensium purgamento succedit, docet frigidum esse & incoctum, quod excitur seceditq; à corpore recrementum. Porrò quis unquam glabritiem calori, ac non potius frigiditati tribuat? qui modo uideat ut quæq; pars corporis est calidissima, ita hirsutam esse eam & pilorum segete obsitam: Pilos enim & eius generis alia expellit calor fodicans referansq; cutis superficiem. At læuior fit ex cutis densitate, quam frigiditas efficit. Attamen quòd spissiorem habeant cutim, quàm uiri, audies, mi homo, ab ijs qui cubant cum fœminis, uel pigmento, uel oleo imbutis: implentur enim unguento ipso in concubitu, quãuis ne contingant quidem aut obmulceant fœminas, trahẽte nimirum illorum corpore, ui calores atque raritates. Enimuerò, inquam ego, quæstio, quæ fœminas spectat, uiriliter aduersis argumentis astructa est.

PROBLEMA QVINTVM.

An uinum poteſtate ſit frigidum.

VERVM aueo discere, sit'ne potestate frigidũ uinum. Hîc suscitari me Florus, unde hæc mihi nata esset suspicio. Tum ego, Falleris, inquã, si hanc nostram esse opinionem autumas. Et ille, cuius cedo alterius? Tandem ego, Memini nõ ita pridem

incidisse in libellum Aristotelis, qui problema istud tractat. Disseruit & Epicurus multis rationibus in symposio suo hac de re, quarum caput omne & summa (ni fallor) huc spectat. Ait nanque non absoluta ratione calidum esse uinum, sed habere in se indiuidua quædam & leuia corpuscula (atoma uocant) quæ partim calorem promouerent, partim frigiditatem inducerent: quorum ista abijciat intrò assumptum: rursus illa ex ipso corporis habitu euocet atq; eliciat: quò uidelicet cum nostra temperie ac natura in unionem redire queant. Itaque fieri ut ex ebrijs alij incalescāt, alij diuersum patiantur. Ista, subiecit Florus, apertè ex Protagoræ sententia ad Pyrrhonicam nos scholam ducunt. Nulli dubium, quin de oleo, lacte, melle, & id genus alijs uerba facturis, liceat narrare quomodò mutua commixtione temperaturaq; unumquodq; consistat, interim ambages nectendo obmittentes quale quodq; natura sit, efferre. At qua tu ratione uinum esse frigidum pronuntiare ausis? Tum ego, duabus, inquam, potissimè innixus rationibus, crassa id Minerua expediam. Primò subit mihi in mentem id quod Medici factitant, ut quibus remissior languet uentriculus, indigéntque eiusdem ægrescentis roboratione, nihil temperie calidum offerant, & tamen uino exhibito remedium adferant. Necnon & alui profluuia, sudorisq; eruptiones uino compescunt: tanquam quod nihilo deterius, imò ualidius etiam quàm nix, sistat, & robur uimq; adaugeat refrigerando ac corporis habitum pronum constringendo. Quòd si natura facultateq; calefactoria esset præditum, perinde foret (quod mea fert opinio) & niui ignem, & ori uentriculi uinum meracum offerre. Adde quòd plæriq; somnum frigore conciliari prædicant, & somnificorū medicamentorum plæraq; frigus inducere constat, cuiusmodi

sunt mandragora & papaueris succus, quæ ipsa uehementia planè sunt. & magna uiolentia frigus intrò pellunt, atq; cogunt. At uinum ut non uiolenter, sed placidè refrigerat, ita motum cum uoluptatis sensu sistit atque consopit: sic ut maioris minorisq; ratione hoc ab illis differat. Accedit huc quòd calida semen adaugeant genitale: hinc namque solidum robur humor acquirit, & spiritui uigor accedit. & per calorem gliscit ac stimulatur uirtus. Cæterùm qui copiosum merum ingurgitant, ad coitum redduntur tardiores, semenq; illorum generationi improficuum est, utpote debile & inualidum: imò irriti atque inutiles eorum cum fœminis congressus sunt, uitiato nimirum refrigeratoq; semine prolifico. Insuper quæcunque homini ex algore obueniunt, temulentis uniuersa eueniunt, Tremor, grauitas, pallor, saltus tumultuantis in artubus spiritus, linguæ balbuties, neruorum in extremis partibus distentio atque stupor. Quin & compluribus in resolutionem artuum temulentia desinit, quando omnino obtorpuerit mero, atque extinctus sit calor natiuus. Medicantur porrò noxas quibus tenētur ebrij & crapula exaturati, ab initio quidem, ut uidere est, operimentis iniectis, & decubitu eos fouendo: postero die lauacris, unctionibus, cibisq;, qui statum corporis non solicitant atq; conturbant, sed qui placido ductu calorem à uini copia dißipatū, & quasi è corpore extorrem, reuocare sunt apti. Veruntamen, inquã, ut in ijs, quæ ad oculum apparēt, & similitudines dubias & facultates inuestigare solemus, ita de ebrietate nihil ambigere oportet, quidnam tandem sit: nam ut liquet, imò uti iam ante dictum est, ebriosi senibus conformes sunt uel maximè, quo fit, ut maturè senectutem sibi accelerēt uinolenti, & ex ijs non pauci intēpestiua caluitie deformantur, canosq; ante tempus producunt. Quibus omnibus

omnibus corripi hominem caloris inopia existimatur. Nec hoc silentio transcendum, acetum naturam quidem & uim habere uini: nec tamē quicquam ualentius ignem oppugnare, quàm acetum, posse: imò quæuis ignis extinguendi tormina superare longè, flammamq; frigoris uehementia opprimere. Quin & inter omnia fructuum genera, quibus uineus est sapor, loco refrigerantium uti uidemus medicos: cuiusmodi sunt punica mala, & poma hortēsia. Nônue ipsum mel aquæ pluuiæ & niuali commiscendo, uini naturam induere ijdem docent, frigore nimirum dulce illud, ob affinitatem, quā habet cum austero, quū præualet, corrumpente? Nônne Maiores nostri hac de causa in genere reptilium, Draconem: inter frutices, hederam Libero patri aßignarūt, atq; consecrauere, ut frigidâ quadam ac gelidâ uirtute præditâ. * Porrò *si, quoniam ab epota cicuta merū affatim haustum remedio esse uideatur, hinc caloris argumentum trahere quis uelit: huic nos obijciemus uicißim, uinum cicutæ admixtum poculo, immedicabile esse pharmacū, potantesq; conclamata semel spe necare: ita ut nihilo magis calidū existimari debeat, quoniam ueneno repugnat, quàm frigidum, quia ueneni præsentiam adiuuit atque adauxit. Certè si non frigore, nulla alia natura aut facultate, bibentibus, magis quàm alia, mortem adferre ualet cicuta.*

*Ista uidentur ad superiora ubi de hedera agit, referēda.

PROBLEMA SEPTIMVM.

Cur mustū minime omniū inebriet.

VINVM *nouum quarto Idus Nouembris auspicantur* Athenis, *quem diem* πιθοιγίαν, *à doliorum reseratione nuncupant. Atq; adeò uotis conceptis prius salutarem innoxiumq; meri usum precabantur olim, quàm bibendo id delibarent: ac inde*

Consule Proclū in Hesiodum.

ac inde is mẽsis initiatorius siue auspex dici cœpit: quo mẽse postridie Nonas fausto Genio litantes: uetus mos est post primum Fauonij flatum, uinum degustare, quòd præcipuè uentus uinum emoueat uapidumq́; reddat: cuius uim quod effugisset uinum, stabilẽ ac diuturnã seruare bonitatẽ creditum est. Itaq; quum prisco ritu festum agitaret eum diem pater, à cœna collaudato uino, causam solicitè disquirẽtibus mecum adolescẽtibus, quæstionem proposuit. quid esset causæ, cur neutiquã inebriaret mustum. Quæ res cùm multis absurda uideretur, nec fidem mereri: subiunxit Hagias, Mustũ quouis modo exaturare, corpusq́; opplere: ac propterea fastidio esse nec libenter ebibi à quoquã solêre, quòd ad cõciliandam ebrietatem ineptum uideatur. Appetitum nanq; id respuere, sedata iam siti, ob ingratum quendam, qui in eo est, saporem. Quòd uerò sit aliquod inter dulce ac suaue discrimen, haud ignorasse poëtam, qui ait,

Tum caseo, dulciq́; mero, tum melle suaui.

Vinum enim initio suaue esse, mox in dulcedinẽ abire, quando uidelicet inueterascens concoctionis beneficio ad austerum uergere incipit. Hîc tum Aristænetus Nicensis recenti memoria legisse alicubi aiebat, permixtum uino passum, sedare ebrietatem: idem asserebat. medicos, ijs qui plus satis biberunt, præscribere, ut dormituri panem mellis embammate imbutum deuorẽt. Quocirca si quid meri uim offuscat dulcedo, certè summo iure uinum nouellum haud inebriare dicemus, quãdiu dulcedo degenerarit. Libenter hîc assensimus omnes adolescentum inuentis, quoniam uulgatas maximeq́; obuias rationes perquirere non contenti, noua suo marte argumenta tam fœliciter excogitarint. Parata ad manum & facilia comprimis sunt illa, musti grauitas, quæ (uelut ab Aristotele scriptis proditum est) peruadit

aluum & penetrat: deinde flatulenti ſpiritus, aquoſæq; ſubſtantiæ copia: quorum ille compreſſu, euaneſcit citò: hæc uerò uini facultatem retundendi, naturam ſortita eſt. Nam uetuſtas ferè exhauſto abſumptoq; omni eo quod aqueum eſt, uino adfert robur, ſic tamen ut minuatur quidem quantitas, uis nihilominus intendatur.

PROBLEMA DECIMVM.

Cur ſub luna, quàm ſole, computreſcant carnes magis.

EVTHYDEMVS *ille è Sunio oriundus, inuitatis nobis prægrandem aprum appoſuerat: admirantibus qui aderant cunctis, longè maiorem ſibi donatum, ſub luna computruiſſe narrauit, ac de cauſa rei ualde ambigere: nam quòd ſolares radij calore Lunam ſuperantes, liquandis carnibus ſint efficaces minus, quàm luna, ueritati non uideri conſonum. Hîc Satyrus, non id magis mirum, inquit, uideri debet, quàm quod uenatores factitant, qui quoties aprum aut ceruum longinquâ è regione in urbem dimittunt, æneum infigunt clauum, uelut putredinis remedium. Itaque abſoluta iam cœna, quum propoſitæ in medium quæſtionis mentionem refricuiſſet Euthydemus, Moſchion medicus commemorauit putredinem colliquationem eſſe quandam & diffluxum carnis, ad humidum conuertente eam corruptione, atque in uniuerſum quæ putreſiunt omnia humefieri: deinde & calorem quemcunque, modò mitis is ſit & mollis, humorem cõmouere & concitare: eundem, ſi ſit igneus, carnem extenuare. Quibus uerbis haud difficulter eluceſcere ueritatem poſſe aiebat.*

aiebat. Lunam siquidem moderato tepore humectare corpora: è cõtrario Solem inde diripere, depascíq; ui sua ignea quicquid exundat humoris. Quo sensu dixisse & Archilochum illud naturali ratione,

Durabiles, ut spero, multos Sirius — Archilochus.
Seruabit, & flagrante Phœbus sydere.

Clariusq; etiam Homerum extulisse de Hectore, cui iacenti atram nubem circumfuderat Apollo,

Ne uim per neruos, moribundaq; membra coruscus — Hom.
Exigeret Titan.

Rursus Lunam inefficaciores radios diffundere, qui ne maturant quidem uuam liuidam, uti cecinit Ion. Quibus dictis subieci ego: Cætera benè habent, inquam: interim tamen quantitatis respectu, & potioris maioris'ue ratione, quòd ad caloris tempus attinet, metiri totum debemus. Nec enim in eo situm est, quòd (uti uidemus) sol aut hyeme minus caloris adferat, aut æstiuo tempore tabefaciat magis corpora: quoniam si caloris mollitie putredo nasceretur, diuersum facere debebat: nunc uerò quo magis increscit æstus, hoc citius in putredinem abeunt carnes. Proinde Luna non caloris defectu & impotẽtia, putredine cadauera absumit: imo potius reijcienda causa est in defluuij, quod ab ea procedit, proprietatem. Etenim quòd non unà quapiã qualitate secundum magis & minus differente, præditus sit calor, sed numerosæ sint ignis facultates, nullo pacto sibi inuicẽ respondentes, ex rebus paßim obuijs perspicuũ euadit. Nam aurifices igne è paleis cõflato, aurũ elaborant. Medici accensis uitiũ sarmentis decoquunt pharmaca: Ad emolliendum, uitrum informãdumq;, apprimè cõuenire censentur myricæ ramuli: nam oleæ termites in fomentis corpus mirè afficiunt, balneis tamen ubi fomitum loco suburuntur

Ion. (margin, beside "Rursus Lunam")

Vide Straborem lib. 2. τ γεωγράφ.

suburuntur, aduersantur, & cum loricatione etiam fundamenta exterunt. Qua de causa Aediles probi non patiuntur operarum redemptores oleaginis uti uirgis: ueluti nec illud, ut lolium adijciatur materia ignis futura: fumus enim qui inde exurgit, lauantibus & caput grauat, & caliginē ob oculos obducit. Nil mirum igitur, si inter Solem & Lunam hoc intersit, quòd ille exiccādo, hæc remittendo exoluendoq́;, humorum defluuium quibusdam corporibus inserat. Hinc sit quòd nutrices cauent omnibus modis infantulos sub Lunam educere. Nam quum sint humoris pleni, ad instar uiridium lignorum, conuelluntur & contorquentur. Præterea quos Lunæ radij indormientes feriunt, hos ægrè attollere sese, ac uelut obterpentes sensibus & stupidos cernimus: humiditas nanque à Luna diffusa, corpora premit grauatq́;. Adde quòd partus facilitatem etiam promouere Luna semiplena creditur, faciliorem reddendo nixum incremento humorum. Quamobrem, ut equidem arbitror, Lucina, & λυχεία, hoc est, partus præses, cognominata fuit, planè non alia, quàm Luna. Quid clarius, quàm quod Timotheus extulit.

Timotheus.

Per cœrulei poli astra, per citiparam Lunam.

Inanimis quoq; in rebus elucet Lunæ potentia.

Succisos enim plenilunio truncos reijciunt fabri lignarij, ut hiulcos, celeritérque ob humiditatis uitium carie conficiendos. Agricolæ frumentum prono iam mense properant ex area conuehere: ut totum siccitatis ui aduersus humecta repugnet: at quod constante Lunæ ætate conuehitur, ob humiditatē tumidius redditum dehiscit & crepat. Fertur & farina triticea melius subigi plenilunio & fermentari: nam fermentatio etiam iusto minor, tametsi ad mediocritatis metas non accesserit, in eandem tamen corruptionem producit atque

atque induit totam massam relaxatam resolutamq́; : At caro putrida nihil aliud sentit mali, quàm quòd spiritu, qui eam conseruare solet, ad humidum degenerante imbuatur, itaq; diffluat. Hoc & in aëre accidere uidemus. Is enim putredini magis obnoxius, plenilunij maximè tempore, rorem spargit copiosiùs, ut alicubi Melicus Alcinan de Rore, quem Aeris Lunæq; prolem fingit, dixisse legitur,

Ros Iouis & Lunæ soboles gratißima nutrit.

Sic undequaque uerißimis testimonijs probatur, lunare lumen humectum, uim habere resoluendi putrefaciendiq́;. Cæterùm, quod de clauo æreo dictum est, qui in carnem adactus, (sic communis est opinio) eam duret, & imputribilem tueatur: uidetur id adscribendum adstrictoriæ eius ui. Nam rubigine ad tale pharmacorum genus utuntur medici: & qui in æris fodinis uersantur, utilem ad oculos medicinam experiuntur, uti proditum est: & quibus defluxêre cilia, his succrescunt postliminio: nam, qui ex Chalcitide excutitur puluis, palpebris insidens occultè, comprimit atque inhibet defluuia, lachrymasq́; oculorum sistit. Hacq́; de causa, à Poëta æs σὐνοπα & νώροπα dictũ autumatur, à uisus nimirum restauratione. Quin & autor est Aristoteles, ærea cuspide aut ense facta uulnera, curari minus difficulter, celeriusq́; coire, quàm, quæ ferrum inflixit: propterea quòd medicamẽtosi aliquid in se habeat æs: quã uim creditur & uulneribus primo appulsu imprimere. Nec illud obscurum est, quòd putredini, adstringentia: corruptioni, ea quæ instaurant & sarciunt corruptum, aduersam habeant uim. Nisi quis uelit dicere, clauum per impreßionem, humores ad se illicere, sequente perpetuo affluxu ad id quod afficitur, & dolet: unde fit, ut eo loco uelut uibex quidam, aut maculæ

Iliad. β.

uestigium usatur: proindeq; rationem constare, si reliqua caro illæsa maneat, confluente illuc omni putredinis uitio.

DECADIS QVARTAE,

PROBLEMA PRIMVM.

An multiplex cibus simplici sit concoctu facilior.

INTER *quartæ Decadis Conuiuales, quæstiones, problema quod de ciborum uarietate tractat, à nobis primum describetur: nam quum mense Februario Dianæ festum, quod à deciduis ceruorum cornibus nomen habet, in Hyampoli Bœotiæ urbe ageretur, eò profectos nos ad festum conuiuio excepit Philon medicus opiparè admodum & genialiter, uti uidebatur, facto apparatu: qui cùm Philino simul puerum pane solo utentem citra obsonium aliud, conspicatus, Dij boni, inquit, hoc illud est, quod dici solet,*

Saxa interpugnant, neque saxa leuare potentes.

Simulq; exilijt, allaturus ijs, rerum necessariarũ quidpiam, aliquantò post caricas aliquot & caseum attulit. Quum ego dixissem, accidere istud ijs, qui eximij quidpiam & opipari meditantur, ut necessaria quæq; usui esse possunt, aspernentur, neque pensi faciant: hic Philon, haud, inquit, eram memor Philinum in alimonia uictusq; ratione Sosastrum imitari, quem nullo usum alio cibo potu'ue, quàm lacte, totum uitæ curriculum exegisse perhibent: quem tamen ipsum talem uiuendi rationem ex quapiam infirmitate amplexum

fuisse

fuisse, ueri est simile. At hic noster diuersa planè ratione, quàm Achilles à Chirone isto ab ipsis statim incunabulis, alimento exangui pariter & excarne altus, non longè petita demonstratione, aëre roreq; pastus cicadæ in morem dicetur. At uerò nobis, inquit Philinus, ignotum fuit centenis uesci uictimis, uelut ob rem bene gestam superbientibus: apud nos etenim sunt, qui incondita edulia complectuntur, ceu alexipharmaca, frugali & salubri uictu contenti, spretis operosis adeò & turgentibus mensis, quamuis illud rariùs audierint, quòd simplex cibus uti uario facilè parabilior est, ita citius etiam concoquitur. Tum Marcion ad Philonem conuersus, Apparatum, inquit, omnem tuum sordere facit Philinus, conuiuas retrahendo deterrendoq;: Quòd si rem tibi gratam sum facturus, opponam me istis tua causa, ostendamq; uarios cibos quàm simplices cõcoqui faciliùs, ne quid in apposita fercula manum immittere dubitent. Quod uti faceret, Marcionem obtestatus fuit Philon. Itaq; quum à cœnando superſederemus, ac Philinum destruere obiectum de ciborum uarietate argumentum adhortaremur, sic is incepit. Non meum est istud cõmentum, inquit, imò hic ipse Philon frequenter apud nos prædicare solet, primùm feras uniformi alimento & simplici utentes, inoffensa ualetudine mortales superare: quæ uerò caueis inclusæ uictitant, ad morbos pronas ferri, leuiq; mométo cruditate offendi, eò quòd mixta quadam & edulcorata sagina utantur. Deinde nullus extitit unquam medicorum omnium quantumuis in audendo periculoq; faciendo temerarius, quantumuis magnos sibi spiritus sumens, qui uaria edulia febrienti porrexerit: quin potiùs simplex conditurаq; omni carens alimentũ uelut concoctioni audientius exhibent. Oportet nanque pati mutariq; cibum à naturali facultate, quæ in nobis est, deuictum. Simpli-

cium colorum tinctus durat magis, præstantiorq; est. Oleum, quod uel maximè est odorum, citißimè unguentariorum pigmentis adulteratur. Quod simplex est, & uniforme alimentum concoctionis beneficio facilè alteratur. At multitudo uarietasq; qualitatum, quum contrarijs facultatibus pugnantibusq; constet, citiùs ubi concurrunt, corrumpitur: non secùs atque accidit in ciuitate referta omnis generis hominum colluuie, ubi non facilè unio aut concors constat sententia: sed ad proprium quilibet emolumentum spectat, ægreq; in alterius sententiam accedit. Euidens rei documentum dabit uinum, siquidem diuersorum uinorum usus inebriat ocyßimè: deinde cruditati è uino aßimilis est ebrietas. Quocirca uinorum permixtionem fugiunt potores: & qui uina confundunt, uelut insidiatores, latebras captant. Mutatione nanque qualibet alteratur uariaturq; pristinus rei status. Quò fit, ut Musici cum magna religione tensa pluribus fidibus organa tractent, nihil aliud suspectum habentes mali, quàm confusionem sonorum & uarietatem. Ego uerò id dixero, citiùs pugnanteis rationes fidem inuenturas, & probationem, quàm diuersas qualitates concoctum iri. Nisi ludere uideor, omißis istis, ad Philonis rationes concedam: Audimus nanque sæpenumerò dicentem illum, difficilem concoctionem ex alimenti qualitate nasci: at uerò miscellanea multarum rerum mistio, ut noxia, sic alienarum qualitatum fœcunda parens est: alioqui oportet, usu hoc docente, amplecti quod naturæ suæ amicum est. At si naturâ nihil contractu difficile est, sed copia in causa sit, quæ turbationem inuehat corruptionemq;: hoc magis ego censeo fugienda esse uaria ista & omnigena edulia, quibus non modò oblimauit Philonis coquus, quasi sui ipsius æmulus, nouitate interim uariationeq; immutans appetentiam,

quant

quantumuis haud reluctabundam, ſed ad cætera audientem, quæ tamen nihilominus dum varietatem ſectatur, ab eo, quod naturæ eſt conueniens & frugale, aberrauit. Hîc uerò reuocandum eſt quoque ad memoriam Socratis dictum præcipientis, cauenda eſſe cibaria, quæ citra famem ad edendum appetentiam proritant: uelut innuentis, nihil in cibis metuendum formidandumq́; aliud, quàm omnigenam miſtionem & uarietatem: hæc enim longius, quàm uſus poſtulat, uoluptatem producit, quæ in ſpectaculis, in acroamatis, in re uenerea, in quouis luſus exercitijq́; genere, increſcit pro nimietatis ratione, cuius multa ſunt initia & capita: contrà in ſimplicibus & uniformibus uoluptatibus, non excedit naturæ fineis, pellacia. Equidem omnino ita cenſeo, tolerabiliorem eſſe Muſicum, cui fidium multiplex ſonus probatur: aut aliptam, qui pigmentorum uſum probet: quàm Medicum, qui epularcis condituras commendet: ea etenim ratione bona ualetudo euertitur, atque à recta ſemita exorbitat. Talia dicente Philino, Marcion ait uideri ſibi ſub Socratis contineri execratione dirisq́;, non modò, qui ab honeſto utile diſiungunt, uerùm etiam, qui uoluptatem à ſanitate excludunt, uelut illi aduerſam repugnantemq́;, ac non potiùs auxiliatricem: pauci enim & inuiti dolorem ceu uiolentiſſimum inſtrumentum amplexamur, quum in reliquo mortalium genere nullus quantumuis ita animum obfirmauerit, uoluptatem reſpuat: imò hæc in cibis, in ſomno, balneis, unctionibus, ablutionibusq́; ſemper adeſt præſto, & excipit, & educat ægrum, alienam temperiem familiari ſucco, & qui ſecundum naturam ſit, plurimo oblitterans. Quæ tandem ærumna, quæ egeſtas, quod uenenum præſens ita facilè ac citra moleſtiam morbum diſcuſſit, atque balneum oportu-

no tempore apparatum: aut uinum opus habentibus porrectum? Cibus cum uoluptate ingestus, eueſtigiò moleſta omnia diſſoluit, naturamq; ad ſuam temperiem reuocat, uelut reddita ſerenitate tranquillitateq;. Contrà quæ laborioſis rebus quærũtur remedia, ægrè plantatimq; cum magno molimine naturæ uim adferendo, id perficiunt. Quare non eſt, quod nobis uitio uertat Philinus, ſi minus ſublatis in altum utraque manu uelis uoluptatem fugiamus: quin aptiùs conemur componere iucundum cum ſalubri, quam Philoſophi quidam, iucundum cum honeſto. Proinde ſtatim in primo argumento falſus mihi uidêris Philine, dum ſtatuis bruta animantia ſimpliciori alimonia uti, quàm hominum genus, ac proinde ſanius etiam degere. Neutrum enim iſtorum uerum eſt, imò reclamant Eupolidis Comici Capræ alimoniam ſuam decantantes uariam & ex rebus compluribus miſcellaneam, hunc in modum loquentes. Materiam depaſcimur omnigenam, abietes, ilices, tenerasq; arbuti propagines arrodentes: præter hæc & alia, nimirum cytiſum, odora legumina, frondoſam, ſmilacem, oleaſtrum, lentiſcum, fraxinum, ficum, quercum, hederam, myricam, ſylueſtres malos, rhamnum, uerbaſcum, aſphodeli colem, ciſthum, fagum, thymum, ſymbrium. Conſtat autem enumerata omnia ſexcentis conſtare ſuccorum, odorum, facultatumq; differentijs: quamuis plura iam dictis obmiſſa ſint. Alterum uerò illud irritum facit Homerus, experientiâ certâ docens bruta primâ peſte corripi: Adde quòd & uitæ breuitas clamitat, quàm ſint caduca & morbis obnoxia: nullum enim ex ijs longæuum eſt, niſi ſi quis coruos & cornices recenſeat, quas tamen uoraces & à nullo alimenti genere abſtinere uidemus. Quid quòd tam bellè ex ægrotantium diæta, concoctu facilioris difficiliorisq; rationem iniſti? ſiqui

Eupolis fabulam ſcripſit, Capras inſcriptam.

ſiquidem labor, exercitia, & quod cibos incidit; concoctu ſunt quidem facilia, attamen febrientibus non conueniunt: pugnam uerò & diſsidium uariorum ciborum temerè formidaſti. Etenim ſiue è ſimilibus proprium ac familiare nutrimentum natura colligit, atque hinc uarius ille cibus multas tranſmittens è ſe qualitates, in totam corporis molem, cuilibet particulæ, quod accommodum eſt, diſpenſat, ſic, ut Empedoclis illud perficiatur,

Dulce corripuit dulce, amarum conceßit amaro: acre petijt acre, & torrido torridum coniunctum fuit.

Siue qua alià miſtione, quæ pro commodo alimento caloris beneficio in ſpiritu manet, diſperſa, familiaria ad ſui congenera ſequuntur. Nam confuſaneum adeò corpus & multifariam conflatum, quale hoc noſtrum eſt, è uaria materia potiùs quàm ſimplici congerere, ſuamq; temperiem abſoluere, rationi conſentaneum eſt: quod ſi non eſt, ſed concoctio, quam uocamus, alterandi mutandiq; alimenti naturam obtinet, celeriùs hoc & aptiùs in uaria materia fiet. Simile nanque à ſimili non afficitur: at repugnantia & contraritas citiùs immutat qualitates atque corrumpit propter mixtionem repugnantium rerum. Quòd ſi in uniuerſum mixta abolenda cenſes & uaria, Philine, non tantùm dum cœnat aut obſonatur Philonem hunc conuitijs laceßito, ſed multò magis, quoties regias illas & auxiliareis medicamentorum uireis commiſcuerit, quas deorum manus nuncupare ſolitus fuit. Eraſiſtratus damnat inſaniam & curioſitatem in confundendis ſimul in unum rebus metallicis, herbarijs, theriacis, è terra mariq; promiſcuè petitis: pulchrè nanq; omißis iſtis, in ptiſana, cucurbita, & hydrelæo medicinam conſumi. At herclè uarietas irritat inèſcatq; appetentiam, ſui impotem: etenim puritatem quandam, & ſtomachi

bonitatem cum fragantia conciliat, denique meliore conditione imbuit: edaciores quoque reddit & bibaciores: quin igitur pro pulmento furfures tuburcinamur? & loco asparagi, allium apparamus & carduos? repudiatoq; generoso isto ac delicato uino, è dolio ignobile potamus, quod à culicum cateruis circumcinitur? Neque potes aliter asserere, quàm quòd salubris uictus ratio nullum sit uoluptatum effugium: sed moderatio & ordo quidam in uoluptatibus, obsecundans appetentiæ illi, quæ quod utile est, expetit. Quemadmodum autem omni molimine impetuosum uentum euitare nauclerus satagit, sopitũ deinde & iacentem nemo excitare, aut permouere denuò potis est. sic appetitui repugnare, & luxurianti frena inijcere, haud perinde magni est negotij: rursus languescenti ante tempus ac pigrescenti, uiribusq; pristinis defecto robur addere, & uelut ad uitam reuocare, hoc opus, hic labor est. Quapropter multiplex cibus, simplici, & uniformi eò propè præstantior est, quò faciliùs compescitur luxurians natura, quàm cietur moueturq; repugnans. Enimuerò quod dicunt plerique, plenitudinem fugiendam esse magis, quàm inanitionem, uerum non est: imò contrario modo habet: siquidem repletio morbum, etiam ubi in corruptelam desierit, extinguit: contrà inanitio, etsi aliud nihil mali inuehat, ipsa saltem per se præter naturam est. Atque ista quidem uelut disparibus ædita chordis, obiecta sunto, ijs, quæ à te eleganter sunt excogitata. Illud uerò quadantenus uos usque ad salem & cyminum amicos latuit, quòd uarium omne suauius est, quia conditius, modò tollas superfluum in condiendo ueluti fastum: adhærescit enim agglutinaturq; appetenti excipientiq; corpori, præuio uisu: quod uerò fastiditur, ut fluctuat & circumagitur, ita aut omninò id respuit natura, aut ægrè

amp

amplectitur, inopiâ coacta. Istud tantummodo uarium dici obserues atq; memineris, quale non uisitur in conditis illis barbaricis quas abyrtacas uocitant, & in placentis, ac minutalibus: sunt enim ista curiosè apparata & ueluti uarijs è seminibus collecta. Plato quoq; uarietatẽ inuehit, ubi claris generosisq; istis suis ciuibus bulbos, oliua, holuscula, caseũ, omnigenaq; obsonia apponit: adhæc uerò cœnantes bellariorum ferculis non defraudat.

DECADIS QVINTAE.

PBOBLEMA SEXTVM.

Cur arctius compreßiusq; initio mensæ sedeant conuiuæ, posteà liberius diffusiusq;.

HIS DICTIS *illico proposita fuit quæstio, quid causæ esset, cur angustius accumberent conuiuæ initio, mox remißius laxiusq;: quum par foret, cõtrarium potius accidere, repletis distentisq; à cœna corporibus. Fuêre gitur qui accubitus formulã in causam uocarẽt: ferè nãq; in latum discumbentes cœnam capere, quò dexterã in mensam protendamus: deinde inter cœnandum obuertere nos magis in latus, acutamq; corporis speciẽ effigiare, locũ nõ superficie, sed linea tenus (Geometricè loquẽdo) occupantes. Velut itaq; tali minus capiunt loci, si recti proni'ue cadant: Pari ratione fit in quolibet nostrũm, qui initio in os discumbimus, coniectis in mensam oculis: posteà*

accubitus rationẽ è lato in profundum cõmutamus. Plæriq; pro causa proferebant straguli explicationẽ renußionemq;, quòd in decubitu dum premitur, dilatatur explicaturq; calceorũ instar, qui paulatim terẽdo extenduntur, atq; auctiores pariter & laxiores meatus acquirunt: simulq; pedi liberius spatium, & uersabilitatem indulgent. Tum senex ludens, binos, ait, esse symposij dißimiles præfectos, siue duces: initio mensæ Famem, cui ordinis nulla sit cura: alterũ Liberum patrẽ, qui omnium cõsensu præstantißimus habitus fuerit ductor. Proinde quemadmodũ Epaminundas aciẽ iniquo loco sese suis armis proterentem cõficientemq;, uitio & imperitia ducum, eduxit atq; in ordinem commodum restituit: Sic nos initio coactos à Fame, & simul confluentes more canum, Liber pater, ut este urarũ liberator, & chori præses, uice uersa in hilarem ordinem & letum redigit.

PROBLEMA SEPTIMVM.

De ijs qui fascinare dicuntur.

NATVS *fuerat inter cœnandum sermo, de his qui effascinare, & fascinatorios habere oculos creduntur: ubi cum cæteri rẽ prorsus exibilarent, atque risu prosequerentur: modestè Florus apud quem cœnabamus, famam mirificè euentis astipulari dixit: Sed quia causa sit obscura, fidem historiæ derogari, nec id meritò: quum sexcenta eiuscemodi inuenire liceat, in quibus manifestus sit effectus, causa tamen nos lateat. Omninò ita est, inquit, qui rei cuiuslibet probabilem inuestigare rationem satagit, is rerum miracula ubique tollit funditus & euertit. Vbi*

cessat

cessat ratio, illinc nascitur dubitatio, hoc est, philosophia: adeò ut quodam modo philosophiam è medio tollant, qui rerum miraculis fidem non habent. Oportet autem rationem aduocare, ubi cur aliquid fiat, quæritur, quemadmodum quòd quid fiat, ab historijs petendum est. Sunt autem eius generis non pauca. Notum est quosdam intuitu solo infantibus potissimum noxam adferre, ob uuiditatem debilitatémque corporis habitus per illos mutati uitiatique: ubi qui solidis sunt artubus & compactioribus, minus huic malo sint obnoxij. Enimuerò Thybios (est id genti nomen) Ponti olim accolas, non pueris modò, sed adultis quoque exitiosos fuisse scriptum reliquit Phylarchus: tabescere enim & morbis implicari, qui eorum obtutum, anhelitum, aut loquelam sustinuissent: quod mali, ut est uerisimile, senserunt mercatores aduenæ, qui emptitios inde seruos educere solebant. Quamuis hoc in istis minus mirum uideri queat, quoniam contrectatio, & contagiosa corporum coniunctio, originem quandam morbi euidentem habent: Quemadmodum cæterarum auium pennæ cum aquilinis sepositæ, absumuntur caloris defectu: eædem tamen ubi plumæ computrescent, illæsæ atque à uitio immunes permanent, ita nihil prohibet, quin contactus hominis uel prodesse, uel grauis & exitiosus esse queat. Cæterum quòd ex intuitu malum quis incurrere poßit, fit illud quidem, uti dixi: sed quoniam ambigua est & cæca ratio, fidem non inuenit. Atqui, inquam ego, uestigium quoddam & callem, qui ad explorandam causam ducat, inuenisti quodam modo, postquam ad defluuia illa corporum pertenderis. Nam odor, uox, & respirationis fluxus, defluuia sunt quædam animantium, & sensum permouentes partes, quando ex illorum allapsu afficiuntur: quanquam probabilius est multò, ex

tò, ex animalibus istorum effluxus ortum habere propter calorem, & motum, qui spiritui uelut pulsus quidam aut turbo est, cuius concussu atque aßiduo uerbere, corpus effluuia quædam emolitur usque & profundit: quod tamen per oculos potißimum accidere, consentaneum est. Visus nanque ut est uagus & mirè mobilis, beneficio spiritus aciem oculorum igneam emittentis, mirificam quandam uim dissemιnat: adeò ut illius operà multa & agant & patiantur mortales, quippe qui rebus spectatis delibuti, & moderatis uoluptatibus capi, & molestias sentire poßint. Adde quòd amoris (quæ longè grauißima animæ & uehementißima est affectio) origo à uisu nascitur: sic ut amans diffluat & liquetur, quoties formosam spectat, uelut in illam commigrans. Quare mirabitur quis, arbitror, non abs re, istos qui lædi hominem & affligi ex obtutu rentur, nec tamen eam uim exercere posse aut incōmodare. Mutuus ille aspectus eorum, qui in ætatis flore existunt, & quod ex oculis emanat, siue illud lumen, siue fluxū dicemus, amanteis conficit atque interimit cum uoluptate dolori permista, quam inde ipsi illi γλυκύπικρον, quasi dulce amarum, nuncupant. Qui tangunt, qui audiunt, non perinde uulnerātur afficiunturúe, ut ij qui fixis oculis spectantur, & uicißim spectant: tanta enim ex obtutu in intima uiscera penetratio, tantus ardor nascitur, ut prorsus imperiti amorum censendi sint, qui Naphthæ, quod bituminis genus è Media adfertur, admiratione capiuntur, quòd ex aliquanto spatio ignem corripiat. Formosorum nanq; aspectus, quantumuis in oculos procul illabatur, intestinum in amantium animis ignem succendit. Videmus enimuerò sæpiusculè quid auruginosis opem adferat, qui Rupicem auiculam inspectantes curantur. Ea uidetur animalculum istud

natura

natura temperie'ue præditum, ut trahat & rapiat in se morbum, atque diriuet per oculos, uelut 'elicem quendam. Quæ causa est cur Rupex arquatos non aspiciat, imò ne sustineat quidem, sed aduersetur, atque oculos occludat, non quia remedij usum inuideat (quod existimant quidam) uerum quoniam non secus atque è uulnere saucietur. Inter reliqua morborum genera maximè citißimeq; lippitudinem per contagionem transsumunt, qui cum lippis uersantur. Adeò momentaneam uim habet uisus, ut alteri affricare mali originem & inijcere poßit. Perbellè disseris, inquit Patrocles, quod ad corporeas res attinet: uerum animi affectiones, in quibus & fascinatio cẽsetur, quo pacto aut qua tandem ratione per oculos noxam in uisos transfundere queant? Videris, inquam mihi nescire, quòd pro animi affectione corpus quoq; afficiatur: Venereæ rei cogitatio genitalia surrigit: Canum ille ardor & in inuadendis feris truculentia, sæpenumero eorum obstruit luminibus, atque occæcat adeò: mœstitia, auaritia, zelotypia colorem immutant, habitumq; corporis exterũt ac depeculantur. Nec uerò minus quàm istorum ullum, prauitate corpus imbuere potest inuidia, ubi in animum subierit: Quapropter exprimere prauitatem conantes præstantißimi quique pictores, inuidiæ faciem appingunt. Itaque quoties ij, quorum animos obsedit inuidentia, oculos aliquò defixerint, ac uicini lumina uirus istud animi hauserint, non aliter quàm tela ueneno illita allabuntur: nec fuerit à ratione absonum (mea quidem sententia) nec incredibile tales dum ita spectantur, uirus concipere atq; oblædi. Canum, quos irà feruentes inflixêre, morsus immedicabiliores sunt. Quinctiam genitale semen amantium, simul cõgredientium, melius cohærescere perhibent. Ac sanè in uniuersum animi affectiones uegetant

content

contentioresq́; corporis actiones efficiũt. Hinc est quòd eorum, qui Fascinum præuertere aut amoliri creduntur, genus, ad arcendam inuidiam conferre nõnihil putetur: retracto nimirum uisu dum loco nondum consederit, ut sic minus in affectis hærere malum queat. Isti tibi, inquam, mi Flore conuiuij congressus uelitationesq́; adnumerantur. Tum Soclarus, modò nos, inquit, prius suffragemur istis: adulterina nanq; uidetur alicubi ratio. Si enim quæ uulgus de effascinatis prædicat, ut uera statuimus, nõ es ignarus scilicet, quomodò amicos, familiares, imò parentes quoq; oculis fascinare arbitrentur quidam hactenus, ut ne liberos quidem suos ostendere ijs uelint uxores, aut certè non longo adeò tempore ab ijs spectari permittant. Qua ergò ratione inuidiæ ista adscribi poterit affectio? Quid uerò per Iouem dices de his qui seipsos effascinãt? neq; enim inauditum est tibi istud, aut si minus, legisti saltem:

Et fuerat quondam pulchra coma Eutelida.
At miser in rapido dum spectat flumine uultus,
Sese fascinat: hinc subiti peruiscera morbi
Sæua lues peruasit.

Fertur enim Eutelidas istæ formæ suæ amore captus, è sui spectro in morbum incidisse, bonamq́; corporis habitudinem pariter cum forma amisisse. Cedò quam rationem ad tam absurda euenta excogitare poßis? Aliàs quidem, inquit, sat commodè, nunc uerò tantum calicem (ut uides) ebibens, confidenter aio, Affectiones omnes animæ si plusculum temporis perstiterint, prauum gignere habitum, qui ubi inolitus robur à natura acquisierit, minima de causa, sæpe etiam inuitos, ad ingenita & natiua uitia deducit. Vides meticulosos etiam salutifera formidare: iracundos amicißimis quoque succensere: amatores ac salaces, ne à sacris quidem aut pudicis corporibus

ribus temperare ſibi poſſe, quamuis morti uicinos. Aſſuetudo ſiquidem pro ſua libidine uerſare affectum animũ poteſt. In aliquod malum procliuiorẽ, nutare neceſſum eſt, ac proruere in quæuis obuia diſcrimina. Quapropter indignum eſt admiratione duci, ſi, quos inuidentiæ faſcinationisq; habitum ſibi adſciuiſſe nouimus, in familiare ipſis uitium pro affectus ratione proni ferantur: Huc enim ſtimulati, præſtant, non quod uolunt, ſed quò eos natura rapit. Veluti neceſſariò globus orbiculariter, & cylindrus proprio cylindri motu uoluitur, pro diuerſa nimirum figuræ ratione: Sic inuidum affectio inuidè ad omnia agit. Proinde conſentaneum eſt, tales ſibi familiaribus & adamatis noxam magis conciliare. Atq; ita affici tam bonus ille Eutelidas, quàm cæteri qui ſeipſos effaſcinant, ſummo iure uidentur. Diſcriminis plenus eſt bonus habitus, qui ad ſummum pertigerit, ut ab Hippocrate proditum eſt: quæq; ad extremum uigorem progreſſa fuerint corpora, non conſiſtunt, ſed ruunt, ac facili momẽto nutant in contrariũ. Quocirca ubi plus ſatis ſibi indulſerint, meliusq; quàm expectarant placere poſt inſpectionem cœperint, uſqueadeò ut ſui admiratione curioſoq; intuitu deliniti capiantur, tum pro mutationis, quæ proxima eſt, ratione in peiorem prolapſi habitũ, ſibi ipſis faſcini uim adferũt. Id quod uſu uenit magis à defluuio quod in aquis aut alio quopiam ſpeculatorio obiecto ſubeſt: unde ſurgit in inſpectores expiratus, quo ſe ipſos perinde ut cæteros affligunt. Atque iſtud fortaſſe pueris accidere ſolitum, frequenter cauſam mendacẽ inſpicientibus illos attribuit. Hîc quũ finem ego dictis feciſſem, Caius Flori gener, Nulla, inquit, Democriti ſpectrorum atq; imaginum, habenda eſt ratio, cenſura nulla, ut nec Aeginetarũ, nec Megarenſium: quæ ille dictitat ex inuidis proficiſci:

ſenſus

ſenſus haud prorſus expertia, aut arbitrarij motus, ſed plena tum prauæ qualitatis, tum inuidentiæ, quam expuunt atque eiaculantur, qui ea ſunt imbuti: quorum beneficio confirmata, inſidentia: imò cum effaſcinatis familiaria facta, conturbant deprauantq́; tam corpus, quàm ingenium, Iſtud enim, mea quidem ſententia, uult innuere autor ille, ac ſi uerba ſpectes, magnificè prolata, ac prorſus diuinè uidentur. Planè ita res habet, inquam ego, attamē miror quomodo non animaduerterimus illum ab iſtis effluxibus uim animatam ac uoluntariam ſuſtuliſſe: ut ne interim exiſtimetis me inducendo ſpectra, aut ſpirantes imagines, nec intellectu carentes, terrorem uobis incutere aut horrorem uelle, abſente tantiſper nocte. Quocirca ſi uidebitur hiſce de rebus craſtino mane diſſertabimus.

PROBLEMA NONVM.

Cur ficus arbor facilè amariſsima, dulciſsimos ædat fructus.

EX INDE *de ficubus incidit controuerſia, quamobrem uidelicet pinguis adeò & ſuauis fructus ex arbore prodeat amariſsima. unde ficulnum folium ab aſperitate* θρίου *nomen ſumpſit: lignumq́; ſucco ſcatet, quò fit ut igni impoſitum fumum reddat acerbiſsimum, lixiuiúmque è cinere exuſti ligni uim maximam in exterendo propter acerbitatem habeat. Iſtud uerò ſuper omnia admiratione digniſsimum eſt, quòd quum arbores quæ gemmas excludunt, quæq́; fructus proferunt omnes floreant. Quòd uerò fulmine ici negatur, non abs re amori quis adſcripſerit, & trunci uitio*

aſperitati

asperitati'ue: talia enim creduntur non percelli fulgure, ut neque uituli marini corium, neque hyænæ. Itaque senex sermonem captans, ait, arborem immodicè amaram reddi, & quidem meritò, expresso, quicquid reliqui erat dulcis succi. Veluti nanque prædulce euadit iecur, secreto in unum locum, coactoq; bilioso omni humore: ita ficum consumpto transmissoq; in fructum suum, quicquid pinguedinis maturiq; succi habet, ipsam expertem dulcoris omnis manere. Nimirum, inquam ego, quòd truncus non prorsum utili succo careat, inde coniecturam facio, quia rutam sub ficu crescentem, aut non procul enatam, suauiorem esse mitioriq; succo asserunt, tanquam quæ dulcedinem quandam delibet, cuius ui grauis ille sapor, & impensè satur extinguatur. Nisi certè è diuerso ficum, dum alimoniam ad se attrahit, amarorem istius ebibere dicamus.

PROBLEMA X.

Qui dicantur amici sale tenus & cymino, ibidem cur salem diuinum Poëta dixerit.

SCISCITABATVR apud ipsum discumbentes nos Florus, qui prouerbio dicerentur, Sale ac cymino tenus amici. Id explicuit promptißimè Grammaticus Apollophanes. Hi enim, inquit, amici prouerbio notantur, qui usq; adeò sunt familiares, ut uel solo sale & cymino contenti conuictitarint. Interim unde tanta sali accreuisset opinio atque honos, ambigebamus: Homero clarè dicente,

Diuinumq; ſalem deguſtat:

Nam & Plato ſalis ſubſtantiam legum autoritate ſacroſanctam, dijsq; gratiſsimam ſcripto prodidit. Augebat hæſitationem & illud, quòd in uniuerſum à ſalis uſu abſtineant ſe Aegyptiorum ſacerdotes, qui caſtitatem inoffenſam ſeruant: adeò ut inſulſo pane ueſcantur: Qua ergò ratione, id quod ſacroſanctum eſt & diuinum prophanant & auerſantur? Florus itaq; ualere iuſsis Aegyptijs Græcè modò aliquid ad propoſitam materiam dictare cunctos ſuit hortatus. Tum ego, Nec ipſi, inquam, Aegyptij cum Græcis pugnant: nam caſtitas generis propagationem, riſum, uſum uini, pluráq; etiam quæ ſunt alioqui ſeria & haud quaquam friuola, amputat & è medio tollit. Proinde fortaßis ipſi, quibus caſtitatis unicum eſt ſtudium, à ſale, utpote, qui caloris ui libidinem proritat (id quod nouelli aſſerunt) abſtinent. Adde, quod ueritati eſt conſonum, eos ſalem fugere, ceu delicatiſsimum obſonium: Sal enim tantum, non reliquorum obſoniorum obſonium eſt, & condimentum. quapropter & gratiam ſunt qui illum appellent, quòd cibi potiſsimam partem & utilem condulcoret. Haccine ergò de cauſa, Florus inquit, ſalem diuinum nuncupari cenſebimus? Imò nec iſta minima fuerit cauſa; quòd quæ publicis commodis ſeruiunt, & ad uarios uſus ſunt accommodata, diuinis honoribus mortales dignantur, ueluti aquam, lucem, anni tempora: Nam terra, nõ diuina modò, ſed pro dea etiam habetur. Horum omnium nulli utilitate inferior eſt, ſalis ratio: is corpori nutrimenti caput eſt, & cibo robur ſolidumq; temperamentum ad urgendam appetentiam præbet. Præterea illud conſidera, num & inde diuinitas illi acceſſerit, quòd corpora mortua diu imputribilia durabiliaq; conſeruando, morti quodammodo reluctari uideatur, nec patitur cadauer omninò com-

putreſc

putrescere atque in nihilum redigi. Verum uti anima (quæ pars nostri est diuina cumprimis) animantia conseruat, nec sinit diffluere molem corporis: ita salis ea est natura, ut mortuis corporibus adhibitus, ad imitationem animæ, reuocet ea iam ad tabem prona, & euincat, ac moderatam quandam temperiem, siue Harmoniam constituat, societatemq; mutuam partium inter se. Hinc est, quòd Stoicorum quidam dicant τὴν σάρκα, hoc est, carnem nunc mortuam, fuisse κρέας, id est, carnem animatam: dum anima salis instar aspersa fuerat, quo illa perduraret atque constaret. Animaduertis etiam, opinor, fulmen sacrum existimari atque diuinum, quoniam de cœlo tactorum corpora diu aduersari obluctari'que putredini obseruatum est. Quid igitur miramur, apud Maiores nostros salem creditum fuisse diuinum, qui eadem sit cum diuino igne, fulmine uidelicet, facultate præditus? Quum nihil ego dicerem, exorsus Philinus, Siquidem, inquit, autor & fons est rerum omnium Deus, diuinum'ne tibi uidebitur, quicquid uim habet genitalem? Annuente me, profectò, inquit ille, non parum conferre ad genituram sal putatur, in qua Aegyptios esse sententia, memineras modò. Qui canibus alendis studium ponunt, ubi in uenerem sunt segniores, præter alias escas, salsis muriaq; conditis carnibus excitant iacentem uenerem, morantemq; uim seminalem prouocant. Prætereà, quæ per mare salem cõuectant naues onerariæ, innumeram murium copiam producunt, fœmellis (ut quidam prædicant) etiam citra congressum parientibus, ubi salem illinxerint: Quamuis probabilius sit, salsuginem musculis pruritum concitare, unde in coitum proruant illico animalcula: Atque ob hanc fortasse causam stata mulieris forma nec otiosa, nec illiberalis, sed cum uenustate & gratia quadam, mixta, quæq;

 sensus

ſenſus poteſt inflectere, ſalſa & acris dici ſolet. Quin etiam arbitror Venerem Saligenam dicere, fictitiamq́; de ea ceu mari orta fabulam prodere poëtas: dum uolunt fœcundam prolificamq́; Salis naturam indicare. Inſuper marinos deos in uniuerſum fœcundos, numeroſamq́; habere prolem ijdem oſtendunt. Denique inter animalia tam terreſtria, quàm uolatilia, nullum proferre queas cuicunq́; marino, fœcunditate par: In quam ſententiam ſcripſit Empedocles illud,

Fœcundos piſces, multum quæ ductitat agmen.

Sale tenus & cumino] *οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον* ita & ſuperiùs lib. 4. Sympoſ. ſcriptum legitur, Memini ab Eraſmo meo in Chiliadum opere adnotatum paulò aliter ex Diogeniano, ni fallor, *οἱ περὶ ἅλα καὶ κύαμον*, Sale fabaq́; tenus amici. Quæ lectio, neſcio quomodo arridet mihi magis, ut ſimplicior, ac propterea uerior: nam menſula quantumuis tenuis & ruſticana, fabulas appoſuerit, obuium magis edulium placandæ famis iniuriæ, quàm cuminum.

Τὴν νῦν σάρκα κρέα γεγονέναι.] Locus iſte primore fronte parum perſpicuus, & alioqui *αἰνιγματώδης*, Græca legenti negotii faceſſere queat fortaſſe nonnihil: proinde exiſtimaui mei eſſe muneris (ſi interpretis nomini ritè, quoad eius fieri poterat, reſpondere uellem) obſcurè dictis lucem addere, ſimulq́; eadem opera uerſionis lacinioſæ cauſam ſubtexere. Itaque animaduerſo ex ambigua duarum dictionum, quarum utraque carnem notat, ſignificatione, obſcuritatem omnem naſci, uiſum eſt multa lectione à nobis obſeruata, qualiacunque illa tandem ſint, paucis depromere. Binæ ſunt Græcis dictiones, quæ carnem ſignificãt, nimirum *σὰρξ* & *κρέας*, hanc ego animatam carnem interpretatus ſum: uidetur enim *τὸ κέαρ*, quod animam ſignat, nominis occaſionem illi dediſſe, quaſi ſit animata caro, quæ ethymi ratio adamuſsim expenſa huic loco congruit peroptimè: quamuis & *παρὰ τὸ κερᾶν*, non abſurda uideri queat deductio, quòd è quatuor elementis conflata contemperataq́; ſit: nam eos, qui uim uocabuli *ἀπὸ τοῦ κρατύνειν τὸ σῶμα* trahunt, ualere iubebimus. Altera dictio eſt *σάρξ* aut *σύρξ* lingua Aeolica, uiciniore ortui ſuo uoce, nam *ἀπὸ τοῦ σύρω σύρξω* deriuari autumant, quòd carni

mortuæ

mortuæ(quam propriè Donatus in Terent.carnem,ſi benè conſtat memoria, uult dici, unde & carnifex, quòd carnem faciat, nomen habuerit)corium detrahatur. Itaque ſi iſtam uocum originem ſpectemus, σὰρξ, mortua, κρέας animata fuerit caro: ſed eam rationem nuſquã ferè, quod equidẽ nouerim, apud autores Gręcos,tã ſacros quàm profanos obſeruatã reperias. Adeò Philoſophorũ τὴν ποικίλην στοὰν frequẽtantiũ (inde enim nomẽ habẽt Stoici)ſuperciliũ laborauit ubiq; obſcurũ fieri,ut de cęteris taceã.

PLVTARCHI SYMPOS. PROBL. DECADIS SEXTAE PROOEMIVM.

TIMOTHEVM Cononis filium, Soßie Senecion,à magnificis & opiparis, militaribusq; epulis reuocatum,in Academia exceperat cœnâ Plato, modico quidem apparatu & Muſicè, hoc eſt, frugaliter: haud turgidis,nec decumanis(ut inquit Ion)menſis, quales purus ſomnus, nec crebris interruptæ ſomnijs imaginationes, ſimul cum corporis alacritate,tranquillitateq; ſequuntur. Itaque poſtero die Timotheus ſentiens,quid interſit, hoc an illo modo cœnes, ait eos,qui apud Platonem cœnarent, etiam poſtridiè pulchrè cœnare. Magnum etenim,ut uerè dicam, compendium eſt ad rectè & ex animi ſententia uiuendum, commoda ualetudo corporis haud oppreßi,ſed agilis atq; ad omnem functionẽ ritè peragendam,probè conſtituti. Quin & aliud haud leuius commodũ accidebat Platonicis conuiuis, quæ inter pocula fuerant dicta, animo poſſe reuoluere, ac uelut intueri. Iſtorum enim, qui abdomini ſeruiunt uoluptates ſordidam, nec libero homine dignam memoriam regerunt, & euanidam alioqui, fugientemq;, non ſecus

atq; pridianum odorem, aut relictitium nidorem. Verum enimuero problematum sermonumq; philosophicorum hypotheses, ut memores oblectant, quando nunquam non adsunt nouæ: ita oblitis præbent ansam & materiã eadem audiendi, & ruminandi, secumq; reuoluendi. Quo loco Philologi etiamnum Socraticis symposijs intersunt ac fruuntur, perinde ac illi ipsi, qui tunc unà cœnabant. Et certè si ferculorum apparatus uoluptatem peperisset, poterant & Xenophon & Plato non dictorum, sed obsoniorum, missuum, bellariorumq; in Calliæ & Agathonis mensas illatorum descriptionem memoriæ consecrasse. At quum nunc ista nusquam extent, quamuis apparatu (uti credibile est) operoso, sumptuq; infinito concinnata, aliquam dicendi occasionem præstiterint: tamen quæ philosophicè uelut per lusum apud illos disputata fuere, isti summo studio in scripta retulerunt, relicto nobis exemplo, quomodò non mutuis tantum inter pocula colloquijs animum adijcere, uerumetiam dictorum meminisse debeamus.

PROBLEMA PRIMVM.

Quam ob causam ieiunantes sitiunt, quàm fament grauius.

ITAQVE hic tibi sextus mittitur Conuiualium sermonum liber, quem inchoabit quæstio, Cur intolerabiliùs sitiant, quàm esuriant ieiunantes. Carere nanque ratione uidebatur, quòd sitis, quàm fames periciunantes afficeret magis: sicci nanque alimenti inopia, naturaliter exigere sui restitutionem censebatur. Tum ego ijs, qui aderant fortè, sic. Calor in nobis, inquam, aut solus, aut præ

alijs

alijs maximè nutrimento & fomite opus habet, quemadmodum uidemus prorſum nec aërem, nec aquam, nec terram alimentum expetere, aut admotum conſumere, præter ſolum ignem: qua ratione adoleſcentes caloris nimirum beneficio, uoraciores exiſtunt ſenibus: rurſus facillimè inediam tolerat ſenium, ut cui torpeat exiliſq; & defectus iam ſit calor, ad exemplum animalium exanguium, quibus ob caloris inopiam nutrimento non admodùm eſt opus. Nam exercitium, uociferatio, & quæcunque tandem motu calorem augent, quodlibet animal ſuo in genere, ſuauiùs ſtudioſiuſq; ueſci faciunt. Calido autem nutrimentum eſſe quod cumprimis ſecundum naturam eſt, humidum arbitror: Sic flamma oleo increſcens docet: & quòd cinis facilè ſiccißimus ſit omnium, quippe exuſto humore omni: nam quod terreum eſt, humore deſtitutum iacet. Interim uerò diuellit diducitq; corporum ferruminaturam ignis: depeculando exugendoq; glutinoſum ſuccum, qui corporis compagem colligat. Quando igitur ieiunamus, ſi quid in corpore reliquum eſt alimenti, abſumit humidum primò & ui diripit calor: mox ad ingenitum carnis & natiuum humorem depaſtinãdum flamma procedit ſtudio perſequendi eius, quicquid eſt humidi concita. Confirmata igitur, uelut in luto fit, ariditate, potu, ut magis indigeat corpus, natura comparatum eſt, donec bibentibus nobis calor rediuiuus ac reſumptis uiribus, ſolidioris alimoniæ appetentiam creat.

PROBLEMA SECVNDVM.

An ſitim famem'que indigentia concitet, an uerò pororum ſtatus commutatio.

His dictis, Philon medicus primum argumentum mouit, negans alimenti inopia nasci sitim, sed exiliũ corporis meatuum commigratione. Docent hoc partim, ij quos noctu sitis urit: nam si obdormierint, citra potum etiam sitire desinunt: partim febrientes, qui remißionis tempore, aut cessante omninò febre, continuò siti liberantur: Multis ubi lauerint, & certè quibusdam ubi euomuerint, sitis desijt: Quorum tamen nullum succi copiam adauget. sed solus in causa labor est, qui aliquid huc confert, ut in pororum statu permutando alius ordo & dispositio acquiratur. Clarißimum rei documentum præbet fames: Nam inter ægros quidam fame laborant simul, & appetunt tamen nihil: Nonnullis etiam saturis'ne tantillum quidem remittitur appetentia aut refrenatur, imò intenditur potius & perdurat. Iam uerò & plerique fastidientium cibum, assumpta oliua condititia, aut degustata cappari, continuò resumunt atque restaurant appetitum. Ex quo liquet manifestißimè, affectione quadam pororum, haud alicuius indigentia, famem in nobis constitui. Eius nanque generis edulia, famem minuunt his, qui apposito cibo esuribant. Ita fit, ut salgama sua acrimonia & adlubescentia, qua palato commendantur, uentriculum comprimendo cogendoq́;, aut rursus remittendo relaxandoúe, mordace quodam cibi robore temperamentoq́; illũ imbuant, quã Orexin siue appetitionem nuncupamus. Visa sunt mihi quidem ista probabilibus inniti rationibus, sed tamen cum eo, quod caput est & præcipuus naturæ finis, ad quẽ omnia animantia appetitus rapit, id quod deficit sarcire desiderans, & quod sibi deest semper persequens, pugnare. Illud nanq;, quo ab inanimo potißimũ discrepat animãs, negare ad conseruationẽ & tutelam

tutelam nostri, uelut in corpore oculorum, existere: ac existimare affectum esse illum mutationemq; pororũ pro molis exiguitatis'ue ratione fortuitam, eorum est, qui (ut simpliciter dicam) nullo loco naturam statuunt. Deinceps rigorem metiri defectu natiui corporũ caloris: sitim uerò & famem eximere defectioni naturalis humoris, solidæq; alimoniæ prorsus absurdũ est. Sed longè etiam maioris uecordiæ est, dicere quòd natura propter plenitudinem, euacuationẽ amet: repletionem uerò non inanitionis gratiâ, sed ob aliam quandam innatam paßionẽ. Atq; adeò istiusmodi in animalibus neceßitas & suppetias ferendi studium, nihil ab ijs quæ in agricultura fiunt, differt: multa enim sunt illic quæ similiter patiuntur, pariq; ratione remedium sentiunt. Vbi squallent arida omnia, irrigando insuccamus plantas: ubi efferuescit æstus, leniter refrigeramus: ijsdem in frigoris iniuria fouendis damus operam, muniendisq; operimentorũ multiplici obiectu: quodq; in nostra non est facultate, Deum supplere precamur, largiri rorem tenerum, & lenia uentorũ spiracula. Adeò semper natura quò temperiem conseruet, eius quod deest, supplementum habet: ita uti credam alimoniam τροφῆς nomen accepisse, quasi conseruatricis naturæ. Sed ut plantæ eam conseruant, in sensibiliter, quantum fert usus (ut ab Empedocle dictum est) ex ambiente insuccatæ: sic appetitus nos docet inquirere & quod temperamento deest sectari. Porrò uideamus quã non sint ueritati consona, quæ sunt dicta hactenus. Primùm, quæ lubentiam quandam oris habent & acredinem, nescio quomodo cibi conceptaculis non appetentiam, sed morsicationem conciliant, quemadmodum pruritus, titillationem, dum cutim quippiam scarificat & pungit. Quòd si omninò orexin prouocat etiam hæc affectio, rationi con-

Τροφὴ, παρὰ τὸ τηρεῖν τὴν φύσιν.

ſentaneum eſt, ab eius generis cibis diuidi atque tenuari ea quæ debent, eſuritionemq́; inducere, non adaptatis commutatisq́; meatibus, ſed inanitis atque expurgatis: aeria nanque, acerba, & ſalſuginoſa, materiam cibumq́; ingeſtum conſtringunt, diſtrahunt, atque diſcutiunt, adeò ut nouus appetitus concilietur. Itaque meatus, non ratione permutati ſtatus, ſitim ſedant, ſed dum carnis humorem ebibêre, liquidioreq́; imbuti fuêre uapore. At uerò uomitus, dum reijcit id quod naturæ eſt inimicum & alienum, naturæ facultatem liberam præſtat, fruendi proprio & familiari humore: Nec enim in redundante humore quouis conſiſtit ſitis, ſed in naturali ac proprio. Proindeq́; multi ſint licet alieni humores, ſitis tamen nihilò ſecius hominem urgebit: requiritur nanque qui è natura eſt liquor, circa quem uerſatur appetitus, nec illis permiſcendi ſe poteſtatem facit, neque contemperaturam concedit, donec expulſi emigrauerint: ac tunc meatus, quod ſui eſt generis, excipiunt. Porrò febris, quicquid eſt humidi, in altum ſolet repellere: ubi cum inteſtina loca exuruntur, compreſſus intus humor omnis conſumitur depaſciturq́;. Quò fit ut multis & uomitus ſuccedat, arctatis interaneis, ac ſic compreſſu reijcientibus humores: & ſitiant, eò quòd reliqua corporis moles inopia liquoris ſiccitateq́; moleſtetur. Quando uerò febris remittitur, & è corporis meditullio receſſerit calor: rurſus diffunditur, & priſtinum propriumq́; quem natura præſcripſit, locum undequaq́; recuperat humor, unde ſimul & interaneis à labore laxamentum præbetur, & caro pro aſpera & ſqualida, læuigatur, ac tenereſcit mollisq́; redditur: interdum uerò etiam ſudores promouentur: Qua ratione fit, ut quæ ſitim conflauit humili inopia, deſinat atque ceſſet, humore in debitum deſideratumq́; remigrante

locum,

locum relicto eo qui grauabatur, ægreq; respirare à fasce atq; existere potuit. Quemadmodum in horto quantumuis abundet aquis puteus, ni tamen plantas irriges deprompta aqua, sitire alimẽtoq; destitui eas necessum est: sic intra corpus in unum locũ contractis humoribus, nil mirũ si inopia siccitateq; reliquæ partes afficiantur eatenus, quoad refluant ij & refundantur. Ita enim usu uenit tam in febrientibus, remisso febris æstu, quàm in ijs qui à siti obdormuerint: quòd in istis ex alto reuocãs humores somnus, ac mem bris undequaq; dispartiens, æqualitatẽ quandam inducit, ac saturitatẽ. Alioqui prædicta meatuum status cõmutatio, quà sitis famesq; constituitur, cedò qualis tandem est? certè ego non uideo quod sit meatuum dissidium aliud, nisi quòd plures paucioresúe aut concidant, aut diducantur. Vbi concidunt, ne potum quidem aut cibum admittunt: rursus ubi dirimuntur atq; dehiscunt, intercapedo relinquitur & uacuum spatium, quæ est inopia eius quod secundum naturam est & familiare. Sic, inquam, uir optime, pannorum qui tinguntur imbutura, locum habet suum in austero, & abstersorio, quorum ope excretis consumptisq; superfluis, meatus illi exiles excipiunt melius & imbibunt libentius pigmenta, propter defectum uacuitatemq;.

PROBLEMA TERTIVM.

Cur famelici, si bibant, fame liberantur, sitibundis uero si comedant, increscat sitis.

H*is dictis, qui nos cõuiuio exceperat, utcunq; ista disseri, ait: simulq; ad aliam quæstiunculam, has meatuum inanitiones repletionesq; reuocat subitò, cur famem*

famelicis

famelicis potus placare poßit: é contrà sitientibus augesce-re sitim oblatis edulijs contingat. Huius rei causam facillimè & probabiliter comprimus, isti qui meatuum rationem inuehunt, inter cætera reddere uidentur. Nam quum meatibus constent omnia, sitq; meatus alius alia prǽditus symmetria, latiores quidem siccum pariter humidumq; alimentum capiunt: exiliores liquorem solum admittunt: ij inaniti sitim conciliant, illi famem. Itaque siticulosi, si comederint, nihil opis sentiunt, respuentibus siccam alimoniam angustiæ ratione, meatibus, priuatiq; indigis nutrimenti. Contrà, famelici si bibatur, potus in grandiores poros impactus, subit, & loca uacua implet, unde famis remittitur uehementia. At ego, quamuis constaret mihi, rem uerè ita fieri, rationi tamen adductæ acquiescere nolui. Si quis, inquam, poris istis, quibus addicti sunt nonnulli suffragantur q;, carnem perforet, nihil aliud, quàm iunculentam, tremulam, ac putrem eam facit, adeò ut per has corporis partes non cibus, non potus commeet, sed eæ cribri modo hâc illacq; perfluant & excernant, prorsus monstri simile fuerit, & perabsurdum. Illa nanq; humidi cū cibis permixtio, eos comminuit, adiuta ope caloris interni, ac spiritus, accuratius perfectiusq; quàm instrumentum etiam quodlibet, omni genere sectionum incisionumq; atterit & confringit cibum, sicut quælibet eius pars cuilibet membro associetur & familiariter adiungatur, non uelut suppingendo opplēdoq; rimas ac foramina, sed unita adnataq;. Ac certè nisi ita statuatur, indiscussum relinquitur præcipuum quæstionis caput. Qui enim manducant, nisi biberint, sitim tantum abest quòd sedent, ut adaugeant etiam. Qua quidem de re nihil hactenus dictū est. Sed an dilucidas rationes assumamus, animum applicato. Primum sumamus à sicco consumi humidum

humidum & aboleri: rursus humore imbutam rem siccã, itaq; emollitam, diffundi euaporareq;. Deinde statuamus non omninò sicci alimenti exclusionem esse famem, ut nec humidi, sitim: sed esse moderati eiusq; quod satis esse potest, deliquium: ita ut si planè ab alterutro deficiat quicquã, non fames, non sitis sequatur, sed repentina mors. His *ita statutis, haud operosum est & difficile causam perspicere. Siquidem comedenti sitis increscit ob cibi ariditatem, qui reliquum in corpore humorem diffusum ac dispersum, ut est exiguus & languidus, colligit atq; exugit: haud aliter in rebus externis usu uenire uidemus, quòd terra pulueres aut potius cœnosa humori commixta, in se rapiat, absorbeat, cõficiat deniq;.* Rursus *quòd famem potus compescat, constituitur necessariò, nam humor dum præmissos cibos duros atque exuccos irrigat, & innato succo uaporeq; perfundit, intrò eos conuehit, locisq; commodis & ubi opus est, suppingit.* Proinde *non malè* Erasistratus, *humidum, cibi uehiculum dixit: suo enim admixtu, ijs, quæ siccitatis aut morbi uitio segniter cõmeabant, ponderosioraq; fuerant, & uiam parat & ea secum rapit.* Prætereà *multi reperiuntur, qui loti tantũmodò citra potus usum, famere desierunt, implacabili prius & sæua fame oppreßi: extrinsecus enim subiens humor, succulentiora reddit corpora, & alit non parum, dum interna mollificat & demulcet, sic ut acerba illa & effera famis uis remittatur atq; mitescat.* Hinc *est, quòd diutißimè uitam producant ex ijs nonnulli, qui duriter ac parcè uictitant, sola aqua ingesta, dummodò non omne quod nutrire corporiq; agglutinari potest, exaruerit.*

PROBLEMA QVARTVM.

Quam ob causam puteana aqua de-

prompta,

prompta, si in eodem putei aëre pernoctet, frigidior reddatur.

HOspiti qui frigidam potabat, uoluptuario homini, puteanam aquam famuli frigidiorem præpararant hoc modo: hauriebant uasculo aquam: id in puteo suspensum, ita ut terram non attingeret, pernoctare patiebantur, itáque in cœnam inferebatur recenter hausta frigidior. Erat autem is hospes in inuestigandis rationibus apprimè curiosus: atque istud se ex Aristotele sumpsisse aiebat, nec carere ratione, eam esse talem. Quælibet aqua prius excalfacta, frigidior multo fit, qualis est quæ Regibus præparatur, cui decoctæ ad ebullitionem usque, uasculo conditæ, ingentem niuis congeriem accumulant undique: sic frigidior redditur. Ita nimirum & nostrum corpus balneo lotis, inhorrescit magis frigore: nam remißio quæ ui caloris fit & exhalatio, corpus quod innumeris perforatum est poris, rarum efficit, ut multum admittat externũ aërem, unde uiolentior nascitur alteratio. Quando igitur ex aëris uerbere succussata aqua & commota calorem incurrerit, celeriter etiã refrigeratur. Hîc collaudato sene ob memoriæ fidelitatem firmitatemq; de ratione disquisitionẽ instituimus. Nam si aër, in quo lagena suspenditur, friget, quo pacto aquam calefaciet? sin calet, quî poterit refrigerare denuo? Prorsus nanque rationi dissonum est, ut idem ab eodem, nullo facto discrimine, diuersa patiatur. Vbi obtinente sene & hæsitabundo, de aëre, inquam, controuersum non est, quippe quem frigidum esse sensus dictat, maximè tamen imò putei. Quapropter nullo fieri modo potest, ut ab algido aëre incalescat aqua: imò quod plus est, frigidus iste aër aquæ putcali immutandæ non est, ob nimiam aquæ copiam. si tamen

pauxillum

pauxillum educas & paulatim, iam aër uires suas exercere, refrigerareq; magis poterit.

PROBLEMA QVINTVM.

Cur glareæ & laminæ è plumbo ductiles aquam iniectæ frigidiorem efficiant.

AT enimuero de glareis silicibus'ue, inquam ego, & de cotibus, haud absimilis est controuersia, quæ in aquam coniectæ, refrigerare eam & constringere existimantur, id quod ab Aristotele scriptis proditum est. Rectè narras, inquit ille, hoc solum in Problematibus fieri narrat: uerùm nos ad inquirendam causam accingamur, est enim difficilis cumprimis. Planè, inquam ego: ac mirum utique mihi uideatur, nisi fugiat nos ista ratio: nihilominus ita omnino habete. Primùm nónne tibi uidetur ab aëre extrinsecus ingruente algescere aquam? plus uerò in lapides & cotes incumbens ille habet uirium, quippe quem non deserunt aut effluere sinunt, moræ æneorũ fictiliumq; uasorum: sed constrictum coactumq; spißitudinis suæ ratione, in aquam expuunt: adeò ut per totam eius substantiã, uis frigoris imprimatur uehemens. Quapropter brumali tempore acerbius frigus amnes, quàm mare infistat: in illis nanq; uim suam exercet algidus aër totus penetrans seseq; exerens: in mari uerò ob profunditatem resoluitur & uim perdit, nihil inueniens quod relidat eum, suoq; obiectu repercutiat. Aliter quoque probabile est, aquas, quò sunt lympidiores tenuioresque, hoc perfrigescere magis: ubi imbecillitas in causa est cur domentur. Porrò cotes & silices aquam attenuant, quòd fœculentum in ea & terreum est

permix

permixtum, contrahentes, ab eaq́; separantes, sic ut tenuior debiliorq́; aqua reddita ab frigoris iniuria edometur citius. Alioqui quod ad plumbum attinet, est id naturâ frigidum, id quod aceto extritum, unum ex ijs quæ lætalia sunt pharmaca, frigidißimum semel, producat, cerussam scilicet. Accedit quòd silices densatione, frigus fundo tenus inducunt. Lapis enim quicunq; sit, terræ perfrigeratæ condensatæq; præalgore cõcrementum est: & quò solidior est & spißior, hoc magis ad eam naturam accedit. Quare incommodi nihil est, si aquæ frigiditatem cum lapis, tum potißimè plumbum illo renixu atque relisu adaugeat.

PROBLEMA SEXTVM.

Quæ causa sit cur acere pannisq́; conseruetur nix.

ITAQVE *paululum dato respirãdi spatio, Amantes, inquit hospes ille, cum amasijs ipsis colloqui præcipuè expetunt, sin minus, de ijs saltem: Idem & mihi in niue usu uenit, quæ, quia non adest nec ad manum eam habere datur, fert animus discere, cur calidissimis rebus conseruetur. Etenim palcis illam uelut fascijs communitam, pannisq́; rudibus undiq; obtectam, diutißimè illæsam tuentur. Mirum proinde fuerit à calidißimis quibusq́;, frigidißima conseruari in suo statu. Planè inquam, si modo uerum istud est: non tamen ita habet, imò nobis potius ipsis imponimus, credentes id quod calidum est, illico etiam calefaciendi ui esse præditum: quum eandem uestem hyeme calefacere, in solis æstu refrigerium adferre dicamus: ueluti nutrix illa apud Tragicum, Niobes prolem*

prolem detritis obsoletæ lenæ inuolucris fouet & refrigerat simul. Sic Germani uestem comparant solùm aduersus gelu munimen & obtegumentum, Aethiopes contra æstum modo, nos uerò utroq;. Quare calidam optimo iure dicemus, si calfaciat: sin refrigerium conciliet, frigidam. Et certè si sensus iudicium sequemur, frigida fuerit dicenda potiùs. quippe tunica ubi primum eam induimus, frigida nobis occurrit: & thoro decumbentibus, stragula: mox tamen emicante è nobis calore saturata, calorem adiuuat: idq; partim comprimendo continendoq; calorem: partim uerò excludendo arcendoq; à corpore & frigoris iniuriam & externum aërem. Qui febriunt æstuant'ue, continenter mutant uestimenta, eo quòd iniecta frigus adferat, quamuis mox iniecta excalfiunt à corpore. Quemadmodum igitur uestis accepto à nobis calore, calefacit: sic à niue frigefacta, uicißim eam refrigerat. Refrigeratur autem à niue tenuem spiritum, siue flatum exhalãte, qui insidens eius concrementum compingit atque continet: quo euanescente in aquam abiens diffluit atque liquitur: simulq; deflorescit candor & disperit, quem spiritus humori commixtus assumpta spumæ natura dederat. Proinde tum frigus undequaque obuallatum & opertum uestibus inhibetur & includitur: tum etiam externus aër repressus niuem congelatam non dissecat, non liquat. Accedit ad hæc rudium pannorum commoditas illa; quòd uillosi aridiq; flocci non patiuntur grauiter pannos niui incumbere, neu fungosam eius raritatem deprimere. Haud dißimuli ratione & palea leniter incumbens propter leuitatem comminuere glaciatam niuem non potest: alioqui uerò etiam densum & solidum operculum ea præbet. sic, ut & aëris feruorem discludat, prohibeatq; à niue frigiditatem abscedere. Porrò, quòd colliquationem pariat spi-

ritus demigratio,eſt illud ad ſenſum manifeſtum: nam liquefacta nix,flatus creat.

PROBLEMA SEPTIMVM.

Sit'ne percolandum uinum.

NIGER *ciuis noſter è literario ludo domum erat reuerſus,præceptore uſus clariſſimi nominis Philoſopho non ita diu, quo tamen ipſo tēpore(dum philoſophus iſtud non deprehendit, aut caſtigat) imbiberat odioſa quædam moroſioraq́;,increpandi eius libertatem imitatione exprimens, & quibus cum conuerſabatur refellere nulla non in re ſolitus. Itaque euenit,ut conuiuio nos exciperet Ariſton: hic ille cum reliquum omnem apparatum plus iuſto ſumptuoſum opiparumq́; damnare inſtitit: tum uinum haud debere percolatū inferri dixit, ſed iuxta Heſiodi præſcriptum,ut à dolio depromptum fuerit,bibendum eſſe,innato robore,ac ui natiua etiamnum præditum. Eiuſmodi nanq́; defæcatio primum frangit neruos omnes uini,caloremq́; extinguit, quippe euaneſcentem expirantemq́;, ubi toties inſaccatur percolaturq́;:deinde curioſitatem quandam & cultum aſcititium prodit,ac mollitiem: quando utilem iſti partem abſumunt & corrumpunt, quò dulcedinem adulterinam comparent. Quemadmodum enim caſtrare gallos ac porcellos, præter naturā eorum carnem reddendo molliculam & fœmineam,hominis eſt haud quaquam ſani, ſed luxu corrupti:ita(ſi admittetis metaphoram)caſtrant uinū & effœminatum reddunt iſti excolatores: nimirum hos naturæ imbecillitas ſapere prohibet, & præ intemperantiæ ſtudio certis modulis uinum bibere non amant: iſtum habent illi bibacitatis prætextum, artificioſumq́; commentum. certè*

uim

uim meram uini depeculantur & auferunt, reliquâ mole relicta, quemadmodum, qui ægris frigidam respuentibus, decoctam porrigunt. Nam quòd aciem uini & robur omne percolatione eximant, detrahant, atque adeò uitient, euidens argumentum est istud, quòd pristinas uireis non tueatur, sed fæce uelut radice sua excisa atque extincta intereat: utcunque sit, quòd uinum, fæcis nomine haud obscurè designarint ueteres: ut caput aut animam, à principibus corporis partibus diminutiuè solemus hominem nominare: & qui uiteum prouentum colligunt uindemiatores, τρυγᾷν quasi fæcare dicuntur: & Homerus uitiferum locum, ἀλωὴν τρύγιον quasi fæculentum dixeris, appellat. Quid quòd uinum & ferrugineum & rubrum nuncupare solet: nimirum ille aliter, quàm Aristion pallidum & præ nimia defæcatione luridum, nobis apponit. Vbi renidens Aristion, Non pallidum bone uir, inquit, nec exangue: sed placidum & nitidum, uel primo statim aspectu. At uerò tu, obscurum noctis instar, & uelut atro horrore nigricans, ingurgitasse gaudes: ac propterea defæcationem damnas, ubi tale uinum reiecta ueluti bile, ac deposita grauedine, & ui inebriatoria, omni denique uitio, citra tumultum leniter se nobis insinuat, cuiusmodi bibunt apud Homerum heroes: is uerò quando uinum αἴθοπα, hoc est, ferrugineum appellat, atrum non intelligit, sed perlustre & nitidum. Nam quum antea æs ἤνοπα & νώροπα, hoc est, splendicans atque coruscum dixisset, noluit tamen ferrugineum uocare. Quemadmodum itaque sapiens ille Anacharsis quædam in Græcis damnauit, ignem tamen è prunis non potuit non commendasse, quòd fumo foris relicto domi ignem intuerentur: sic quoq; iustius alia nobis quæpiã uitio possetis uertere uos sapientes. Quid enim quæso peccatur, si à uino exclusa discussaq; ui illa

nociua, qua mentem turbat atque molestat, nitorem purum addimus, non ascititium fucum? si non sublata uelut à ferro acie ipsa & robore, sed potius rubigine ac sordibus decussis, uobis illud apponimus? nimirum quia non percolatum, fortius est, si dijs placet. At enim ò bone deliranti insanienti'ue, ubi helleboro usus commodaq; uictus ratione, ad mentem redierit, impetus ille acer, & uehementia subsidit atq; exolescit: at genuinum robur moderatioq; corpori redditur. Eodem sanè modo uinum à fæcis spurcitia repurgatum, uim illam furiosam & rebellem, in mansuetum ac sanum habitum restituit. Plurimum uerò interest, ut arbitror, inter purgationem & inter elaboraturam siue curiositatem: nam fœminæ fuco tinctæ, unguētis delibutæ, auro & purpura onustæ, curiosæ formamq; elaborasse uidentur: solij tamen usum, & unctionis, alendæq; comæ studium in fœminis nullus damnauerit. Certè Poëta mira gratia, discrimen in Iunone comente sese, demonstrat inquiens,

Iliad. ξ. Ambrosio primùm Saturnia diua liquore
Extersit sordeis, udoq; perunxit oliuo.

Atq; hactenus quidem in comptu spectatur puritas: uerùm ubi fibulas aureas assumit, elaboratasq; arte inaures, ac tandem illecebras, quas pollicetur cæstus, tractat, curiositatis nomen meretur res ipsa, imò in lenocinium uxori indecorum abit. Quapropter qui aloë aut cinnamomo uinum tingunt, aut croco edulcorant, ij non secus atq; fœminam comptam prostitutamq; symposijs publicant: at qui spurcitiam inde auferunt, & quicquid inutilis est materiæ, ij medicantur uinum ac repurgant: Reliqua enim omnia meram curiositatem uocaris, si uel à domesticis rebus incipere placeat. An non partes quædam tectorio inducuntur, quædam patent ambienti, unde purum maximè aërem domus hauriat, lumenq;

menq́; admittat ab occiduo ſole? no'nne extrita exterſaq́; debent eſſe undiq́; pocula, ut niteant, ut ſplendeant? no'nne eadem nihil ſqualloris, ſpurcitiæ nihil obolere debent, & ne quid purulenti ſordium'ue potum compleat, curandum eſt? & quid cætera recenſeam? Nam & frumenti in panem con flatura (quæ nihil eſt aliud tandem, quàm purgatio quædam) quanto ſtudio, quanto labore paretur, uides. quandoquidem non acerum modò excuſſio, cribratio, euannatio, ſecretioq́; tum frumenti, tum farinæ adhibentur, ſed & ſubactio, quæ exprimat fermenti inæqualitatem, atque repurget, maſſamq́; cogat, ut edendo eſſe poſſit. Quid mirum eſt igitur, ſi uini partes fæculentæ, tanquam furfures quidam, aut aceres, percolatione tollantur, præſertim quando nec ſumptus adſit aliquis in defæcando, neq; adſit negotium.

PROBLEMA VIII.

Vnde naſcatur inſatiabilis illa edendi cupiditas, quàm nos appetitum caninũ, illi βούλιμον appellant.

SACRVM quoddam eſt patrium, quod publica in ara prætor peragit: cæteri intra lareis quiſque ſuos. Ei nomen eſt, Bulimi proſcriptio. Solent autem famulum aliquem uirgulis è uitice compactis uerberatum foras exigere, atque eliminare, addito hoc elogio: Foras Bulimum, intus cum opibus ſanitatem. Me itaque Prætore, plures ad rem diuinam conuenerant, peractisq́; patrio ritu ſacris accubueramus. Hîc quæſitum fuit primùm, de ipſo bulimi nomine: deinde quid uellet uſitatus ille uerſiculus,

quem ad eliminari solitum dictitarent identidem: præcipuè uerò, unde nasceretur ista affectio, quidq; in ea accideret. Itaq; Bulimum ingentem aut publicam famem significare, quorundam fuit sententia, præsertim apud nos Aeoles, qui loco, b,utiumr,p, nec enim bulimum, sed polylimum, quasi polimum dicas denuò, efferimus. Nam *Bubrostis diuersum quid à Bulimo esse uidebatur. Huius rei fidem petebamus ex Metrodori de rebus Ionicis cõmentario. Narrat enim Smyrnæos, qui priscis temporibus Aeoles fuère, Bubrosti taurum pullum immolare, quem dissectũ, integrum nec excoriatum, ignibus adolent. Porrò, quia fames in genere, morbi speciem habet, ac præsertim canina ista, affecto præter naturam corpore, inuadit: perquàm aptè illi ceu defectui opponunt diuitias: ut morbo, sanitatem. Quemadmodum autem nausea nomen obtinuit, propriè in ijs, qui inter transfretandum in nauigio, eijciunt stomachũ: usus tamen inualuit posteà, ut istius affectus nomen transiret ad eos, qui quomodocunq; ita afficiuntur. Sic utiq; & bulimi nomen inde natum, huc usque pertendit. Atque ista quidem promiscuè ab omnibus dicta, quasi è communi collatitiam cœnam impleuêre. Veruntamen ubi causam affectus attingere cœpimus, primo loco in controuersiam uenit, quid rei esset, quur per niuem iter facientes canina fame impetantur. Quemadmodum Brutus Dyrrachio ad Apolloniam, expeditionem mouens ex hac affectione uitæ discrimen incurrit. Nix erat alta, & cõmeatus conuehentium nullus sequebatur: itaq; quũ collapsus animo deficeret, cogente necessitate milites ad mœnia accurrerũt, panem flagitaturi ab hostibus mœnia præsidio tenentibus. Quo confestim impetrato oblatoq;, Brutus animũ resumpsit: eóq; nomine redactâ post in potestatem urbe, pepercit omnibus, humaniterq; usus est.* Hoc *morbi genus incurrunt cum equis &*

Βούβρωστις, uehemens fames.

asini

asini, tunc præsertim quando ficus recentes, aut mala baiulant. Quodq; admiratione dignißimum est, non homines modo, sed & iumenta, inter omnia edulia, præcipuè panis reficit: adeò ut uel minimo eius esu remedium sentiant, ac progredi queant. Hic oborto silentio, conscius ego, quantopere senum argumenta, degeneres, tardos, indoctosq; homines, sopire quodammodò & exatiare solcant: rursus generosis quibusq;, & eruditis seminarium inserant atque audaciam rimandæ inuestigandæq; ueritatis, Aristotelis sentẽtiam protuli dicentis, Interna uehementer incalfieri, urgente forinsecus magno frigore, ac nasci inde colliquationem haud paruam, quæ si in crura defluat, laßitudinem oriri & grauitatem: si in motus respirationis'ue fontes atque principia, animi deliquium, eademq; ratione uirium quoque debilitatem sequi. Atque in isto uersari probabilem narrationis antedictæ causam, conclusum fuit. Assentientibus autem huic sententiæ alijs, alijs rursus impugnantibus, Soclarus primam rationem perbellè constare inquit: refrigescere enim plus satis atque condensari eorum, qui per niuem ambulant corpora: prætereà ui caloris nasci colliquationem, unde quasi à globo sanguinis, respirationis fons & origo intersepiatur atque occupetur: uideri tamen sibi potius, calorem coactum exundantemq; intus alimoniam consumere, qua deficiente, ille ad instar ignis contabescat & extinguatur. Hinc fieri, quòd esuriant uehementer, & pauxillum omnino comedentes, confestim refocillentur: id ipsum enim quod porrigitur ueluti quendam caloris esse fomitem. Cæterùm medicus Cleomenes λίμον, hoc est, famem in huius dictionis compositionem irrepsisse temerè, asserebat, citra rei ipsius expreßionem, quemadmodum fit in καταπίνειν, id est, deglutire, temerè iungitur τὸ, πίνειν, quod ὑπέκκαυμα.

bibere significat: aut in ἀνακύπτειν, hoc est, emicare, locũ non habet τὸ, κύπτειν, quod sonat inclinare. Neq; enim Bulimon, famem esse, uti uidetur, sed uentriculi affectum, qui animi deliquium propter concursum famis, inuehat. Proindeq; eadem ratione Canino appetitu laborantes pane refocillari, qua odores animo deficientibus medentur: non quia cibi indigi sint, (constat nanque uel exiguo penitus alimenti usu recreari eos.) Sed quia spiritus & uireis fugienteis panis odor reuocet. Quòd uerò Bulimus sit quidam animi defectus, non fames, fidem facit, id quod in iumentis usu uenit de ficuum & pomorum odore: qui non famem, sed quandam potius oris uentriculi morsicationem laniatumq; ac aßiduam commotionem inuehit. Mihi quidem & ista sat benè dicta uisa sunt à contrariâ origine deprompta, fieri posse, ut non constipatio ac compactio, sed raritas & dissolutio in causa sit, si decretum est assentiri uerisimilibus. Spiritus enim qui à niue diffluit, est quidam ueluti aër eius concrementi, & minutißimum quid: habetq; facultatem penetrandi diuidendiq; non carnem modò, uerùm etiam argentea atque ærea uasa: uidemus enim ab istis non cohiberi niuem, quippe quæ in flatus resoluta, liquitur atque externam uasis superficiem madore implet tenui & glaciali, quem occulta ratione per meatus insensiles spiritus diffluens dimittit: Qui quidem spiritus iter per niuem ingreßis, acutè penetrans ac flammeus, adurere extremos artus uidetur, diuidendo transuerberandoq; carnem, non secus atque solent ignita facere. Itaque laxitas difflatioq; fit in corpore magna, & calor effluit, ac extincto spiritus illius frigore cutim ambiente, roreũ exhalat sudorem ac tenuẽ, ita ut dißipentur contabescantq; etiam uires. Si quis igitur conquiescat, parum caloris dilabitur: at ubi corporeus motus alimentum in calorem ui ma-

gna

gna conuerterit, & calor effertur diducta carne: unde necesse est subitum quoddam (ut sic dixerim) deliquium uirium nasci. Cæterum quòd non cogat modò, sed eliquet etiam corpora frigus ingens, hinc discas licebit: uehementißimo nanque frigore plumbi laminæ colliquescunt interdum per exudationem quandam atque defluuium. Deinde *quòd plærique etiam non famescentes caninam hanc famem incurrunt, arguit potius dissolutionem, quàm corporis constipationem.* Nascitur *autem ea raritas hyeme præcipuè ob exilitatem partium, uti dictum est: aliter uerò etiam ubi labor motusque acuerint atque intenderint calorem natiuum, qui tenuatus ac laborando defatigatus multus fluit ac disseminatur per corpus paßim. Quod uerò ad mala & caricas attinet, ueri non est dißimile, ea talem expirare odorem, unde iumentorum calor extenuetur, & depastus minuatur: alia nanque aliis & refocillare spiritus & exoluere ualent.*

PROBLEMA NONVM.

Cur Homerus cæteris quidem humoribus peculiaria tribuit epitheta, solū uerò oleum liquidum appellat.

NATA *fuit quodam tempore controuersia, cur inter humorum, qui sunt non pauci, genera, cætera propriis epithetis insignire soleat* Homerus: *ueluti lac candidum, mel flauum, uinum rubrum uocitās: at oleum solum, accidente omnibus ex æquo cōmuni, liquidū appellet, noua quadā ratione. Ad quā quæstionē sic fuit responsum: Dulcißimum esse quod tota substantia sit dulce,*

candidißimum, quod ex toto candidũ. Tale autem est unũquodq; cui nulla portio repugnantis naturæ permixta fuerit. Ea ratione dicemus liquidũ esse uel maximè, cuius pars nulla sicca sit: id quod oleo competit. Primùm nanque læuitas eius docet: quàm sint æquales inter se partes omnes, quo ipso fit ut mixtioni toto genere repugnet. Deinde limpidißimum se præbet oculis ad inspiciendum uelut in speculo effigiem: caret enim asperitate omni, quæ diducere humanũ intuitum queat: imò undequaq; indiuulsum ob liquiditatem & minimis etiam portionibus expressum lumen ad oculorum aciem reflectit. Quẽadmodum è diuerso inter reliquos humores solum lac, quia permixtam habet bonã terræ portionem, non exprimit effigiem speculi more. Accedit, quòd concussum agitatum'ue oleum minimè inter humores omnes strepitum ædit, quia totâ substantiâ humidũ. At enim aliorũ liquorum, dum fluunt atq; decurrũt, asperæ terreæq; partes offendiculũ obicem'ue nactæ, & repercussum, strepitant, ob partium minutias, earumq; intercisionem. Adde quòd solũ permisceri cõtemperariq; alijs respuit, quia densißimum facilè sit: caret enim inanibus interuallis, quæ inter siccas & terreas eius partes inesse poßint: caret & poris quibus intercurrentem aërem præhendat excipiat'ue. Quid, quòd ob partium similitudinem, indiuulsum manet atq; indiuiduum: ac proinde ubi spumat, aërem non admittit oleum, præ densitate còtinuitateq;. Ista est ratio, cur ignẽ alat: & quum nullo humore alio nutriatur ignis, solum oleum eius materia esse potest. Quapropter è lignis nascẽs aër, in fumum abit: quod terreũ est, in cinerem cõmutatum subsidit: Solus interim humor ab igne depascitur, quippe quo nutriatur. Aqua igitur, uinum, & id genus alia quæ turbida terrestriq; substantia non exigua constant, in ignem cõiecta flammam

flammā, disiungūt suarū partium exilitate, grauitate opprimunt, extingunt deniq;. At oleum quoniam purè puteq;, si quod aliud, humidum est, ob substantiæ tenuitatem mutatur, uictumq; celeriter inflammatur. Euidens humiditatis testimonium præbebit, quòd quantumuis exigua olei guttula in immensum diffunditur, dispergiturq;. Neque uerò aut mellis aut aquæ, alterius'ue humoris cuiuspā exigua adeò guttula tantum accipit incrementi, ut non ferè persiccata euestigio aboleatur. Oleum uerò ut est lentum & molle, quòuis per corpus, si inungas, rapitur, longissimeq; diffluit, ob partium uidelicet uuiditatem, sicut & ineluibile perstet. Vestes aquâ madefactæ, nullo negotio siccantur: olei uerò maculas expurgasse, res est non parui negotij: quoniam penetrat maximè, propterea quòd tenue comprimis sit & humidum. Siquidem uinum quoq; permixtum maiore negotio è uestibus educitur, ut autor est Aristoteles, quippe tenuius, altiusq; in poros imbibens.

PROBLEMA DECIMVM.

Quid causæ cur quæ de fico arbore suspēduntur mactatorum carnes, citius tenerescant.

ARISTIONIS *coquus apud conuiuas benè audiebat, quòd inter cætera uenustè oppipareq; cōcinnata, gallum quoq; pridem Herculi immolatū, apposuisset tenerum, uelut pridie mactatum, recentem admodum & nouum. Itaque Aristione dicente expeditè istud fieri, si iugulatus confestim de fico suspendatur, causam rei cœpimus inuestigare. Nā quòd è fico spiritus exeat grauis*

grauis atque uehemens, etiam uisus testatur: item illud quòd de tauro narratur, qui ficui alligatus quantumuis immanis cicuratur, palpationemq́; non detrectat, sed iram prorsus deponit, quasi euanidam. Potissima autem & causa & uis in amaritudinem conferenda est: planta enim illa omnium maximè succulenta est, unde fit ut tam ficus ipse, quàm truncus, ramiq́; saturati uideantur. Hinc est quòd ardentis fumus oculos mordet imprimis: combustæq́; cinis lixiuiam adstergendi ui maxima præditam reddit: quæ caloris munere proueniunt omnia. Quin & succo cogi lac in coagulum arbitrantur quidam, non implicando obliquis ductibus compingendoq́; lactis substantiam nimirum læuibus in superficie planisq́; partibus expressis: Sed caloris ui aliquando depascendoq́; humoris aquositatem ac diffluentem liquiditatem. Argumento est quòd coagulum dulce quidem succo tenus, potus tamen sit facilè deterrimus. Nec uerò ab obliquis commeatibus leue cogitur, sed quod frigidum est & incoctum, caloris præsidio concrescit: ad quam rem cōfert opis nonnihil sal, qui natura calidus est, quanquam repugnēt complicationi concrementoq́; iam ante dicto, quippe qui dissoluendi naturâ potissimum sit præditus. Quocirca feruidam auram, & acrem, tenuantemq́; expirat ficus, qua confringit maturatq́; alitis carnem. Idem caloris munus experietur auis, aceruo frumenti obruta, aut nitro aspersa. Quòd autem quandam coquendi uim frumentum obtineat, euidens argumentum petitur ab amphoris, è quibus frumenti aceruo conditis uinum citissimè absumitur.

PLVT

PLVTARCHI CONVIVALIVM PROBLEMATVM DECADIS SEPTIMAE PROOEMIVM.

ROMANIS in ore est, Sosie Senecion, lepidi cuiusdam & perurbani uiri dictum, qui edisse se haud cœnasse, quo die solus cœnam fecerat, dictitare fuerat solitus: perinde ac si cœna uitæ atque uictus communitatem coniunctionémque, & delectationem nullo non tempore desideret. Solebat nimirum gratissimum condimentum, ignem prædicare Euenus: & salem diuinum appellat Homerus, quem gratiarum quoque nomine sunt qui efferant, quòd plærisq; edulijs admixtus, palato ea commendet, gustuiq; grata atque amica reddat. At uerò cœnæ mensæq; diuinum imprimis, si quod aliud condimentum est, amici cum familiaris, tum intus & in cute nobis cogniti præsentia, non tamen eo nomine quòd compotet aut commanducet: Verum quoniam & accipit aliquid & regerit collatis sermonibus, utiles modò sint, & aliquid doceant, ac de rebus priuatis instituãtur. Quippe intempestiua inter compotandum garrulitas, plerosque dum nugantur, transuersos rapit, & animi libidini obsecundare compellit. Proinde nõ minore cura probæ notæ sermones, quàm spectatæ fidei amicos in cœnam adlegere consentaneum est: qua in re diuersum à Lacedæmonijs sentimus atque dictamus. Illi enim hospiti aut iuueni in Phiditium ad cœnã accito, commonstratis foribus dicere solebant. Hâc non egredietur dictum. Nos uerò ipsi ijs utendum cẽsemus sermonibus, qui & à cõmuni usu nõ abhorrebunt, & apud quosuis eliminari,

Videtur alludere ad Epicharmi illud, δός τι καὶ λάβοτι.

eliminari poterunt, ob argumenti genus quod nec flagitiosum aliquid, nec maledicum, nec contra bonos mores faciẽs, atq; adeò ne illiberale quidem habeat quidquam. Id quod ab exemplis, quorum ſeptimam decada liber iſte continet, iudicare cuiuis promptum eſt.

Phiditium.] In Aldino exemplari φιλίτιον legitur, ego cur Phiditium reddiderim, ne quis miretur, cauſam quæ me mouit adtexã. Multa ſunt & innumera hiſce in libris, ὕπουλα, ſed omnibus Pœoniam manum addere infinitæ eſſet operæ: hunc tamen locũ adeò conniuenter tranſmittere non poſſum, præſertim data occaſione unum aut alterũ etiam locum reſtituẽdi. Septimæ decadis penultimo capite legitur ita, τὰ γὰρ παρὰ κρησὶν ἀνδρεῖα καλοῦμενα, παρὰ δὲ σπαρτιάταις φιλίτια, ubi φιδίτια legendũ eſſe quis non ſubodoratur? ſic enim apud hũc eundem autorem in Lycurgo ſcriptum eſt, τὰ δὲ συσσίτια κρῆτες μὲν ἀνδρεῖα, οἱ λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσι. Athenæus lib. 5. habet τὰ δὲ ἐν σπάρτῃ φειδίτια καὶ παρὰ τοῖς κρησὶν ἀνδρεῖα. Vtitur & Cicero lib. 5. Tuſculan. quæſt. Quid uictum Lacedæmoniorum in phiditiis nónne uidemus? Sed de hoc plura cõmodius aliàs. Porrò quòd hic de Spartanorũ more in conuiuii publici loco commemorat, idem in Lycurgo his uerbis docet paulò clarius, τῶν δὲ εἰσιόντων ἑκάστῳ δείξας (ſic enim lege. nõ δέξας) ὁ πρεσβύτατος τὰς θύρας, διὰ τούτων, φησίν. ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. hoc eſt. Natu maximus ingredientibus cõmonſtrat fores, addens, per has uerbum foras non egreditur.

PROBLEMA PRIMVM.

Aduerſus Platonẽ calumniantes, quòd dixerit potũ p pulmones ferri.

A. Gellius li. 17. cap. 11. Macrobius 7. ſaturnal.

F O R T E *è conuiuis unus æſtiuo tempore decantatum omnibus illud & tritum exclamauit,*

Οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, id eſt,

Aeſtuat igne aſtrum, iam pulmo rigandus Iaccho.

Hic Nicias *Nicopolita medicus, Nil mirũ, inquit, ſi Alcæus poëta*

poëta ignorauit, quod & Philosophum Platonem latuit, Quanquam facili alioqui remedio poßit Alcæo subueniri: pulmones enim ab uicino stomacho liquoris delibare non nihil, ac proinde irrorari, ueri est simile. At Philosophus adeò non obscurè scripsit, In pulmones poculenta defluere, ut nulli, quantumuis argumenta retundere parato, tolerabilem sui defensionem reliquerit. Latè enim patet is error. Primùm quidem quum necessarium sit humidum alimentum cum sicco commisceri: consentaneum est, utriq; unum atque idem substerni conceptaculum, stomachum uidelicet, qui inferiori uentriculo mollitum atq; humectum transmitteret cibum. Deinde cum pulmo sit usquequaque læuis & spissus: quomodo ebibita farina cum miscellanea sorbitiuncula, perlabitur, nec usquam restitat? Hoc certè argumentum Erasistratus non temerè in Platonem uibrat. Proindéque ille recensitis non paucis corporis partibus, & in quem usum quælibet pars à natura fuerit cõdita: Volens (id quod philosophum decuit) non uulgare aliquid & omnibus obuium sapere uideri, lingulæ (ἐπιγλωττίδα uocant illi) munus ea gratia aßignatum ait, ut in deglutiendo cibum arteriam illa uocalem obstruens atque comprimens, delabi in pulmonem quicquam prohibeat. Grauiter enim is exasperatur lancinatúrque tußi, si quando elatâ animâ, lubrico tramite deuiet cibus. Ipsa autem parua lingua uelut sequestra, utranq; in partem flexilis, uocem ædentibus nobis, gulæ incumbit: at cibum potum'ue trãsmittentibus, arteriæ: liberũ atq; purum animæ respirationiq; cursum seruans. Ad hæc cõpertum habemus, inquit, eos qui sensim potum dimittunt, humectiores obtinere aluos, quàm qui auidè raptimq; plurimum liquoris exorbent: in his nanq; confestim ad uesicam fluoris impetu peruadit: in illis uerò diutiusculè

Pl. in Timæo.

tiusculè morã inter cibos trahit, quos & humectatos permollit, donec mixtura quædã & temperies conflетur, cuius occasione restitent. Tale utiq; nihil fieri, si confestim seorsum discretus fuerat in ipso haustu humor: Sed implicantibus pariterq; transmittentibus nobis esculentum, cui humor uehiculi loco (ut ab Erasistrato dictum est) cedit, ea fiunt. Talia referente Nicia, Grammaticus Protogenes subiecit, primum id perspexisse Homerum, quòd cibi, gula, spiritus uerò conceptaculum sit gurgulio, qui ἀσφάραγος, id est, guttur, ueteribus Græcis dictus est, qua ratione clamosos, ἐρισφαράγους, hoc est gutturosos uocitare solebant.

Iliad. x. Achilles apud Homerum Hectori telum,

In stomachum infregit, quâ mors subit ocius atrox,
Nec uerò insecuit guttur.

qui proprius est uocis ac spiritus canalis, uerùm gulam siue stomachũ inseruit. Hîc oborto silentio Florus, ita'ne, inquit, conniuebimus dissimulanter, & indefensam rei Platonis causam iacere patiemur? Minimè gentium, inquam ego, producemus nanq; pro Platone & ipsum Homerum, qui tantum abest ut ab arteria humidum istud excludat, atq; uindicet, ut & iam cibum inde reijci tradiderit, ait enim,

Odyss. I. Pando de gutture uinum,
Frustaq; proiectat tetro fluitãtia tabo.

nisi dicat quis Cyclopem ut unum oculum, sic unum eundemq; quo & uox & cibus mearet, canalẽ habuisse: aut dicat guttur pro gula dici, non broncho siue pulmonis canna, quomodò omnes & antiqui & recentiores id uocabuli usurpant. Atq; istud quidem haud inops à testibus, sed rei ueritate compulsus, in medium attuli. Nam complures sunt à Platone testes, ijq; neutiquam proletarij. Missum fac Eupolin, si lubet, in fabula, quæ colaces inscribitur, dicentem,

φάρυγξ.

Potare

Potare nanque iusserat Protagoras,

Pulmone, ut eloto Canem præuerteret. Quin & delicatum illum Eratosthenem ualere iubeas, qui ait.

Pulmonis latebras ille rigare mero.

Saltem Euripides, haud ambiguè in hoc uersu,

Pulmonios means per anfractus merum, oculatius aliquantò, quàm Erasistratus, inspexisse uidetur. Quippe perspexit ille, cauernosis fistulis, rimosisq; ductibus perforatos esse pulmones, per quos humor commeat, Siquidem spiritui meatibus illis opus non erat, per quos educeretur & expiraret. Verum in gratiam liquidorum, & quæ cum ijs lubricâ semitâ deuoluũtur, pulmo coli modo pertusus foraminulentusq; est factus. Nec absurdum est magis, bone uir, quòd pulmo polentam transmitteret, aut pultem assumptam, quàm quòd gula: hæc nanq;, non (ut quidam dicunt) leuis est, & lubrica, uerùm habet crenulosas etiam salebras, in quas uerisimile est, exiles ciborum minutias impingere & restare, eaq; ratione deglutitionem subterfugere. Veruntamen siue hoc, siue illo modo dicas, non benè habet. Naturæ enim in actionibus suis industriam, nulla orationis genere queas assequi: nec est exactam illius organorum, quibus utitur, uerbi gratiâ, spiritus & caloris, rationem pro merito dicendo explicare. Præter alios testes pro Platone cito & Philistionem Locrensem, ex uetustißimis unum, & claßicum in uestra arte cumprimis autorem, & Hippocraticum, qui non aliam uerbis præit, oris uiam, quàm Plato. Porrò epiglωttis siue ligula ad plurimos usus laudata, Dioxippum non fugit, quippe propter quam dicit liquorem inter deglutiendum discretum, in arteriam defluere: solidum uerò cibum in gulam deuolui: nulla uesca in arteriam incurrere: deinde & gulam aliquam liquidi portiunculam cum siccis cibis

commiſtam excipere: id quod à uero non abhorret, ſiquidem epiglottin aſperæ arteriæ uelut ſeptum quoddam & operculum eſſe obiectam, quò ſenſim paulatimq; percoletur potus, nec celeri ſubitoq; impactu ſpiritum intercludat, ei'ue impedimentum adferat. Hinc eſt, quòd auibus epiglottin natura non produxit, quoniam non trahendo, aut ſorbendo, ſed potius immerſo roſtro potum paulatim tranſmittendo, irrorant arteriam & humectant. Sed teſtium abundè. Enimuero Platonis dictis primùm ſenſus aſtipulatur, fidemq; arrogat. Nam diſciſſa uulnere arteria, non demittitur potus, uerùm ceu rupto canaliculo reijcitur foràs ac ſcaturiendo proſilire conſpicitur, incolumi etiamnum & integra manente gula. Deinceps nouit nemo non, in pulmonis affectibus ſitim ſuccedere ardentiſſimam, præ calore ſiccitate'ue, aut alia quapiam de cauſa, quæ cum phlegmone ſimul potus appetentiam inuehit. Hocq; euidentius eſt etiam agumentum, quòd quibus animantibus natura pulmonem negauit, aut certè perpuſillum largita eſt, ea omnino potu opus non habent, ac ne appetunt quidem, propterea, quòd membro cuilibet innatum ſit quoddam humidi deſiderium. Hinc adeò fit, ut quibus particula quæpiam deeſt, his neq; uſus neq; propenſum illud inſtituendæ per eam functionis deſiderium adſit. Adde, quòd in uniuerſum ueſicæ ſuperfluus uidebitur uſus. Nam ſi gula cum eſculentis poculenta ſimul adſumit, & uentriculo tradit, nihil excremento humidi alimenti, opus fuerat peculiari meatu per quem ferretur: at unum & commune utrique in idem loci per eandem uiam ingerenti, quaſi ſentinale foramen ſatisfeciſſet abundè: Nunc uerò priuatum obtinet locum ueſica, priuatum etiam inteſtina: illa, quòd à pulmone prodit, excicipit: hæc quicquid è gula eueſtigio in ipſa deglutione diſcretum

cretum

cretum fuerit. Qua ratione constituitur, cur nullum sicci recrementi uestigium, uel colore, uel odore accedens omninò in lotio appareat: tametsi interim dum fieret in uentriculo commixtio ac fermentatio, naturæ ratione istud illius (sicci recrementi inquam) qualitatem induere potuerit, nec adeò probè defæcari, nullo imbutum coloris fuco. Præterea in uentriculo concreuisse calculum, lectum est nusquàm: quamuis ratio conuinceret, non minùs ibi loci quàm in uesica coalescere humorem ac lapidescere posse, si certè in uentriculum omnis per gulam potus secederet. Veruntamen gula, detracto arteriæ, quod satis sibi est humoris deuij, idq; mediocri quantitate, eo ad mollificandum cibum atque insuccandum uti uidetur, ac propterea nullum humoris recrementum seponere. Verùm pulmo, ut spiritum humoremq; è se membris indigis elargitur & impertit, ita reliquum in uesicam exonerat. Sanè omninò hæc ad ueritatem accedunt propiùs longè, quàm illa: ipsam tamen rei ueritatem nec hic fortasse attigimus: saltem æquum non erat insolenter adeò in Philosophum & opinione & re ipsa facilè primum inuehi, præsertim in re ambigua & obscura, quæq; tantum causarum pelagus suppeditare queat, Platonica conferenti scripta.

Τέγγε πλεύμονας οἴνῳ, &c.] Memini legisse alicubi in Græcorum commentariis, carmen istud, sic uti descripsi, heroica lege cadens, οἴνῳ πλεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ πυρὶ τέλλεται ἄστρον: nam πυρὶ etiam apud Athenæum in primo legitur οἴνῳ πλεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον πυρὶ τέλλεται, ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ, πάντα δὲ δίψαις ὑπὸ καύματος: quamuis libr. 10. rursus aliter legatur. Apud A. Gellium noctium Atticarum libr. 17. cap. 11. ubi eadem hæc quæstio pertractatur, insigne mendum in libros & nuper & pridem excusos irrepsit, imò monstrum ueriùs, quando hæc Alcæi sententia adfertur, ita enim scriptum illic inueni, τέγγε πνεύμονα οἴνῳ τὸ γὰρ ἄστρον περιστέλλεται. adiecta est & huius interpretatio à uiro alio-

qui inſigniter docto. Pulmonem uino, ſummum enim ipſius pulmonis contrahitur, Quo dii boni quid ineptius? quid prodigioſius? germana enim lectio erit τέγγε πνεύμονα οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον πυρὶ τέλλεται. Viſum eſt per occaſiouem iſtam Gelliani codicis maculam indicare, quò adnotatione hac noſtra admoniti ſtudioſi calamiſtro locum inurant, & emaculent ſuos quiſq; codices. Porrò qui ex Eupoli Comico uerſus in Plutarch. legitur, ſic reſtituendus, ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμον' ἔκλυρον φορῇ, non, ut in Athenæo eſt, ἔκλυτον, ait enim Protagoram medicum imperaſſe Calliæ, ut antequàm Sirius flagraret, pulmonem epoto uino dilueret, eſt autem ἔκλυρον irriguum, at ἔκλυτον flaccidum ſonat & reſolutum. quæ lectio apud Macrobium etiam corrupta legitur, Saturnaliorum ſeptimo. Nec illud ſilentio tranſmiſerim, me cum A. Gellio & Macrobio pro μέταυλος ſcribere μέταλλος, ita nanque legiſſe illi uidentur, ſiquidem moderatricem quandam arbitramq; reddunt illi, ego uerò ſequeſtram. Quod autem ad Platonici huius, qui in Timæo extat, loci ueritatem attinet, latius Galenus libro de Hippoc. Platoniſq; dogmatibus octauo exequitur: ſi φιλαληθὴς es, eum adi, Tractat & Ariſtoteles eandem quæſtionem lib. 3. de partibus animalium cap. 3. ſecundum Theod. Gazæ diſtinctionem.

PROBLEMA SECVNDVM.

Qui dicatur apud Platonem Ceraſbolus, & quæ cauſa, ſemina, quæ in boum cornua impingunt, efœta & contumacia reddat.

CONTROVERSVM *diu multum'que fuit de uocabulis hiſce* κερασβόλος *&* ἀτεράμων, *non adeò quid ſignificarent: (in confeſſo nanque erat ex iſthac credulitate fuiſſe natum, qua ſemen cornibus boum obuium atque impactum contumacem frugem producere* puta

putatur, ut inde præfractum hominem & refractarium κεϱασϐόλον, quasi cornu satum: & ἀτεϱάμονα, hoc est, minime tenerum, nuncuparint.) Verum de causa, cur semina in boum cornua coniecta, hoc mali sentirent, agitabatur disceptatio. Equidem sæpenumerò cum familiaribus meis non leuiter super hac re contendi. Nihilominus tamen obscurè hoc inter cætera, quæ multa congeßit & prodidit eorum, quæ causam nobis dubiam & cæcam obtinent, Theophrastus innuit. Cuiusmodi sunt ista. Gallinæ quando parturiunt, festuca sese lustrant. Vitulus marinus pinam consumit, non tamen deglutit. Cerui deflua cornua humi defodiũt. Eryngium uel ab una modò capra ore præsectum detentumq́;, totum gregem sistit. Inter cætera recenset & istud de seminum in cornua appulsu, asseritq́; bona fide rem hanc fieri, sed causam esse ambiguam, aut saltem perdifficilem. Itaque Delphis è familiaribus nonnulli urgebant, quoniam non modò, ut aiebant,

Consilium & melior ratio, saturo obuenit aluo:

sed & quæstiones promptiùs expeditiùsq; enucleantur, ac maiori cum fiducia responsa succedunt, præstante hæc omnia uino: uolebantq́; de problemate proposito me paulisper disserere. Ego uerò prouinciam recusaui, successores nactus haud pœnitendos, Euthydemum in auguratu meo collegam, & Patroclem generum non pauca eius generis ex agriculturæ uenationisq; obseruatione proferentes, cuiusmodi est, quod grandinem procurantes factitant, eam talpæ sanguine, aut mulierum pannis obsoletis, amoliuntur. Caprifici grossus domesticæ appensus ficui, fructum istius defluere non sinit, sed cohibet, maturitatemq; ei conciliat. Cerui salsas emittunt lachrymas: sues, dulces: quando capiuntur. Istud si quæritur, inquit Euthydemus, proti-

nus & de apio cyminoq́; explicanda ueniet ratio. Quorum illud quidem proculcatum dum germinat, pedibusq́; extritum, lætius prouenire autumant: Hoc uerò cum dirarum imprecatione conuitijsq́;, terræ mandant. Floro rem esse friuolam atque ridiculam dicente: nec ullam causæ, ut obscuræ indagationem proferre illo ualente: tandem ego, inueni, inquam, remedium, quo rationibus adductus iste in nostra cogatur uerba iurare, simulq́; eorum, quæ proposita sunt, dissoluantur quædam. Igitur meo iudicio frugibus leguminibusq́; contumaciam illam incoctilem frigus inuehit, comprimendo cogendoq́; eorum habitum, uel ad duritiem usque: Contrà quàm calor, cuius munus est resoluere atque mollire. Quocircà, qui dictitant illud,

Non tellus producit, at annus: perperam præter Homeri sententiam loquuntur. Calidi siquidem naturâ agri, placidam temperiem permittente aëre, mitiores producunt fruges. Quò fit, ut quæ confestim è manu in terram prolabitur sementis, obruta humo atque delitescens, calorem eius humoremq́; præsentiùs sentiat, & delibet. Contrà, quod in boum cornua appellitur atque impingit semen, non assequitur conuenientissimam illam (ut Hesiodus inquit) positionem, sed aberrans ac deuium, neglectim proiecti, quàm seminati similitudinẽ habet potius. Itaq; fit, ut id à frigore, aut in uniuersum aboleatur & intereat: aut nuda incumbens tunica, idem ægrè auctile, exuccum, lignosumq́; euadat. Vides, uti tepor lapidum partes terreas &, (ut sic dicam) plantamines, molliores conseruet, quàm in terræ superficie extantes. Hinc est, quòd quadratores humi defodiunt lapides, quos ad opera destinant, ut à calore coquantur. Qui uerò sub dio nudi iacent, ob frigus refractarij, rigidi, atque contumaces opera respuunt. Adde, quòd frumentum si diutiusculè in

cule in area, sub diuo, absq; operimento remaneat, minutius magisq; incoctile, quàm quod uestigio sublatum fuerit, euadere testantur. Interdum uentus quoque irruens dum uentilatur, frumentum suo frigore contumax reddit: quod in Philippis Macedoniæ fieri proditum est. Opitulatur autem seminibus sparsim disiectis intectisq;, infusa palea. Nec mirabimur si dicant agricolæ, inter sulcos æquali tractu deductos, in altero contumacem reddi messem, in altero, minimè: quodq; maius etiam est, fabarum folliculos alios huius generis fabas, alios dissimileis producere: prout nimirum his plus minus'ue uel auræ frigidæ, uel aquæ, quàm illis appulsum fuerit. Theophr.

Κεϱασϐόλος.] Semel hac uoce usus fuisse Plato adnotatur, innuereq; duræ ceruicis hominem, quiq; animi cultum nõ recipit, nec legibus audit. Semina uerò κεϱασϐόλα & ignis iniuriæ inuicta resistere, in decimo quinto Γεωπονικῶν legitur: nec aqua macerata tenerescere, Ethymologici autor addit.

PROBLEMA III.

Cur uini pars media: olei quod in summo est, mellis imum præstantiora habeantur.

ALexion socer Hesiodum ridebat, cuius illud est præceptum,

Dolia quum ad summum turgent distenta Lyæo, Ἔργ. καὶ ἡμέ.
Aut dum se ostendit fundus, satiêre memento.
At bibito parcè, media dum subsidet aluo.

Eo nimirum loco uinum est præstantissimum. Quis est, inquit, qui ignorat, uini medium optimum esse, ut olei supremam regionem, & mellis imam bonitate antecellere? At ille uino parcendum, ubi ad medium uentum est, commonet,

expectandumq́; donec uapeſcat, inaniori iam facto dolio. His dictis ualere iuſſo Heſiodo, ad inueſtigandam cauſarum uarietatem placuit deſcendere. Ac de melle quidem ratio non adeò multum negotij nobis exhibuit: quippe omnibus (abſit inuidia dicto) perſpectum exploratumq́; erat, ut quodq́; eſt leuiſsimum, ita hoc raritati acceptum ferre: è contrario denſum ſpiſſum'ue, quia ponderoſius, reliquæ moli ſubſidere, quòd ſi uas inuerteris, paulò pòſt tempore debitum ſibi utrumque capeſſere iteratò locum cernas: illo ſupernatante, hoc ſubſidente. Nec interim uinum, caruit probabilium argumentorum aſſertione. Primùm enim calor, quæ uini eſt facultas, optima ratione ad medium referri uidetur, idq́; quamoptimum tueri, atque conſeruare. Deinde imam regionem propter fæces, eſſe deteriorem: ut ſuperficiariam partem aëris uicini contagio uitiari, ratio eſt. Quòd nanque ambiens aër exuat bonitate ſua uinū, quod alioqui facilè mutabile eſt, & iniuriæ opportunum, quis neſcit? hac de cauſa defodiuntur ſub humo dolia, & tegmine obmuniuntur, ut quàm minimum aëris ea contingat. Præcipuè uerò dolio pleno, haud perinde facilè, ut inanito, uinum degenerat. nam ubi multus aër in uacuum uas adfluxerit, citiùs uapidum euadit: at in pleno dolio ſui pertinax uinum omnibus ſuis partibus cohæret quodammodo & incolume conſtat, excluſa aëris contagione. Cæterùm non leuis uelitationis anſam præbuit oleum: unus aiebat imum in oleo deterius euadere, quoniam ab amurca obturbaretur, non tamen illico ſummum in eo eſſe optimum, ſed ita uideri, quia longiſsimè à nociua parte diſsideret: alius cauſam referebat ad ſpiſsitiem, cuius occaſione minimè omnium cum alijs humoribus permiſceretur, nullum in ſe penitus admittens, niſi ui concuſſuq́; agitatum. Quo fit, ut nec aëri cedat ad miſcendi ſui

potestatem, imò repellit eum atque excludit, propter exilitatem partium continuitatemq́; quà præditum est: ac propterea minus ab eo utpote uiribus inferiore alterari potest. Visus fuit posteà huic rationi reclamare Aristoteles, qui obseruatum sibi asserit, odoratius, præstantiusq́; omnino bonitate effici oleum, quod inopertis in dolijs conditur: aßignatq́; bonitatis rationem aëri: sic enim plus eius adest, meliusq́; uim exerit suam, ubi inanius dolium subit. Fortasse, inquam ego, & oleum ab aëre emolumentum sentit, & uinum noxam, eadem ex facultate: siquidem oleo inutile senium, uino etiã cõmodo existere, uerùm aër allabens, utriq; istud beneficij adimit: hoc recens postquam deferbuit, excellit: illud uerò transpiratu carens ob lentitiam citò inueterascit atque consenescit. Videtur itaque probabiliter dictum esse, quòd superficiem olei attigens aër uicinus, recens illud facit. Eaq́; de causa uini pars suprema deterrima est, olei optima: uetustas nanque alteri optimam, peßimam alteri conciliat naturam.

PROBLEMA QVARTVM.

Cur apud priscos Romanos receptũ fuerit, neq; mẽsas iã sublatas inanes conspici, neq; lychnũ extingui.

FLORVS *candidatus uacuam tolli mensam non patiebatur, sed eduliorum semper aliquid in ea relinqui uolebat. Nec id modò à patre suo & auo obseruatum enixè adserebat: uerùm etiam illud, ut ne lychnus quidem à cœna extingueretur: quò uidelicet haud temerè oleum cõsumeretur: Quãdo Atheniensis Eustrophus qui fortè aderat, ecquid tandem inde emolumenti illis accesit, inquit: ni*

Polycharmi nostri prudens factum didicerint, qui post diutinam meditationem, uix tandem rationem inuenire, qua pueris olei suffurandi occasionem adimeret, potuit: solebat autem ille lychnis extinctis oleum ad summum usque affundere, posteráque luce inspicere denuò, ecquid superessent plen:, Tum Florus ridens, quin igitur soluto isto problemate, inquit, rationem inuestigamus probabilem, quare ueteres ita anxij religiosiq; tum circa lychnos, tum circa mensas extiterint. Primo itaque loco discuti cœpit de lychnis quæstio. Ac gener quidem flori Cesernius existimabat apud maiores nostros piaculare fuisse habitum, si quis quẽcunque tandem ignem extinxisset, ob affinitatem cum sacro & uestali igne. Geminos enim esse reor, inquit, eius, ut hominis, interitus: uiolentum extincti, naturalem exolescentis. Quapropter igni quidem sacro opem adferri, utriusque interitus causa, necesse est, addito semper fomite conseruando eum incolumem, at uerò alterum ignem per se cadentem non magnopere curabimus, neq; compellendo eum uiuere: neque rursum inuidendo, si ueluti à pecore uita auferatur: ne uidelicet incassum nutriatur: Lucius Flori filius cætera rectè dicta prædicabat, nisi quòd non maiore digniore'ue cultu aut studio, sacrum ignem quàm alterum, prosecutos fuisse priscos illos homines censeret: sed quemadmodum ex Aegyptijs nonnulli uniuersum canum genus diuino dignabantur honore: alij è luporum aut Crocodilorum genere unum saginabant: hic canem: ille lupum: tertius Crocodilum: uniuersos enim impoßibile erat. Ita hic circa cultum curamq; istiusmodi rerum, ignem esse symbolum totius uniuersi reuerentiæ: nihil enim ad animati naturam accedit propius, quàm ignis, qui sua sponte & mouetur & nutritur, suóque splendore illustrat cuncta

atque

atque manifestat, ueluti anima: Cuius, dum extinguitur & interit, uis uel maximè elucescit, qua uiuifici principij non est expers: uociferatur enim & stridet, quando interit, seseq́; uindicare conatur, non aliter atque animans quodpiam uiolenta nece sublatum, iugulatum'ue. Hîc cōiectis in me ille oculis, haberem'ne aliquid rectius istis sciscitatur. Nihil est, inquā ego, quod in tuis causer dictis: Illud tantùm sermoni adiecero morem hunc humanitatis beneuolentiæq́; documentum esse: Nec enim pium est, affatim expletos cibo, eum amoliri: nec potu exatiatos, fontem abscondere & obstruere: neq; nauigij uestigia aut callem cōfundere, postquàm iter confeceris. Permittenda sunt ista ac relinquenda post nos alijs usui futura. Quapropter honesti rationi reclamat, candele lumen utcunq; non indigeamus, parsimoniæ causa obruisse: imò ardentem conseruasse conuenit & reliquisse, si fortè qui ea præsente & accensa opus habeat. Nam ubi pateretur natura, pulchrum utique foret, si dormituri aut quietem acturi, etiam oculorum auriumq́; usum, ac me hercle ingenium quoque & uires alteri commodare possemus. Agè, obserua an non Maiores in gratiam apum similia illarum beneficentiæ tribuentes, ritè quercus frugiferas coluerunt: ficum quandam Athenienses sacram appellarunt: ijdem Morum arborem excidi uetuêre. Non reddunt ista pronos ad superstitionem homines, ut arbitrantur quidam: sed instruunt nos exemplo rerum insensibilium atque inanimatarum, quomodo mutuis inter nos beneficijs certare, commerciaq́; habere deceat. Hinc rectè Hesiodus nullum obsonium cibum'ue ex ollis, quibus non fuerint priùs oblata libamina, uult apponi, ni prius igni primitias ministerijq́; præmium obtulerint. Rectè quoq; Romani lychnis utentes, præbitam semel alimoniam, non deducebant: Lib.2. ἔργ. καὶ ἡμερ.

ducebant: permittentes ea frui, donec uiuerent lucerentq;. Quum ista dixissem, infit Eustrophus. Næ igitur commoda hinc ad sermonem de mensa patebit transitio, persuasum habentibus nobis, par esse ut è cœna aliqua relinquatur famulis eorumq; liberis portio, amant enim non tam capere, quàm tradita acceptare. Huc spectat quòd Persarũ reges, ut perhibent, non amicis tantum, dulcibusq; ac stipatoribus portiones escarias semper dimittunt, imò uernarum quoque & canum esca in illorum mensa proponi usq; solet, quasi qui cunctos, quorum operâ ministerioq; utuntur, quoad eius fieri potest, mensæ sociq; unius participes reddant: nam & immanes quæque belluæ cibi communione cicurantur. Ego hîc risu cõcitus, Age uerò, inquã, quin extrahimus huc in medium, piscem (de quo extat parœmia) sepositum, simul cum Pythagoræ chœnice, in qua ille consideri uetuit, nunquàm non è præsentibus aliquid in posterum relinquendum, crastiniq; diei in hodierno memores esse debere, docens. Ac proinde Bœotis nobis in ore est illud, Relinquito & Medis quidpiam, ab eo usque tempore, quo Medi Phocidem atq; extimos Bœotiæ fineis agendo ferendoq; populabundi incursarunt. Quò magis & paßim & semper in promptu illud esse debebit, Relinquito & uẽturo hospiti quidpiam. Eaq; de causa uacuam & famelicam ferè Achillis mensam non possum non damnare. Aduentantibus nanque Aiace atque Vlysse ad eum legatis, nihil habens apparati, cogitur eo ipso temporis articulo obsonia parare, & culinam instruere. Item quum priamum pararet humaniter excipere, denuo

Partitur niueam iugulatq; bibentem, atque assat, bona noctis parte in hoc apparatu consumpta. At Eumæus prudens prudentis uiri alumnus, superueniente derepentè Telem

tè Telemacho, nihil torquetur, quin illico considere iussum excipit appositis assatarum carniũ lancibus, quæ pridianæ reliquiæ superfuerant. Quòd si istud exigui esse momẽti uideatur, illud saltem neutiquam fuerit minimum, cohibere ac refrenare appetentiam dum etiamnum adsunt gulæ irritamenta. Minori tanguntur absentium rerum desiderio, qui assueti sunt præsentibus abstinere. Subijciens tum Lucius, meminisse se ait ab Auia audire, mensam rem esse sacrã, decere autem sacrarum rerum nihil uacuum relinqui. Ad hæc uerò, inquit, mensa terræ exemplar est, ut mihi quidem uidetur. Nam præterquàm quòd alimoniam nobis subministrat, etiam rotunda est & stabilis, rectéq; à nonnullis uesta nuncupatur, ut enim in rem nostram quod faciat, proficuumq; sit, Tellurem & habere & proferre semper iudicamus: ita nec mensam oportere nos uacuam, apparatuq; omni nudatam uidere putamus.

DECADIS VIII.

PROBLEMA PRIMVM.

De diebus illustrium uirorũ natalitijs: Ibidẽ de deorum generatione.

QVI philosophiam è conuiuijs ablegant atque exterminant, non prorsus idem faciunt, quod ij, qui lumen extinguunt, sed eo peius, quo accensa lucerna frugi homines & modesti temperantesq; nihilò erunt deteriores, ut qui reuereri alter alterum, quàm mutuo conspectu frui, potiùs ducant. Nam ubi imperitia & inscitia inter pocula rerum potiuntur, ne aureus quidem ille Mi-

neruæ lychnus hilare ac moderatum conuiuium effecerit. Taciturnos enim multo cibo & potione compleri, suinum planè uidetur, ac nescio quomodò impoßibile. Sanè qui symposium colloquio quidem non defraudat, sed tamen definitam certa de re & utilem disputationem non admittit, is multò magis rideri meretur, quàm qui conuiuas cœnantes, cibum potumq; continuè sumere arbitratur, quod affusum illis erat, mero effuso, insipidoq; obsonio & spurco apposito. Nullum denique esculentum poculentum'ue non suo, hoc est, debito modo concinnatum usqueadeò graue & noxium est, ut obambulans in symposio, & Ebrietas. *intempestiua & fatua oratio, sine mente sonus. Proinde philosophi, qui in ebrietatem inuehuntur, eam temulentam nugationem nuncupant: Nugari autem quid aliud est tandem, quàm futili sermone & uano uti? Quandò uerò incompositè garritur, & ad futilia nugamenta res redierit, finis solet subsequi à Musis & Gratijs alienißimus: ut contumelijs demum & conuitijs debacchentur. Non malè igitur apud nos in Agronijs festis Bacchum ceu fugitiuum perquirunt fœminæ, mox cessant inuestigare ulteriùs, dictitantes, ad Musas illum confugisse, illicq; occultari: paulò pòst finitâ cœnâ, proponunt inter se ænigmata & griphos. Nimirum docet nos istius rei mysterium, oportere inter potandum colloquia miscere, haud quaquàm ociosa, sed que commentatione quadam & industria, ac lepore constent, istiusmodi enim colloquijs id, quod in ebrietate indomitum est & furiale, opprimitur placidè à Musis atq; obducitur. Cæterùm quæ pridem, quando Platonis natalem celebrauimus, audita fortè nobis sunt & dicta, primo loco præsens liber (qui conuiualium est octauus ordine) continet, Pridie Nonas Aprileis Socratis natalitium anniuersario*

ritu cel

ritu celebraueramus: Nonis deinde ipsis, Platonis natalem. Quæ certè res colloquij haud pœnitendi, quod auspicatus fuit Diogenianus Pergamenus, ansam nobis præbuit. Non absurdè istud (infit ille) de fortuna extulit Ion poëta,

Longißimè à sapientia sors dißidens,
Illi tamen similia pleraque perficit.

Equidem existimo ritè atque concinnè ita cecidisse, ut non tam propinquo ortu, quàm prior etiam is nasceretur, qui ob nominis splendorem honoratior, & alterius doctor erat futurus. Hîc subijt mihi, plura eius generis exempla eorum quæ in idem tempus inciderint, præsentibus referre, Cuiusmodi fuit quod de Euripidis ortu atque interitu narratur. Natus enim quo die Græci ad Salaminem nauali prælio cũ Persis cõgreßi sunt: è uita exceßit ipso natali Dionysij, inter Siciliæ tyrannos senioris: fortunâ uidelicet eodem tempore & imitatorem Tragicarum ærumnarum reuocante: & agonisten in scenam producente, quod ait Timæus. Commemorabatur & Alexander rex, & Canis Diogenes eodem die, fato conceßisse. Itemq; conueniebat inter omnes Attalo regi eundem & natalem & mortis extitisse diem, Pompeium Magnũ erant qui natali ipso, nonnulli pridie in Aegypto extinctum, assererent. Facta fuit & Pindari mentio, qui Pythijs natus, multos præclaros hymnos uelut choragus deo accinuit. Florus negabat Carneadem quoque silentio obliterandum in ipso Platonis natalitio, clarißimum Academiæ orgiasten: uterque enim in Apollinis festo æditus est, hic Athenis in Thargelijs: ille uerò dum Carnea Apollinis festa agunt Cyrenæi: utrunque autem festum septimo mensis die obitur: proindeq; deum illum ceu eo die natum, uos uates, inquit, & flamines Septimanigenam uocare soletis. Itaque neminem eorum qui Apollini Platonis genituram adsc

Pythio Apollini.

Hesiod. in Oper. & Di. & Aeschylus eũ ἱβδομαγέταν uocat in Sep. ad The.

ram adscribunt, dicturum arbitror, quòd hic nobis ad grauißimos morbos & uitia, medicus operâ Socratis, ceu alterius Chironis, effectus, genitorem suum, deum dedecorarit: simulq; commemorabat historiam de uiso, quod per somnum Aristoni Platonis patri accidisse perhibent, deq; uoce quæ illi interdixerat, ne cum uxore cõgrederetur, ne'ue totis decẽ mensibus eam contingeret. Hic excipiens illum Lacedæmonius Tyndares, Enimuerò, inquit, summo iure de Platone illud canere & dicere licebit,

Lege Laertiũ in uita Platonis.

Iliad. α.

Creditur ille deo, haud mortali sanguine cretus.

nam quod ad numen attinet, uereor ut parens non minus pugnet cum mortalitate & interitus ratione, quàm fœtus ipse: Est enim hîc & mutatio quædam & paßio, quod Alexander etiam sensit, quando concubitu potißimum & somno mortalem esse se, deprehendere dixit, tanquam somnus præ imbecillitate naturæ ad refocillandam eam obueniat: generatio uerò quælibet, quæ proprij in aliud degeneratio est, eam corrumpat & ad interitum perducat. Rursus tamen erigor atque confirmor, ubi audio à Platone, parentem & creatorem orbis, quæq; in rerum natura sunt omnium, ingenitum uocari & sempiternum Deum, neutiquàm è semine productum: nimirum dum alia secretiore facultate, materiæ fœcundum prolificumq; principium, à quo & mutari & fingi se illa patiatur, deus inseuerit. Quanquam & uentorum flatus maritant atque fœcundãt aues fœmellas: uerùm id quando fœtandi tempus adest, non prorsus absonum & graue existimo. Alioqui deus humano more congrediens, sed diuersa contrectatione & contactu, per aliorum interuentum, uegetat atque implet diuiniore fœtura animantia. Nec uerò meum est istud commentum, at Aegyptij Apin hoc pacto gignere fabulantur Lunæ contactu

Herodotus καταίσχει σέλας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν βοῦν τὴν γεννῶσαν τὸν ἆπιν.

contractu. Imò in uniuersum mari deo cum mortali fœmina consuetudinem permittunt: econtra uerò mortalem uirum deæ posse fœtus conceptionisq; principium præbere negant: ponunt nanque deorum substantiam in aëre, uentis, calore certo, & humiditate consistere.

PROBLEMA SEXTVM.

De tarde ad cœnam commeantibus: Ibidem unde ientaculum, prandium, & cœna nomẽ inuenerint.

MINORES *natu è liberis meis, quoniam theatralibus acroamatibus intenti diutiùs moram traxerant, seriùs ad cœnam reuersos, Theonis filij* κωλυσιδείπνους *&* ζοφοροδόρπιδας, *quasi remoricœnas, & nocticœnas, & alia similia per iocum cauillabantur: rursus illi iniuriam propulsantes,* τρεχεδείπνους *quasi curricœnas eos nominabant. Tum fortè è natu grandioribus unus subiecit,* τρεχέδειπνον *dici, qui seriùs ad cœnam accederet: talem enim quoniam tardauit, uideri curriculo potiùs, quàm pedetentim profectum.* Commemorauit *quoq;* Batti, *qui apud Cæsarem morionem agebat, lepidum dictum, qui tardè ad cœnam aduenientes,* ἐπιθυμοδείπνους, *hoc est, cœnipetas uocare solebat, eò quòd isti negotijs districti, ob cænulæ tamen cupiditatem, inuitationem non excusarent, detrectarent'ue.* Ego *addidi,* Polycharmum *in* Atheniensi Repub. Tribunitia *potestate functum, quum uitæ suæ rationem redderet, pro concione ita dixisse.* Præter *cætera, quæ commemoraui,* Athenienses, *nunquam ad cœnam uocatus, postremus accessi.* Po*pulare admodùm istud factum uidetur: è contrario illos ple-*

x runq;

runque, qui serius accedunt, ceu cerebrosos, improbos, & oligarchicos homines, grauatim ferimus, utpote operiri eos coacti. Tum Soclarus suscepto adolescentulorum patrocinio, Atqui, inquit, neque Pittacum Alcæus ζοφοδορπίδα creditur appellasse, quòd serò cœnitaret, sed quòd alioqui obscuris, sordidis, nihiliq; conuiuis delectaretur. Olim ante cœnæ tempus, cibum sumpsisse infamiæ loco habebatur, & ientaculum ἀκράτισμα, ab intemperantiæ gulæq; studio nomen adeptum fuit. Hîc Theon sermonem excipiens: Minimè, inquit, gentium istis, qui priscam uiuendi normam reuocant, fides erat adhibenda: aiunt enim illos, ut in laboribus erant seduli, & frugi homines temperantesq;, ita panem mero imbutum manè esitasse, nec præter eum aliud quidquam: atque inde nomen inuenisse ientaculum, ut à mero ἀκράτισμα diceretur: & ὄψον, obsonium, quòd in cœnam illis apparabatur: serò nanque (quod ὀψὲ significat) peractis negotijs cœnam sumebant. Ista res occasionem præbuit, ut unde & cœna & prandium nomen sumpsissent, inquireretur. Visum itaque fuit, prima fronte & ἀκράτισμα, quod ientaculum est: & ἄριστον, hoc est prandium, in idem cadere, testante Homero, ubi ait Eumæum prandium instruere,

ἀκρατίζω intemperans sum.

ἄκρατον merū

Qu*um iam Titonis se ostenderet humida terris.*

Nec obsonum est uisum ἄριστον, id est, prandium à matutino tempore nominis rationem deducere, uelut ἄνριον, hoc est, manè: δεῖπνον uerò, hoc est, cœnam, quòd à laboribus supersedere faciat, nam aut transacto negotio, aut interim dum negotium peragetur, cœnam captabant. Istud ab Homero discere est, dicente,

Odyss. Qu*um cœnam instrueret, paret cui cædua sylua,*

Ru*sticus.* nisi fortè inde, quia prandium inelaboratum, & ex obuijs quibuscunque facilè concinnarent: cœnam uerò non

rò non absq; apparatu apponerent: propterea illud ἄεισον quasi ῥᾷστον, id est, facillimum: hanc uerò δεῖπνον, quasi elaboratitiam nominarint. Cæterùm Lamprias, frater meus, ut est naturâ iocosus & facetus, aiebat, multis modis declaraturum se, Romana uocabula, quàm Græca, magis esse apposita, quando iam tanta licentia in nugacitatem eruperit. Nam quod Græci δεῖπνον, illi cœnam, à uictus communione uocant: seorsim nanque prisci Romani moderatè pransitabant, cum amicis cœnare soliti. Prandium uerò à diei tempore nomen habet, nam ἔνδιον matutinum significat, & ἐνδιάζειν, à prandio quieti se dare: uel ea uoce matutinam esitationem cibationemq; innuere uolũt, qua utantur priùs, quàm ἐνδεεῖς, id est, famelici fiant. Iam ut missa, inquit, faciam stromata, uinum, mel, oleum, gustare, propinare, & alia eius generis complura, quibus ut Græcis uocabulis, & Græco fonte cadentibus clarè utuntur: quis negarit Græcè dici, Comessatum, & miscere, pro diluere: quod est apud Homerum,

Miscuerat mollis laticem cratere Lyæi:

Et mensam, eò quòd in medium apponatur: panem, eò quòd placet famem: Coronam à capite: quemadmodum galeam, coronam dixit Homerus, quos nos ὀδόντας uocamus, illi dentes: & labra, quòd ijs esca prehendatur, appellationem sunt sortita. Aut igitur audienda sunt ista seriò, & absque risu dicta, aut nec illis usqueadeò facilè aditum dabimus, qui per nomenclaturas uelut quisquilias & capillamenta, partes quasdam exscindunt, quasdam putant atque detruncant. ἀπὸ τ̃ λαβεῖν τὴν βορὰν.

Διὰ τ̃ ὀνομάτων ὥσπερ τριχίων.] Fuit, quando ita lectionem genuinam constare sum arbitratus, διὰ τῶν ὤτων ὥσπερ τριχίων, nam alioqui, τὸ ὀνομάτων, ut sæpe aliàs corruptè legitur in uulgatis Plutarchi exemplaribus, ita proximè lib.8. sympos. cap. 2. pro ὀμμάτων adulteratum est, ubi sic habetur, καὶ τὸ μυρίων ἀν-

 τάξιον

ταξιον ὀνομάτων ὄργανον ψυχῆς καὶ φέγγος ἀπόλλυσιν, quo loco indubitanter ὀμμάτων substituendum est, id quod & apud Proclum extare noui. Veruntamen hoc in loco expeditior erit sensus & simplicior dictio, si sic, ut anteà dictum est, legatur, ut ea sit orationis facies, Aut nec illis usq; adeò facile aditum per aures, uelut parietes, dabimus, qui &c. Istud lectori candido indicare malui, quàm temerè commutare.

D. HVLDRICHO FVGGERO EDVARDVS HENRISO S. P. D.

*

QVONIAM *tibi, cùm beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ex quo te primùm cognoui, placere semper studui: hoc septem sapientium conuiuium, quod ex Plutarchi Græco Latinum feci, nunc ad te mitto: ut si genus hoc nostrum interpretandi tuo comprobabitur iudicio, tum me aliquid aliquando effecisse lætari poßim. Vale.*

PLVTARCHI

SEPTEM SAPIENTVM CONVIVIVM.

DIOCLES VATES.

NAE LONGINQVITAS & dies magnas, Nicarche, tenebras sunt rebus offusuræ, & eas prorsus obscuraturæ, si in recenti adeò memoria ueritatis fidem confictæ fabulæ mœrentur. Non enim à solis illis septem, ut uos accepistis, celebratũ est conuiuium: sed ab amplius bis totidem: inter quos & ipse fui, cum artis meæ commendatione Periandro familiaris esse, ac Thaletis hospes: nec fideliter dicta referebat, quisquis erat ille, qui uobis narrabat, quem conuiuio non interfuisse fit uerisimile. Sed quoniam magnum nobis suppetit otium, estq; senectus parum locuples ad spõdendam sermonis dilationem, ut uestro studio satisfiat, omnia à principio narrabuntur. Nam apparatum ad eos accipiendos Periander instruxerat, non in urbe, sed ea in cœnatione, quæ est in Lechæo prope Veneris templum, cui tunc quoque sacrificabatur. Nam post amores illos (incestos) cùm ipsius mater uitam profudisset, Veneri sponte sua non operatus tum primùm ex quibusdam Melissæ somnijs ad deæ uenerationem & cultum incitabatur. Singulis porrò inuitatorum satis ornata biga fuit adducta: propterea, quòd æstas erat, & uia præ multitudine plaustrorum & hominũ usq; ad mare pulueris ac turbæ plena.

Sed Thales, ut pro foribus bigam uidit, eam hilari ac arridenti uultu dimisit. Proficiscebamur itaque extra turbam per agros declinato itinere, ac tertius nobiscum Niloxenus Naucratita, uir probus, & familiaris Soloni ac Thaleti in Aegypto factus, qui quidem secundum missus erat ad Biantem, sed legationis causam ignorabat, nisi quòd alteram quæstionem in obsignato codicillo se afferre ex eo suspicabatur, quòd in mandatis habuerat, ut, si Bias difficultate uictus esset, Græcorum sapientißimis ostenderet. Percommodè mihi cecidit, inquit Niloxenus, quòd hîc omnium uestrum facta sit mihi copia: portoq;, ut uides, libellum ad cœnam, & simul eum nobis ostendebat. Tum ridens Thales, Si quid mali est, rursus Priennam facessat, cùm dissoluturus sit Bias, ut prius illud dissoluit. Quódnam erat, dicebam ego, prius illud? Tum Thales: Hostia missa rex Biantem iußit peßimã & optimam carnem ex ea remitteret. Hic uerò noster scitè & uenustè exemptam linguam misit, unde haud dubiè famæ celebritatẽ, & hominum admirationem est assequutus. Non solum ob hoc, aiebat Niloxenus, sed eum etiam regum commendat amicitia, à qua non abhorret, ut uos. Quandoquidem te cùm alijs de rebus admiratur, tum uerò mirificè amplexatus est illam tuam Pyramidis mensionem, quòd nullo negotio citraq; ullius instrumenti auxilium baculo tantum in extrema umbra, quam Pyramis reddebat, erecto, cum duo triangula radiorum appulsu existerent, ostendisti eandem esse proportionem Pyramidis ad baculum, quæ esset umbræ ad umbram. Verum, ut dicebam, tuum in reges odium criminabatur, ac quædam contumeliosè abs te dicta de tyrannis, ad eum referebantur: quomodo à Molpagora Ioue interrogatus, Ecquid admirabile præterquàm opinionem uidisses: responderis, Tyrannum

num ſenem. Rurſusq́; , cum in quodam loco de beſtijs ſermo incidiſſet, dixeris: Peßimam eſſe, ferarum quidem beſtiarum Tyrannum, cicurum uerò adulatorem. Hæc enim ad regum aures minimè iucunda accedunt, tametſi ſtudiosè ſimulent ſe tyrannorum eſſe dißimiles. Non eſt ita inquit Thales, ſed hoc eſt à Pittaco dictum, cum in Myrſilum aliquando iocaretur. Ego uerò dicebam, miraturum me, non ſi tyrannum, ſed ſi gubernatorem uiderem ſenem. Sed me tamen hæc commutatio afficit, ut iuuenem illum iactus aberrans: qui cùm carnem petens nouercam ferijſſet, ſed nec hoc modo male cecidit, dixit. Quamobrem & Solonem ſapientißimum ducebam cum imperium recuſabat. Et Pittacus niſi ad ſummam Remp. unus acceßiſſet, illud non enunciaſſet, Quàm difficile eſt bonum uirum eſſe. At Periander ut paterno morbo, ſic & tyrannide oppreſſus uidetur ex ea non malè conualeſcere, dum ſalutari colloquio in hunc uſq; diem utitur, ſapientium uirorum adhibet conſuetudinem, illas autem cacuminum reſectiones reijcit, quarum ei autor eſt ciuis meus Thraſybulus. Etenim ab agricola locuſtas & auiculas pro frumento & hordeo colligere uolente nihil differt tyrannus, qui abiectis mancipijs quàm uiris dominari malit. Nam regna unum honoris ac gloriæ fructum cum multis incommodis compenſant, ſi quidem reges bonis ut meliores imperitant, ac maiores magnis conſpiciuntur. Sin inhoneſtè in ſecuritate deliteſcere appetunt, non hominibus, ſed ouium, equorũ, & boum multitudini eos præeſſe oportebat. At nos hoſpes hic in alienum ſermonem coniecit neglectis ijs, quæ propriè dicenda quærendaq́; ſunt, ad cœnam euntibus. An non putas ut facturi, ſic inituri conuiuium quandam eſſe præparationem? Nam Sybaritæ, ni fallor, anno ante mulieres inuitant, ut liceat ſummo

otio ueste & auro adornatas ad cœnam uenire. At ego ueram rectè cœnaturi præparationem arbitror eo longius tempus requirere, quo difficiliùs est moribus aptum & congruentem, quàm luxuriosum & inutilem corpori ornatum adinuenire. Non enim uir prudens ad cœnam se, ut uas implendum affert: sed ut & seriò aliquid agat, & luctat, & tum audiat, tum dicat, prout tempus fert, ac inuitat conuiuas, si modò iucundè sunt conuicturi. Nam obsonium quidem malum licet reijcere, ac uino uitioso ad lymphas confugere: conuiua uerò morosus, molestus ac intractabilis, omnem omnis generis uini obsonij psaltriæ gratiam ac uoluptatem perdit, & corrumpit: tum istiusmodi morum odium ne ablegatu quidem facile est, uerùm nonnullis in omnem uitam inhæret in consuetudine morositas, uelut longa quædam & diuturna cruditas ex iniuria & rixa super uino nata. Quare optimè fecit Chilo, ut, cum heri uocaretur, non ante condiceret, quàm unumquenque inuitatorum cognouisset. dicebat enim ferendam quidem esse socij in nauigatione ac contubernalis molestiam, ut quibuscum necessitas communis nauigij ac militicè imponeretur: sed quibuslibet sese conuiuis immiscere, hominis amentis esse. Ac illud Aegyptiorum osseum cadauer, quod sæpenumero in conuiuijs proponunt simul adhortantes, ut meminerimus nos breui tales fore, quanquam ingratus ac intempestiuus commessator superueniat, habet tamen commoditatem quandam, si modò non ad bibendum & uoluptuandum, sed ad amicitiam ac charitatem mutuam nos adhortatur, uetatq; breuem uitæ diem molesta uiuendi ratione producere. dum in uia huiusmodi sermones inter nos conferimus, domum uenimus. Ac Thales quidem lauare noluit, quòd unctum se diceret, sed obambulans

bulans curricula & palæstras cantemplabatur, itemq; nemus quod propter mare satis solerti dimensione & descriptione est ornatum, cùm tamen nihil istorum obstupesceret, sed id ageret, ut ne Periandrum contemnere ac eius magnificentiam non aspiciendo condemnare uideretur. Reliquos autem ut quisque unctus aut lautus erat, famuli in uirilem cœnationem per porticum introducebant. In porticu autem Anacharsis sedebat, ac à fronte stabat puella eius comam manibus discriminans. Eam Thales liberalissimè occurrentem deosculatus est, ac ridens dicebat, Pulchrum nobis redde hospitem, ut ne, cum sit mausuetissimus, aspectu terribilis ac ferus appareat. Hîc interrogante me, quænam esset puella, respondit, Ignoras ergo sapientem ac celebrem ubique gentium Eumetim. Sic enim pater eam nũcupat, alij uerò à patre ducto nomine Cleobulenam appellant. Tum Niloxenus, Puellæ nimirum in ænigmatis uersutum ingeniũ ac scientiam laudas: nam in Aegyptum nonnulla ab ea quæsita peruenerunt. Minime uerò, dixit Thales. His enim perinde, ac talis quoties ludit, utitur, & in obuios iacit. Verùm & spiritus habet mirabiles, & animum politicum, & humanos mores: patrẽ deniq; ciuibus mitiorem ac populariorẽ principẽ reddit. Tum Niloxenus, Est ita apparetq; respicienti ingenuã quandã puellæ simplicitatẽ. Verum qui fit, quòd tam amãter ornet Anacharsim? Quoniam, inquit, est uir modestus & abundanti doctrina, & dietã ac purgationes, quibus in ægrotis Scythæ utũtur, animo candido & prompto tradidit. Nuncq; arbitror ipsam fouere uirum ac amanter tractare discentẽ simul & disserentẽ. Porrò cum iam prope uirilẽ cœnationem essemus, obuiam fit Alexidemus Milesius Thrasybuli tyranni nothus, qui perturbatus exierat, ac iracundè quædam ipse secum, nihil tamen ut

nos intelligere possemus loquens. Vt uerò Thaletem uidit, represso paululũ gradu consistens, Qua uos, inquit, iniuria Periander affecit, qui cùm non siuisset me enauigare summè cupientẽ, sed ad reliquã morã precatus esset etiam cœnam expectare, ut ueni, aßignat ignominiosum locũ, Aedes, ac insulanos, quoslibet deniq; Thrasybulo præferens. Quòd enim Thrasybulo, qui me misit, in persona mea labeculam aspergere studeat, eumq́; abijcere, ut certus cõtemptor manifestò declarat. Num, inquit Thales, uereris, ne quẽadmodum Aegyptij dicunt stellas in locorũ traiectione depressas aut elatas meliores aut peiores fieri, quàm ipsarũ ferat natura, itidẽ te obscurũ aut humilem locus reddat, sisq; Lacone illo cõtemptior futurus, qui in ultimum chori locũ detrusus à chorago, Probè, ait, reperisti, quà locus etiam honorabilis fiat. Non enim uidendum esse dicebat post quos occupatis locis accubamus: sed potius ut nobis bene cum accumbentibus cõueniat, initium ac ansam amicitiæ statim è nobis ipsis dando, atq; adeo non indignando, sed laudi ducendo, quod cum eiusmodi sociati simul cum quem locus mouet is de propter accumbente magis indignetur quàm de conuiuatore, & amborum odium incurrat. Verba isthæc sunt, aliud nihil, dixit Alexidemus. Re ipsa uerò uideo, etiam uos sapientes honorem persequi: & simul nos prætergressus abijt. Hominis importunitatem admirantibus nobis, dixit Thales: Bardo & absurdo est ingenio. quippe qui etiam adolescentulus adhuc, unguentum, quod propter excellentiam in delicijs habendum Thrasybulo allatum erat, in magnum spycterem infusum mero quoque affuso ebibit. ex quo inimicitias pro amicitia sibi peperit. Deinde famulus accedens ait: Periander iubet te, assumpto etiam Thalete, inspicere, quod recens ei allatum

tum est utrum alias unquam extiterit, aut quid portenti & monstri sit. Videtur enim ipse admodum perturbatus esse, uitium id, ac maculam sacrificij sui ducens: & simul nos abduxit in domunculam quandam ex ijs, quæ horto adiacent: ubi iuuenis pastor, ut uidebatur, adhuc imberbis, sed nec forma illiberali, explicata scortea penula, ostendit nobis infantem ex equa, ut aiebat, natum: in superioribus quidem partibus collotenus ac manibus humana preditum figura, in reliquis uerò equina ac more recentium à partu infantulorum uagientem. Niloxenus igitur inuocato Auerrunco deo oculos auertit, Verum Thales in adolescentem diu intuitus, deinde arridens, ut solitus erat mecum in artem iocari, Num expiationes, inquit mi Diocles commouere cogitas, & negotiũ facessere dijs Auerruncis ut in terribili ac graui aliquo euentu? Quid ni ego, inquam, id facturus sum? Seditionis enim ac discordiæ signum est, mi Thales: uereorq́; ne ad connubium & prolem pertineat deæ secundam, ut uidetur, iram ante ostendente, quàm priorẽ placauerimus. Ad hoc nihil respondens Thales, cum risu discessit: ac cùm obuiam ad fores factus Periander percunctaretur, quid uidissemus: me dimisso, ac illius apprehensa manu, Ad quæ, inquit, te Diocles hortatur festinanter nihil facias. Equidem tibi suadeo, hunc morem teneas, ut aut non utaris equorum pastoribus, aut des eis uxores. Isthac oratione uisus est mihi admodum delectari Periander: risu etenim effuso Thalem complexus & deosculatus est. Ac arbitror, aiebat, mi Diocles hoc prodigium finem habet. Vides enim, quantum mali nobis acciderit Alexidemo nobiscum cœnare recusante. Postquam uerò ingressi sumus clariore iam uoce locutus Thales, Quem, inquit, discumbendi locum uir ille moleste tulit? Eo autem monstrato

circumibat,

circumibat, nos séq; illic compositum, hoc adiecto. Quinetiam unius mensæ cum Ardalo communionem redimerem. Is autem tibicen erat, & Ardaliarum musarum sacerdos, quas priscus ille Ardalus Trœzenius consecrauit, Tum Aesopus (missus enim erat recens à Crœso ad Periandrum & Delphos simul ad Appollinē, sedebatq; in humili sella iuxta Solonem, qui supra accumbebat) Mulus, aiebat ille, Lydius in flumine conspicatus faciei imaginem & pulchritudinem proceritatemq; corporis admiratus sese ad cursum incitauit equi more iactata iuba. Deinde cùm secum cogitaret, quòd asini filius esset, cursum statim repreßit, ac fastuosum fremitum & animos deposuit. Chilo autem laconicè effabatur, καὶ τύνη βραδὺς καὶ τρέχεις τὸν ἡμιόνον. & tu tardus, & muli more curris. Postea Melissa accedebat, ac propter Periandrum discumbebat. Lumetis uerò in cœna sedebat. Thales autem me, qui supra Biantem accumbebam, compellans. Cur non, inquit, nuntiasti Bianti Naucratitam hospitem secundum ad eum uenire cum problematibus regijs, ut sobrius & consyderatus ea recipiat? Tum Bias: Hic me iamdiu territat isthac admonitione. Sed ego Dionysium noui cùm alias acrem, tum etiam λύσιον propter dissoluendi scientiam appellatum. Quare nihil uereor, ne deo plenus timidius certem. Huiusmodi iocos inter se super cœnam agitabant. Mihi uerò cœnam solitò frugaliorem intuenti subierat cogitatio, quomodo sapientes ac boni uiri inuitati & accepti ad sumptum nihil adderent, quinimmo restringerent, efficientes ut superuacanea & exquisita obsonia, unguenta exotica, bellaria, pretiosorum uinorum diffusiones tollerentur, quibus prolixè cùm quotidie in tyrannide, diuitijs ac rebus gerendis quotidie uter

die uteretur, tunc tenuis ac frugali sumptu sese uiris illis uenditabat. Non solum enim de reliquis, uerùm etiam de uxore detracto & abscondito quotidiano mundo eam leuiter ac modicè ornatam exhibebat. Remotis autem mensis distributisq; à Melissa corollis & nos libabamus, & tibicina ut paucula super libationes incinuisset, è medio discessit. Hîc compellatum Anacharsim Ardalus interrogat, essent'ne apud Scythas tibicinæ. Ille uerò ex tempore respondens, Sed ne uites quidem, inquit: Cumq; rursus Ardalus diceret, At saltem deos habent Scythæ? Habent uerò, ait, humanæ linguæ intelligentes, nec in ea opinione sunt, in qua Græci, qui se melius Scythis loqui putantes deos tamen ossa & ligna suauiùs, quàm humanam uocem audire arbitrantur. Tum Aesopus, Vellem scires, amice, quòd tibiarum opifices, reiectis hinnulorum oßibus, asinina meliorem sonum efficere dicant. Quare & Cleobulum duris auribus hominem ad Phrygiam tibiam hinnulium crus sonans, in admirationem soni gracia impulit, ut asinum craßißimum ac à Musis alienißimum animal, tenuißimum tamen os & ad musicam accommodatißimum præbere miraretur. Et certè, aiebat Niloxenus, hoc nobis Naucratitis exprobrant Busyritæ. Nam nos utimur asininis ad tibiarum confectionem: illis uerò nefas est uel tubam audire, quòd asininum quiddam sonet. Probe porrò nostis Aegyptios asinum propter Typhonem omni turpitudine & obscœnitate contaminare. Facto deinde silentio Periander oculos in Niloxenum circunferens, uolentem illum quidem sed reuerentem tamen exordiri sermonem, Equidem laudo, dixit, ciuitates ac reges, qui exteris primum, deinde ciuibus dant operam. Quamobrem nunc mihi placet nostris sermonibus ut

bus ut patrijs ac familiaribus superſedere, ac aditum uelut concionem dare Aegyptijs illis ac regijs, quos uir optimus Niloxenus affert Bianti: quem ſcio uelle nobiſcum eos in medio propoſitos conſyderare. Vbinam gentium, aiebat Bias, ac quibus cum libentius in iſtiuſmodi reſponſis ingenij uires, ei quidem oportet, quiſquam periclitatus fuerit, rege preſertim iube te priores meas eſſe in hac quæſtione diſquiſitioneq́; partes: posteriores uerò ueſtrum deinceps omnium? Itaq; Niloxenus ipſi libellum tradebat, iubebatq́; ſolutis uinculis palam omnino recitare. Porrò huiuſmodi erat ſcriptorum ſententia. Aegyptiorum rex Amaſis dicit Bianti ſapientiſsimo Græcorum. Eſt mihi cũ Aethiopum rege contentio de ſapientia, in qua in hunc uſq; diem uictus abſurdum tandem & difficile imperium cõmentus eſt me iubens mare ebibere. Hoc ego ſi ſoluero uicos ac urbes illius multas accipiam. Sin minus, urbibus, quæ ſunt in Elephantina, cedere debeo. Quare ſtatim, ut conſideraueris, dimitte Niloxenum. Quæ uerò noſtra in tuos amicos aut ciues eſſe debent officia, quominus ea conſtent, per me non ſtabit. His recitatis non diu cunctatus, ſed pauliſper in cogitatione defixus collocutusq́; cũ Cleobulo prope accumbente, Quid ais, inquit, ò Naucratita? tantæ hominum multitudini & tam amplam regionem, eamq́; optimam poßidens uolet ob ignobiles ac ſteriles uicos mare epotare? Niloxenus autem ridens, Vt potes, ipſe, quid effici queat, uideas. Tum ille, Dicat itaque Aethiopi, irruptiones fluuiorum in mare inhibeat, donec Amaſis hoc præſens mare ebibat, cum de hoc tantum mari, de futuro nihil imperarit. Hæc Biantis uerba tanta perfuderunt uoluptate Niloxenum, ut ad amplexandum oſculandumq́; Biantem ſit incitatus. Porrò laudantibus hæc approbantibusq́; reliquis, ridens,

ridens Chilo, hoſpes Naucratica, inquit, Priuſquàm pereat nobis epotum mare, Amaſidi nuntiatum nauiga, ne rationem exquirat tantæ ſalſilaginis congerendæ, ſed ut uideat potius, quomodo regnum potabile ac dulce popularibus efficiat. Nam plurimum in hac re ualet Bias, eiusq; optimus eſt magiſter, quam doctus Amaſis non amplius egebit aureo pelluuio ad Aegyptios captandos, ſed colent ipſum omnes, charumq; habebunt ob probitatem, etiamſi ſexcenties, quàm nunc eſt, ignobilior exiſteret. Atqui certe, dixit Periander, digne fiet, ſi omnes regi contulerimus huiuſmodi primitias uiritim, ut dicebat Homerus. Sic enim fiet multo præſtantius ipſa negotiatione additamentum, nobisque imprimis utile. Cùm itaque diceret Chylo merito Solonem exordiri dedere, non ſolum quòd omnes ætate anteiret, & primus accumberet, ſed etiam quòd ſummo ac perfectiſsimo magiſtratu fungeretur. Athenienſium nimirum legum lator: Niloxenus mihi inſuſurrauit, Multa quidem mi Diocles, falsò creduntur, ac multi eius abſurdis commentis de ſapientibus gaudent, & ab alijs conficta facillimè recipiunt: quorum in numero eſt, quòd nobis in Aegyptum nuntiatum eſt de Chilone, diſſoluiſſe eum ſuam cum Solone amicitiam ac hoſpitium, quòd is diceret leges mutabiles eſſe. Tum ego, Ridicula fabula: iſthac enim ratione, nos primum Lycurgo cum ſuis legibus renuntiare deberemus, cum uniuerſam Lacedæmoniorum Remp. immutarit. Solon igitur poſtquàm ſe pauliſper continuiſſet, aiebat, ſua quidem ſententia clariſsimum & regem & Tyrannum fore, ſi ciuibus de unius principatu imperium populi conſtituat: Secundus Bias, Si primus ipſe patriæ legibus utatur: Poſt Thales, Regis fœlicitatem eſſe, in ſenectute uitam naturæ reddere. Quartus Anacharſis, Si

ſis. Si ſolus ſit ſapiens. Quintus Cleobulus, Si nemini eorum, qui circa ſe ſunt, credat. Sextus Pittacus, Si ſuos non ſe, ſed de ſe timere faciat. Poſt eum demum Chilo. Qui præeſſet, nihil mortale, ſed omnia immortalia debere animo agitare. His pronunciatis poſtulabamus & ipſum Periandrum aliquid effari. At is nequaquam ualde hilaris ſed cõtracto uultu, Ego igitur inſuper pronuntio propemodum omnes iam dictas ſententias à Repub. gerenda uirum prudentem auocare. Tum Aeſopus ut reprehenſor, Debebatis ipſi apud uos hoc definire, nec imperantibus conſilium & amicitiam profeſſi eorum accuſatores exiſtere. Hîc Solon tacto Aeſopi capite ridens, An non uidetur tibi modeſtiorem Regem ac æquiorem Tyrannum efficere, qui ſuadet præſtare priuatum eſſe, quàm cum imperio? Cui hoc, inquit Aeſopus, probaueris tu, aut Apollo, cùm hoc oraculum tibi ediderit, Vrbicula eſt fœlix, quæ præconem audiat unum. Atque nunc, aiebat Solon, Athenienſes unum præconem & regem audiunt legem, ipſi ſummam Rempub. tenentes. Tu autem peritè intelligis coruos ac gracculos, ſed tuam ipſius uocem perfectè ac plenè non exaudis: uerum arbitraris urbem ſecundum dei ſentẽtiam fœliciſſimam eſſe, quæ unum audiat, conuiuij uerò præſtantiam eſſe putas ſi omnes, & omnibus de rebus loquantur. Nondum enim, reſpõdebat Aeſopus, ſanxiſti quemadmodum ne pueros amarent, ne'ue inebriarentur ſerui, ſic uelut in pari flagitio ne illoti ungerentur. Hoc cùm riſum mouiſſet Soloni, Cleodorus medicus, At paria ſunt, aiebat, illotum ungi, & madidum ad uinum garrire. Eſt enim ſuauiſſimum. Subſequutus igitur eſt Chilo, Sic abſtinendum ergo eſt ab ipſo. Rurſus uerò Aeſopus, Atqui uiſus eſt dixiſſe Thales, quòd celerrimè conſeneſcet. Ridens itaq;

Periander

Periander, Meritò, inquit, nos uexans, quòd cum instituerimus omnes Amasidis sermones in medium proferre, ad alios delapsi sumus. Vide ergo Niloxene epistolæ reliqua, horumq́; uirorum præsentia in hac re utere. Atque, dicebat ille, Aethiopis iussum nihil aliud quisquam esse dixerit, quàm ut cum Archilocho loquar, ἀχνυμένην σκυτάλην tristem Scytalam. At uerò tuus hospes Amasis humanior in huiusmodi problematibus ac doctior fuit. Iußit enim eum dicere quid uetustißimum esset, item quid pulcherrimum, quid maximum, quid sapientißimum, quid maximè commune, insuper quid utilißimum, nocentißimum, ualidissimum, facillimum. Periander, utrum igitur respondit ac dißoluit singula? Sic, inquit Niloxenus: uerum uos iudices estote. Est enim regi antiquißimum, ut neque in calumnia deprehendatur, neque si quid errat responsor, hoc sic elabi & abire citra reprehensionem patiatur. Verum recitabo uobis quemadmodum responderit. Quid uetustißimum? tempus. Quid maximum? mundus. Quid sapientißimum? ueritas. Quid pulcherrimum? lux. Quid maximè commune? mors. Quid utilißimum? Deus. Quid nocentißimũ? dæmon. Quid robustißimum? fortuna. Quid facillimum? suaue. Eisdem denuo lectis cum undequaq; refrixisset sermo, Thales Niloxenum interrogat, num Amasis omnes dissolutiones approbasset. Cùm autem responderet, quasdam regem recepisse, alijs contentum non fuisse: Atqui certè, dicebat, non est reprehendendus, atq; adeò errorũ magnorum & ignorantiæ plena sunt omnia, ut statim in initio quod de tempore responsum est. Quî enim tẽpus esse poßit uetustißimum, si una pars eius est transacta, altera præsens, tertia futura? Tempus enim, quod post nos est futurũ, præsentibus rebus & hominibus iunius uideri potest. Iam uerò,

quòd sapientiam arbitratur esse ueritatem, perinde est mea quidem sententia, ac si diceret lucem esse oculum. Quod si lucem, ut est, sic putabat pulchram, quomodo Solem præterijt? Quod ad reliqua attinet, responsum de dijs ac dæmonibus confidentiæ ac temeritatis est plenum. Illud autem de fortuna autoris sui magnam inconsiderantiam arguit. Non enim facilè mutaretur, si esset omnium ualidißimum & robustißimum. Sed nec mors commune est. Neq; enim uiuos attingit. Verum'ne uideamur aliorum tantum effata corrigere, nostra cum illius conferamus. Ac ipse me primum præbeo, quem Niloxenus, si uelit, de singulis interroget. Quemadmodum igitur tunc interrogationes & responsiones fiebant, sic eas nũc exponam. Quid uetustißimum? deus, inquit Thales. Nec enim genitus est. Quid maximum? locus. Nam reliqua quidem mundus, mundum uerò locus complectitur. Quid pulcherrimum? mundus. Quicquid enim ordine structum & compositum est, pars huius est. Quid sapientißimum? tempus. Res enim partim iam inuenit, partim inueniet. Quid maximè commune? Spes. Nam qui aliud nihil, hanc saltem habet. Quid utilißimum? uirtus, cum reliqua reddat utilia eis honestè utendo. Quid nocentißimum? improbitas, quòd possessori secum maximas affert calamitates. Quid ualidißimum? necessitas. Sola enim inuicta est. Quid facillimum? quod naturæ est consentaneum, quando uoluptates sæpenumero fastidium sui pariant. Quum omnes hæc Thaletis approbassent, Cleodemus aiebat, huiusmodi, Niloxene, interrogationes & responsiones dignæ sunt regibus. In barbarum uerò illum, qui Amasidi propinat mare, conueniebat breue Pittaci responsum, quo usus ad Alyatem per literas superbè quiddam Lesbijs imperantem, tantillum iußit eum cæpas & calidum panẽ comesse. Suscepto deinde

serm

ſermone Periander, Enimuero Niloxene moris erat etiam priſcis illis Græcis inter ſe huiuſmodi difficiles percunctationes proponere. Accepimus enim ad Amphidamantis ſepulturam Chalcidem conueniſſe ex ijs, qui tunc ſapientes habebantur, nobiliſsimos poëtas. Erat autem Reip. gerendæ peritus Amphidamas, ac poſt egregiè uexatos Eretrienſes in illis de Lilanto pugnis cecidit. Quoniam uerò apparata poëtarum carmina propter parem uirtutem arduum ac difficile iudicium reddebant, ac nomen nobile certantium Homeri ac Heſiodi iudices æſtuare ac uerecundari faciebat, ad hoc genus quæſtionum ſeſe conuerterunt. Ac propoſuit quidem Homerus, ut ait Leſches,

Dic quæ nec fuerant, nec poſt uentura trahuntur,
Muſa mihi.

Heſiodus autem ex tempore reſpondit,

Cum Iouis ad tumulum furor impetuoſus equorum
Sonnipedum currus palmæ contriuerit ergo.

Hac de cauſa maximam de ſe admirationem concitans, tripodem obtinuiſſe dicitur. Sed quid, inquit Cleodemus, hæc differunt ab Eumetis ænigmatibus, quæ illa, dum iocatur, ac zonulas reticulaq; ut gregales texit, mulieribus obijcere ſolet. Viros autem prudentes ea ut res ſerias tractare ridiculum eſt. Eumetis igitur aliquid ei, ut apparebat libenter reſponſura pudore impediebatur, ac facies rubore ſuffundebatur. Sed Aeſopus uelut eius uicem ulciſcens, An non, inquit, magis ridiculum eſt uos iſta non poſſe diſſoluere, quale eſt, quod paulò ante cœnam proponebat,

Aera uiro igne uirum iungentem ut glutine uidi.

Quid hoc rei eſſe dixeris? At ne didiciſſe quidem uelim, reſpondet Cleodemus. Atqui certè, inquit, nemo te me-

lius hoc nouit, nec facit peritius. Quod si negas, testes mihi sunt uestræ cucurbitulæ. A risu igitur temperare non potuit Cleodemus. Nam is plurimum cucurbitulis utebatur præter cæteros ætatis suæ medicos, ac ex illo maximè hoc remedij genus nobilitatum est. Mnesiphilus uerò Atheniensis amicus & sectator Solonis, Equidem, aiebat, æquum esse censeo, ut uinum sic sermonem non ex censu nec ex primatu, sed omnibus ex æquo, ut in populari Reip. statu communem distribui orportere. Quare cum ea, quæ paulò ante de imperio ac regno dicta sunt, nihil ad nos populares pertineant, oportere arbitramur unumquenque uestrum denuo sententiam aliquam de æquabili Republ. conferre initio rursus à Solone sumpto. Visum est ergo ita facere, primusq; Solon, Audieras tu quidem ac omnes Athenienses, quæ mea sit de Repub. sententia. Sed si nunc quoque audire desyderas, Beatißima mihi uidetur ciuitas illa optimeq; populi maiestatem tueri, in qua eum, qui iniuriam intulit, non minus læso, ij, qui nihil paßi sunt, auersantur & puniunt. Secundus Bias, optima, dicebat, democratia, in qua omnes legem non aliter, quàm tyrannum, pertimescunt. Post hunc Thales, Quæ neque nimis diuites, neque pauperes habet ciues. deinde Anacharsis, In qua, cùm cætera indifferentia definiuntur, uirtus optimum statuitur, ac improbitas peßimum. Quintus Cleobulus, Modestißimum populum esse, cuius magistratus uituperationem uehementius, quàm legem timent. Sexto loco Pittacus, Vbi improbi arcentur à gubernaculis Reipublicæ, ac probi adhibentur. Deinde Chilosecum meditatus pronuntiauit, optimam eam Rempublicam, quæ leges maximè, oratores minimè audit. Postremus rursus Periander, rem sua quoque concludens sententia, sibi placere om

re omni decorare laude popularem statum optimatui simillimum. Cùm & huius sermonis finis esset factus, petebam ego de domestica quoque rationum aliquid eos nobis proferre: quandoquidem regna & ciuitates pauci gubernant, focus uerò, ac domus ad omnes pertinent. Hîc edito risu Aesopus, Nequaquam, inquit, si quidem in omnium numerum Anacharsim etiam aggregas. Iste enim domum non habet, atque adeò gloriatur, quòd tecto, quod subeat, carens plaustro utatur, ut solem aiunt curribus circumuehi aliàs aliam cœli plagam occupantem. Respondebat autem Anacharsis, Hac de causa aut solus, aut maximè inter deos liber est, & sui iuris, omniumq; uictor nulli uictus regnat, & aurigatur: At uerò te latet, quod eximia pulchritudine & admirabili magnitudine sit eius currus, alioquin haud quaquam iocans risum mouendi gratia illa nostris comparasses. sed mihi uideris, Aesope, domum putare lutea hæc & figulina septa, ac si cochleam arbitrareris testam esse, non ipsum animal. Quamobrem non sine causa risum tibi excitauit Solon, quòd cùm uideret Crœsi domum sumptuosè ornatam, non tamen statim pronuntiauit dominum eius feliciter ac beatè habitare, ut qui maluisset spectator esse bonorum, quæ in ipso, quàm quæ propter ipsum essent. Ac tu mihi uideris nec uulpeculæ tuæ meminisse. Illa enim de uarietate cum panthera certans iudicem interiora sua cognoscere postulabat. illinc enim se uariam magis apparituram. Tu uerò tignariorum & lapidariorum fabrorum obambulans opera domum ea esse arbitraris, non autem ea, quæ intra unumquenque sunt, & ipsius propria filios, connubia, amicos, seruos. Quibuscum enim prudentibus ac modestis quisquam, uel in formicæ cauernula aut auicularum nido, præ-

ſentium bonorum eſt particeps, domum habitat, eam'que beatam. Hæc igitur, inquit, & Aeſopo reſpondeo, & uelut ſymbolum Diocli confero. Reliquorum uerò ſinguli debent ſuam quiſque ſententiam proferre. Sic Solon optimam ſibi uideri domum, in qua pecuniæ nec iniuria comparantur, nec cum ſuſpecta aliorum fide cuſtodiuntur, nec erogatæ pœnitentiam afferunt. Deinde Bias, In qua talem ſe ſponte dominus præſtat, qualem foris eſſe leges cogunt. Thales, In qua plurimum otij domino datur. Cleobulus, ſi eorum, qui amore & beneuolentia dominum proſequitur, quàm eorum, qui timent, maior eſt numerus. Pittacus, Quæ nec ſuperuacaneorum & ad uoluptatem comparatorum, nec ullo neceſſariorum caret. Chilo demum, ſimilem eſſe debere domum regali ciuitati, mox addidit Lycurgum dixiſſe cuidam iubenti, populare imperium in ciuitate conſtituere primus, uti hoc ipſe domi ſuæ faceret. Poſtquã hic quoq; ſermo ad exitum perductus eſt, Eumetis cum Meliſſa exijt, & Periandro bene magnum calycem Chiloni propinante, rurſusq; Chilone Bianti, ſuper his exurgens Ardalus ac Aeſopum compellans, Ita'ne uerò tu, inquit, non tranſmiſeris huc ad nos poculum, cùm uideas iſtos, ut illum Bathyclis calicem inter ſe miſsitantes alijs minimè communicare? Tum Aeſopus, ſed nec hoc poculum populare ac commune eſt, quippe iamdiu aſtat uni Soloni. Pittacus igitur Mneſiphilum interrogabat, quare Solon non bibendo iudicij ſui teſtimonium contra poëmata ſua daret, in quibus ſcripſit:

Nunc Veneris, Bacchi, Muſarum dulcia nobis
Sunt opera: efficiunt pectora læta uiris.

Hîc Anacharſis reſponſionem occupans, Te timet enim Pittace, tuamq; atrocem illam legem, per quam ebrij quàm ſobrij peccatũ duplo maiori multa ſanxiſti. Ad hæc Pittacus,

Atqui

Atqui tu legem adeò superbè contempsisti, ut antea & nunc ebrius uictoriæ præmiũ & coronam petas. Quid ni respondebat, cũ plus potanti præmia proponerẽtur, ea ego primus inebriatus exigerem? Aut me, quæso, doceto te, quid intersit, multo te mero ingurgites, an inebrieris? Hic ridente Pittaco Aesopus huiusmodi fabulam narrabat: Lupus conspicatus in casa pastores ouẽ comedẽtes, prope accedens, Quàm, inquit, turbaremini, si hoc ego facerem. Tum Chilo rectè suam uicem nos ultus est Aesopus, quũ paulò antè os ei obthuratum esset, & nũc uideret respondendi facultatẽ Mnesiphilo ab alijs ademptam. Nam pro Solone responsum explicare non potuit. Porrò rationẽ Mnesiphilus afferebat, scire se uideri Soloni omnis artis omnisq; uis tum humanæ tum diuinæ opus esse id potius, quod fit, quàm per quod illud fit, & finẽ potius, quàm quæ ad eum spectant. Textorẽ enim arbitror existimaturũ suũ opus esse chlamidẽ & palliũ potius, quàm regularũ dispositionẽ ex stamine aptorũ lapidũ excitationẽ. Item fabrũ ferrariũ ferruminationẽ & securis temperationẽ potius, quàm quicquã huius rei gratia comparatorũ, ut carbonũ exuscitationẽ aut scobis lapideæ præparationem. Et cùm grauius nos adhuc reprehẽderit Architectus, si proprium eius officiũ esse dicamus ligna terebrare, ac maceratũ lutũ subigere, nauẽ autẽ aut domũ ædificare, nõ esse: tum uerò grauissimè Musæ, si arbitremur citharã & tibias earum proprias, morũ uerò doctrinã ac perturbationũ sedationẽ in ijs, qui cantu & harmonia utũtur, alienas esse. Quãobrẽ nec Veneris opus est coitus ac corporum mistura, nec Dionysij ebrietas & uinũ, sed quam per hæc nobis ingenerãt humanitatẽ, desideriũ, cõsuetudinẽ, familiaritatẽ, quæ diuina opera Solon appellat, quæq; se iã senẽ factũ summè amare & persequi dicit. Et Venus quidẽ inter uiros & mulieres cõcordiæ

& amicitiæ est causa, uoluptatis magnitudine unà cũ corporibus animos cõmiscens colliquansq;. Dionysius autẽ uulgo hominibus, & nõ magna consuetndine coniunctis, nec uerò ualde inter ipsos notis, uino uelut in igne mores molliens & humectans initium quoddam congruendæ iungendæq; amicitiæ facit. Sed cùm tales uiri cõuenerint, quales uos Periander inuitauit, non opus est, opinor, calice nec cyatho, uerùm musæ in medio proposito sermone uelut sobrio cratere, in quo nõ solùm uoluptatis, sed etiã ioci plurimũ & serij insit, hũc excitãt, & irrigãt, diffunduntq; beneuolentiã sinẽtes, ut plurimũ cyathũ super cratere requiescere, id quod fieri uetuit Hesiodus inter eos, qui bibaciores q̃ disertiores essent.

Nam etsi, alij Græci bibant admensa comantes.
At spumans patera astat perpetuo tibi plena.

Nam & propinationes ipsas, aiebat, audio dictas à ueteribus unoquoq; δαιτρὸν, ut aiebat Homerus, et certa mẽsur abibẽte, deinde, ut Aiax, particulas cõmunicante cũ propter accumbente. Quibus à Mnesiphilo dictis, Chersias poëta (nam crimine solutus erat, ac precibus Chilonis in Periãdri gratiam nuper restitutus) utrũ, dicebat ille, etiã dijs Iuppiter, quemadmodũ Agamẽnon ijs, quorũ eximia opera in bello gerẽdo extitit, potum metitur, quẽ sibi inuicẽ propinãt apud ipsum conuiuãtes. Ad hoc Cleodemus, si Ioui ambrosiã afferunt colombæ, ut uos perhibetis, Cyaneas erraticas difficiliter ac uix superuolantes, an nõ arbitraris etiã nectar ipsum paratu difficile ac rarũ esse: ut necessariò parcat, & conditũ unicuiq; promat. Verisimile fit, inquit Chersias. Sed quoniã rursus in sermonẽ de œconomia incidimus, quis uestrũ nobis reliquum explicabit? Superest autẽ, ni fallor, ut discamus poßidẽdi modum placentẽ pariter & sufficientẽ. Tum Cleobulus, sapientibus modũ lex statuit, stultis autẽ fabulam matris narrabo,

qua ipsa ad fratrem utebatur. Aiebat enim Lunam orasse matrem suam, ut aptam sibi tunicam texeret: Illam porrò respondisse: quî possum tibi aptam texere, cum tè uideam nunc plenam nunc in cornua curuatam, aliquando utrinq; gibbam. Ad eundem certe modũ, amice Chersia etiam homini stulto & nequam facultatum nullus est modus. Nunc enim hoc, nunc illo indiget, prout cupiditates ac fors ferunt, cani æsopico similis, quem aiunt hyeme, quòd frigore rigeret, contractum complicatumq; de ædificanda domo cogitasse: æstate uerò extensis dormientem membris, ipsum sibi magnum uisum esse, & nec rem necessariam duxisse nec leuem tantam domum construere. An non uides, Chersia: etiam pauperes homines nunc se intra angustos admodum fines contrahere, ut rotundè & laconicè uicturos, nunc nisi omnium diuitias posideant priuatorum pariter & regum egestate se perditum iri arbitrari. Postquam igitur conticuit Chersias, sermonem suscipiens Cleodemus, At enim etiam uos sapientes impari latitudine distinctas tenere uestras possessiones uidemus. Tum Cleobulus, Lex etenim, inquit, optime uir ut textor singulis attribuit, quod decet, conuenit, ac quadrat, tuq; ut lege sic ratione dum nutris, dum diæta curas, dum laborantibus medicinam adhibes, non omnibus æquum, sed quod singulis conuenit id tribuis. Deinde Ardalus, Vtrum igitur, inquit, nostrum etiam sodalem & Solonis hospitem Epimenidem lex aliqua iubet alijs cibis abstinere, tantum autem illius famem prohibentis exiguum quiddam, quas ipse sibi delicias componit in os sumentẽ diem transigere impransum & incœnatũ? Cum hic iam sermo attentos fecisset conuiuas Thales irridens, Sapere dicebat Epimenidem, quòd nolit negotium habere

 molendis

molendis sibi ac coquendis cibarijs Pittaci more, Nam tum, inquit, cum in Lesbo fui audiui hospitem cantantem ad molam, Mole mola mole, Nam Pittacus molit superbas Mitylenas regens: Solon autem dicebat se mirari, si Ardalus nunquam legisset illius uictus legem in Hesiodi carminibus scriptam. Ille enim est, qui primus Epimenidi semina huius alimenti præbuit, ac quærere docuit,

In malua quantum siet asphodeloq; leuamen.

Num arbitraris, ait Periander, Hesiodum tale quicquam cogitasse potius, quàm parsimoniæ assiduum laudatorem ad tenuissima quæque obsonia ut suauissima nos inuitare. Malua enim bonus est cibus, & dulcis asphodeli scapus. Iam uerò ista famem ac sitim depellentia medicamenta potius nominanda, quàm cibaria audio, è melle atque caseo, nescio quæ è barbaria aduecto, itemq; seminibus bene multis & paratu difficilibus constare. Quî igitur ut in Hesiodo est, clauum in fumo suspendere possis, Perpetuo & bos & toleratrix mula quiescat, si tanto opus erit apparatu. Ac miror tuum hospitem, Solon, cum Delijs nuper magnam lustrationem fecerit, non aspexisse allata in templum primi alimenti monimenta & metallorum specimina & ex natura sponte prouenientibus maluam & asphodelum, quorum uerisimile fit & Hesiodum nobis tenuitatem & simplicitatem commendare. Non ob hæc solum, inquit Anacharsis, sed etiam præ cæteris oleribus salubritatis nomine utraque, herba laudatur. Rectè dicis, ait Cleodemus: Hesiodus enim medicus est, ut constat ex accurata & perita disputatione de uictus ratione, de mixtura uini, de aquæ præstantia, de balneo muliebri, & rei cum mulieribus habendæ opportunitate, itémque infantium collocatione. Verùm mihi iustius uidetur Aesopus se

pus se discipulum Hesiodi ostendere, quàm Epimenides. Huic enim uiam ad præclaram istam & uariam multiplicémque linguarum sapientiam ostendit ille accipitris cum luscinia fabulosus sermo. Ego uerò libenter ex Solone didicerim, quem uerisimile fit nosse propter diuturnam Athenis cum illo uiro consuetudinem, qua re motus, aut quid commentus ad huiusmodi uictus rationem sese contulit. Tum Solon. Quid est, quod illum interrogemus, cum planum sit ad maximum & præstantissimum bonorum secundum esse minimo indigere alimento: aut maximum, si id uobis probatur, omnino non indigere. Minime omnium, ait Cleodemus, mihi probatur, si quod uidetur, dicendum est, ac maximè astante mensa, quam ijdem qui cibum tollunt deorum amicitiæ, & hospitij præsidum sacrám. Ac ut, ait Thales, adempta terra totius mundi confusionem fore, sic huius sublatione domus dissoluitur. Vnà enim tollitur ignis, domus, custos, focus, crateres, conuiuia, hospitia, humanissimæ ac primæ hominum inter ipsos societates, uel potius uniuersa uita: si quidem ea est traductio quædam continens hominis actionum decursum quarum plurimas uictus necessaria præparatio elicit. Sic damnum graue nobis datur in agricultura, quæ si deserta perit, rursum nobis terram relinquet deformem & spurcam, utpote syluis sterilibus & fluentis erratico lapsu delatis ex segnitia repletam, perditq; unà omnes artes ac opificia, quorum princeps & præsultrix est, quibus fundamentum ac materiam præbet, quæ hac de medio sublata dissoluuntur, itemq; deorum honores, paruã Soli, minorem Lunæ lucis tantum & teporis nomine gratiam hominibus habituris. Pluuio Ioui, proarali Cereri, plantario Neptuno: ubi ara? ubi sacrificium? quomodo appellabitur

labitur χαριτοδότης, *id est gratiæ dator Dionysius, si nihil eorum, quæ dat, requiremus? quid immolabimus aut libabimus? cuius rei primitias offeremus? Hæc enim omnia maximarum rerum euersionem & confusionem in se continent. Ac omni quidem omnino se uoluptati dedere brutum est, ut contra omnem plane fugere stupidum. Mens ergo alijs quibusdā uoluptatibus fruatur licet, at uerò corpus iustiorem uoluptatem inuenire nequit ea, quam alimēta offerunt, quod omnium hominum nemo non sentit. Hac enim in medio posita ipsi secum cōmunicant cœnas & mēsam. Venereas autem res receptaculis ac magnis tenebris obtendunt: arbitrantes huius uoluptatis usum communem facere, & illius communionem tollere, paris impudentiæ & feritatis esse. Cum desijsset Cleodemus, ego sermonem suscepi. Illud præteris, nos unà cum uictu etiam somnum expellere: qui si nullus relinquitur, nec iam somnium erit, sed peribit nobis uetustißimum oraculum. tum uerò simplex erit & uniusmodi uita, frustraq; quodammodo erit anima corpore circundata. Nam plurimæ eius ac præcipuæ partes, cibi ut instrumenta essent, comparatæ sunt, lingua, dentes, stomachus, hepar. Nihil otiosum, nihil ad alium usum institutum. Quare qui alimento non indiget, is nec corpore, quod est ipsum se, non indigere? Nam cum corpore unusquisque nostrum est. Nos igitur, dicebam ego, hæc uentri symbola conferimus. Quod si Solon aut alius quispiam quicquā reprehendit, ei operam dabimus, Tum Solon, Admodum, inquit, est quod reprehendamus, ne etiam Aegyptijs minus iudicio ualere uideamur, qui cadauer dissectum soli ostendunt, deinde intestina in fluuium deijciunt, ac reliquum corpus iam purgatum studiose curant. Nam reuera hæc sunt carnis nostræ inquinamenta, ac ut apud inferos*

tartarus

tartarus terribilibus quibuſdam fluentis & ſpiritu ſimul cũ igne commiſto & mortuis repletus. Nam cum uiuens ex uiuentium nullo nutriatur, nos animalia interimentes & plantas ex eo, quod nutriuntur & augentur, uitæ participes perdentes iniuriam facimus. Quod enim in aliud immutatur, naturam ſuam deperdit, ac omni corruptione corrumpitur, ut alteri ſic in alimentum. Iam uerò à carnium comeſtura ſeſe continere, quod priſcum illum Orpheum feciſſe tradunt, callide potius ad uirtutis ſpeciẽ fit, quàm cum uera innocentia ea fugiendo ſcelera, quæ deliciarum cauſa ſuſcipiuntur: cum una fuga ac innocẽtia ſit in iuſtitiam tendens apta nimirũ ex ſeſe habere omnia, nec cuius quàm inſuper alterius indigere. Cui uerò deus tam difficilem ſalutis ſuæ rationem reddidit, ut eam tueri nullo modo poßit ſine alterius pernicie, huic ad iniuriam addidit naturam ducem. Hæc cum ſint huiuſmodi, an nõ debent excindi cum ſua iniuria uenter, ſtomachus, hepar, quæ nullius rei honeſtæ ſenſum, ſed appetitum cõmouent? Quorum alia ſunt inſtrumẽtis coquinarijs ſimilia, ut cultris & lebetibus, alia piſtrinẽſibus, & caminis, & putearijs, & mactris. Facillimè uerò quiuis è uulgò uidere poterit animam in corpore ut in piſtrino inuoluto capite ibi circa uictus neceßitatem circulatim uerſari, quẽadmodum certè & nos inter nos paulò ante non aſpiciebamus, nec audiebamus, ſed unuſquiſq; pronus uictus neceßitati ſeruiebat. Contrà uerò nunc ſublatis menſis liberi, ut uides, facti ſermonibus coronati uacamus, conuerſamur, otium agimus, poſtquã eò peruenimus, ut alimẽto non indigeamus. An non igitur ſi præſens hic corporis habitus in omnem uitam perduraret, ſemper otioſi cõſuetudine frueremur, utpote paupertatis ſecuri & diuitiarum ignari? Nam admiratio ſuperuacaneorũ ſtatim ſequitur ne-

ceſſar

cessariorum indigentiam, eiq; contubernalis est. Verũ Cleodemus putat idcirco cibum esse debere, ut mensæ & crateres sint, quæ Cereri ac uirgini filiæ adhuc cõsecrantur. Hîc alius aliquis pugnas ac bellum desideret, ut mœnia, naualia, armamentaria habeamus, & hecatonphonia fiant, quo instituto aiunt Messenios uti. Rursus alium arbitror sanitatem molestè ferre. Grauis enim iactura, si nemine laborante mollis stragulæ & lecti usus peribit: si Aesculapio, si Auerruncis dijs non sacrificabimus: si iam medicina cum instrumentis ac medicamẽtis reponetur tam nullo nec in honore nec desiderio. Aut quid hæc & illa inter se differunt? Nam cibus ut famis medicamentum sumitur, ac seipsos curare dicuntur, qui diæta utuntur, nequaquam hoc, ut suaue quiddam & gratũ, sed ut naturæ necessariũ facientes. Nam plures etiam molestias, quàm uoluptates enumerare possum è cibo nascentes, uel ut melius dicam, uoluptas quidẽ & exiguum in corpore locũ, & breue tempus habet, at uerò in ea administranda occupatio & difficultas: quid attinet dicere, quot turpitudines & molestias nobis accumulent? Arbitror enim Homerum in tot res intuentem deos immortales esse necessaria ratione comprobasse quòd nõ nutriantur.

Non eduut cibum, nec uina ardentia bibunt.
Hinc sunt exangues, immortalesq; uocantur.

perinde acsi uictus non solum uitæ, sed etiam mortis sit uiaticum. Ex hoc enim morbi corporibus turmatim collecti, fame saturitatem non leuius malum esse ostendunt: quinetiam sæpenumero difficilius esse in corpus assumptũ cibum rursus discußisse, quàm eum parasse, collegisse, & absumpsisse. Sed ut si Danai filiæ dubitarent, quã uitam uiuerent, quidq; agerẽt liberatæ illa dolij implendi seruitute, sic dubitamus, si contigerit finis tot ex terra simul & mari congerendi in

insanab

insatiabilem isthanc carnem, quid agendum nobis supererit, utpote præ rerum honestarum ignoratione uitam in necessarijs consistentem amplexantes. Quemadmodum igitur, qui seruitutem seruierunt, quando manumißi sunt, quæ olim dominis obsequentes faciebant, ea ipsi sibi ac in suam gratiam faciunt: sic anima nunc quidem multis laboribus & molestijs corpus cibo sustentat, uerùm seruitute liberata seipsam certè in libertatem uindicatam nutriet, ac uiuet in se, ac ueritatem intuens, nullo distrahente aut abducente. Atq; hæc quidem sunt, Nicharche, quæ de alimento dicta fuerũt. Porrò adhuc loquente Solone, Gorgias Periandri frater ingressus est. Nam ex oraculis quibusdam in Tænarũ missus erat, ut Neptuno sacrificium & pompam duceret. Eum cũ salutassemus, ac Periander amplexatus exosculatusq; esset, ubi assedit in lecto, nescio quæ illi soli nuntiabat. Periander autem auscultabat, uariè, ut uidebatur, oratione affectus. Nunc dolere, nunc indignari uidebatur, sæpenumero quoque dictis fidem non habere, deinde admirari. Tandem uerò arridens nobis, Cupio, inquit, in præsentia quod mihi noui est allatum, exponere: sed refugio, quòd aliquando è Thalete audiuerim, uerisimilia dicenda esse, contraq; reticenda, quæ fieri nulla ratione possunt. Hîc respondebat Bias, Sed & hæc quoque est Thaletis sapiens sententia, Oportere inimicis quidem nec de rebus credibilibus fidem habere, amicis autem etiam incredibilia narrantibus credere. Equidem ipso autore inimicos duco improbos & stultos, ut contra amicos probos & sapientes. Quare, Gorgia, narrare debes, uel potius in nouos istos, dithyrambos, coniectum, quẽ affers, sermonem clarißima uoce pronũtiare. Itaq; narrabat Gorgias, quòd cùm triduo sacrificium esset perfectũ, ac ultimo luna pernox, choreaq; ac lusus quidam in littore agitaretur,

agitaretur. lunæ ſplendore completo mari, ac nullo flante uento, ſed placido aëre ac tranquillo mari, è longinquo conſpiciebatur horror quidam iuxta promontorium deſcē-dere ſpumam quandam ac ſtrepitum magnum impetu circa ſe uehens, ut omnes admirati eò, quò erat appulſurus, decurrerent. Prius autem præ celeritate, quàm quid eſſet conijcere poterant, delphini conſpecti ſunt, alij confertim in gyrum circundati, alij prænatantes ad littoris planiſſimam partem, alij à tergo cum quadam uelut obſeruantia: in medio uerò exiſtebat moles uectati corporis obſcura & incerta, donec in unum coëuntes ſimulq́; appellentes in terram exponebant hominem ſpirantem ac ſeſe mouentem. Ipſi uerò promontorium repetentes magis quàm antè exiliebant præ gaudio, ut uidebatur, ludentes & laſciuientes. E nobis uerò, aiebat Gorgias, multi perturbati à mari fugiebant, ac pauci accedere auſi ipſum Ariona citharæ dum agnouerunt, nomen ſonantem ſuum, & ex amictu, quis eſſet, apparentem. Nam inſigni illo certaminis ornatu indutus erat, quo cùm cithara caneret, utebatur. Cùm igitur ad tabernaculum eum portaſſemus, (nequaquam uerò ſe malè habebat, præterquam quòd ob motus celeritatem reſolutis uiribus defeciſſe uidebatur) in tabernaculo, inquam, ſermonem audiuimus omnibus incredibilem, præterquam nobis, qui rei exitum ſpectauimus. Nam dicebat Arion, iam olim deliberato ſibi ex Italia diſceſſu, cum etiam Periandri literis magis incitaretur, oneraria naue, quam caſus obtuliſſet, ſtatim conſcenſa ſoluiſſe. Mitius uerò uento ſpirante ſenſiſſe inſidias uitæ ſuæ à nautis fieri, ac deinde à gubernatore audiſſe, clam indicante, quòd noctu hoc eis perpetrare conſtitutum eſſet. Itaque deſtitutum auxilio, & conſilij inopem,

diuino

diuino quodam impetu usum esse, ut corpus ornaret, ac uiuens adhuc insignem illum certaminis amictum sibi sepulchralem futurum sumeret, cantaretq; in uitæ fine, nec sese cygnis in hac parte ignauiorem præberet. Apparatum igitur & præfatum, quòd alacritate quadam teneretur carmen Pythium decantandi pro sua, & nauis, uectorumq; salute, muro in puppi astantem, ac prolusione in deorum marinorum inuocationem edita, cecinisse carmen: & statim cùm in medio esset in mare solem occidisse, Peloponnesumq; apparuisse. Hîc igitur non amplius noctem expectantibus, sed ad cædem grassantibus nautis, districtos intuitum gladios, ac gubernatore, ne aspiceret, ueste caput inuoluente, sursum incitato cursu seipsum, quàm longißimè potuit, ab oneraria proiecisse. Tum priusquã totum corpus demergeretur, delphinis succurrentibus, seq; supponentibus, alleuatum esse primum æstus ignorationis perturbationis plenum, post uerò, quàm uectionis facultas erat, ac multos uidebat circa se beneuolè agglomerare ac uicißim suscipere ut necessariũ munus & officium commune, oneraria autem longè relicta celeritatis sensum præbebat, dicebat nec tantum timorem mortis, nec uitæ cupiditatem tantam, quantum studium salutis esse sibi exortum, ut pius erga deos uideretur, & certam de eis persuasionem indueret, simulq; cœlum contuẽtem stellis refertum, ac lunam lucidè pureq; exorientem, tum in mari usquequaq; tranquillato uelut uiam cursu diffissam, secum cogitasse, non unũ esse iustitiæ oculum, sed hisce omnibus deum circunquaq; inspicere, quæ terra & mari gerantur. His igitur cogitationibus aiebat laborãtes & degrauatas iam corporis sui parteis alleuatas esse. Ac postremò ubi à promontorio abrupto & alto, quod è regione erat, scita & cauta declinatione flexioneq; facta (in summa enim aqua) nata-

bant ad terram, quasi in portum, incolumem nauem subducentes, omnino sensisse se dei gubernatione uectatum fuisse. Hæc cùm narrasset Arion, dicebat Gorgias, interrogabam ipsum, quò nauem arbitraretur appulsum iri. Ille uerò Corinthum omnino, sed longo tamen interuallo subsequi. Se enim uesperi in mare delapsum non minus quingentis stadijs uectatum fuisse, ac statim tranquillitatem consequutam. Verumenimuero dicebat Gorgias se audito naucleri, & gubernatoris nomine, nauisq; insigni, milites in nauigijs ei misisse eos, qui appellerent, obseruatum: Arionem uerò absconditum secum afferre, ne præsentientes eius salutem diffugerent. Itaque prorsus uideri diuina quadam sorte accidisse, ut simul & ipsi adessent, & à militibus captam nauem, comprehensosq; uectores, & nautas audirent. Periander igitur Gorgiam iußit confestim ire uiros in custodiam traditum, quò nullus eos aditurus esset, nec dicturus seruatum esse Arionem. Tum Aesopus, Vos'ne, inquit, deridetis gracculos meos & coruos loquentes, cùm tam noua & mira strenuè ac iuueniliter delphini designẽt. Aliud quiddam est, Aesope, quod dicimus, aiebam ego. Nam cùm fidem hæc res apud nos habet, ac literis commendatur amplius mille anni exierunt etiam ab Iouis & Athamantis temporibus. Ad hæc Solon, At ista, inquit, mi Diocles, proximè ad deorum naturam accedunt conditionem nostram superantia. Verum res humana, ac quæ in nos cadat, est illud quod Hesiodo accidit: fortaßis rem audiuisti. Non equidem, respondebam: Atqui operæpretium est audisse. Solon: Quum quidam, ut arbitror, Milesius, cuius in hospitio ac uictu socius erat Hesiodus, apud Locros clam hospitis filiæ stuprum obtulisset, & deprehensus fuisset, in innocentis Hesiodi persona suspitio consistebat, quasi ab initio conscij & flagitij

occul

occultatoris, ut immeritò in ipsam iræ tempestatem ac crimen inciderit. Nam puellæ fratres eum ex insidijs aggreßi iuxta Locrense Nemæum interfecerunt, itemq; eius comitem Troilum nomine. Cadauera porrò in mare deiecta: Troili quidem, cùm in daphnum fluuium ab alto ferretur, ad scopulum undiq; fluctibus pulsatum & paululum existentem adhæsit: unde ad hæc tempora scopulus Troilus uocatur: Hesiodi uerò statim à terra susceptum delphinorum grex ad Rhium promontorium & Molycriam tulit: quo tempore à Locris in Rhio sacrificium fiebat, ac mercatus celebrabatur, quem magno ludorũ apparatu splendidè eodem in loco hodie quoque agunt. Vt uerò conspectum est corpus appelli, admirati (ut in eiusmodi re fieri uerisimile est) in litus decurrerunt, ac cognito corpore recenti adhuc à cæde, ob nomen nobile uiri omnia ei inuestigandæ posthabuerunt: id quod statim fecerunt interfectoribus repertis, quos in mare uiuos demerserunt, ac eorundem domum diruerunt. Sepultus autem est Hesiodus prope Nemæum, locum uerò peregrinorum multi ignorant, quòd occultatus sit propter orchomeniorum inuestigationem cupientium, ut narratur, ex oraculo illinc reliquias tollere, & apud se humare. Quamobrem, si familiares adeò & humani sunt erga mortuos, etiã uerißimilius fit uiuis opem ferre, & maximè tibijs ac cantibus delinitos. Est enim omnibus notum, has animantes musica gaudere, eam persequi, remigantibus connatare cantu ac tibijs in maris tranquillitate delectatas. Gaudent præterea puerulorum natatu, & urinationibus concertant. Quare securitatis legem habent non scriptam. Nam nullus eos piscatur, aut uexat, nisi quod, cùm retia ingreßi prædam improbi comedunt, uapulant, ut pueri peccantes. Memorabat præterea se è Lesbijs ho-

minibus audiſſe, puellam quandam è mari à delphino ſeruatam: eam rem pro certo narrari. Atque dicebat Pittacus eam nobilitari, celebrariq́; multorum peruagato ſermone. Nam cùm Leſbi habitatoribus editum eſſet oraculum, ut ubi ad ſcopulũ appuliſſent, qui Meſogœum appellatur, ibi Neptuno taurum, Amphitrite uerò & Nereidibus uiuam uirginem in mare demitterẽt: cumq́; ſeptem eſſent duces & reges, octauus uerò Echelaus coloniæ oraculo Pythio deducendæ princeps conſtitutus, qui adhuc adoleſcens erat, ut pueri, quotquot è ſeptem illis ſorte id munus obtinentibus cœlibes erant, matrem Sminthei ſors occupat. Hanc igitur ueſte & auro exornatam, ut ad locum uenerunt, deas precati in mare demiſſuri erant: cùm eam forte deperiens è uectoribus quidam generoſus adoleſcens, quem etiam Enalum nomine perhibent, proiectæ quandam puellæ auxiliandi cupiditatem in illo caſu concipit, ut in ipſo temporis articulo accurrerit, & arcto circumplexu adhæreſcens unà ſe in mare cum illa demiſerit. Itaq; ſtatim fama quædam de eorum ſalute & uectatione, incerta quidem illa, ſed tamen multis fidem faciens, in exercitu diſsipata eſt. Ac poſtea aiũt Enalum in Leſbo conſpectum dixiſſe, quòd à delphinis geſtati per mare incolumes in continentem euaſiſſent. Licet alia iſtis diuiniora narrare, quibus obſtupeſcunt & deliniuntur uulgo homines, uerum difficile eſt de omnibus fidem feciſſe. Nam fluctu ingenti circa inſulam intumeſcente ac reliquis hominibus ad mare prodire ueritis, ſolum Enalum proceßiſſe, eum autem polypos eſſe ſecutos ad Neptuni templum, à quorum maximo lapidem portatum, quem ei uocamus. Verum ut uno uerbo rem totam complectar, dicebat, ſi quiſquam diſcrimen nouit inter id, quod fieri non poteſt, & id quod inſuetum, & id quod temerè, quodq́; præter opinionem accidit, ma

dit, ma

dit, maximè hoc tu Chilo noueris, nec temerè credens, nec fidem abrogans, illud tuum, Ne quid nimis, seruando. deinde Anacharsis aiebat, Post egregiam illam Thaletis opinionem in præcipuis ac maximis mundi partibus anima inesse arbitrantis, non admirandũ esse, si pulcherrimæ res diuina mente perficiantur, & corpus quidem sit animæ instrumentum, dei uerò anima: ac ut corpus multos quidem ex se motus habet, plurimos tamen ac pulcherrimos ab anima accipit. Sic anima rursus alia quidem ex sese agitata faciat, in quibusdam uerò utenti deo se exhibeat, ut dirigat, uertatq́; quò uelit, omnium instrumentorum aptissimum. Indigna res enim, si igne quidem, spiritu, aqua, nubibus, ac imbribus multa seruat, nutritq́; multa rursus perdit, tollitq́; de medio: animantibus uerò ad nihil prorsus eorum, quæ facit, utitur. Sed certè multo uerius est hæc, cum ex diuina ui sit apta, subseruire ac cum dei motibus consentire haud secus, quàm cum Scythis arcus, cum Græcis lyræ tibiæq́; consentiunt. Chersias autem poëta cum alios præterea commemorabat præter spem seruatos, tum uerò Cypselum Periandri patrem, cuius nuper nati cædem, qui missi erant, cum ad eos alluderet, auersabantur: mox pœnitentes cùm requirerent, non inueniebant, à matre nimirum in cumera absconditum. Qua de causa etiam domum Delphis ædificauit. quasi deus eius fletum, ut scrutantes lateret, tunc cohibuisset. Tum Pittacus Periandro compellato, Probe, inquit, Periander, fecit Chersias, ut de domo mentionem inferret. Nam sæpenumero te interrogatum uolebam, quid sibi uelint ranæ illæ tanta multitudine circa palmæ radicem insculptæ? quid attineãt, aut ad deum, aut ad eum qui consecrauit? Quũ autem Periander iussisset eum interrogare Chersiam, quòd nosset, adfuissetq́; Cypselo domum dedicanti: Chersias arridens, Haudquaquam, inquit,

 prius

prius dixero, quàm ex istis didicero, quid significet, Nihil nimis: & Nosce teipsum: itemq; illud, quod multos cœlibes, multos aliorum fidei diffidere, nonnullos etiam mutos esse fecit, sponde, propinqua est noxa. Quid, inquit Pittacus, opus est nostra explicatione: iamdiu Aesopum laudas, qui fabulam, ut uidetur in singula istorum fecit. Hic Aesopus, Quando in me iocatur Chersias, tum me autorem laudat. Verum cùm serio agit, Homerum ostendit horum autorem, qui Hectorem dicit noscere seipsum. Nam alios inuadens,

Aiacem natum Telamone lacessere fugit.

Vlyssem autem illius, Ne quid nimis, laudatorem ita iubere Diomedi,

Ne Tytida nimis laudato, aut carpito Vlyssem.

Sponsionem uerò alij dicunt ipsum reprehendere ut rem miseram & inanem, cum dicat,

Infœlix certe est & miserorum sponsio facta.

Chersias autem hic ait Aten siue Noxam à Ioue proiectam fuisse, quòd illi suæ sponsioni interesset, in quam de Herculis ortu facienda ille offensus est. Hic Solon, sapientißimo igitur Homero auscultandum est,

Nunc fit nox, præstat uerò decedere nocti.

Quare si uobis ita uidetur, Musis, Neptuno, & Amphitritæ libemus, ac conuiuium dimittamus. Atque hic fuit, Nicarche illius cœtus finis.

INDEX RERVM IN HOC TERTIO VOLVMINE CONTENTARVM.

Abron militariũ Græciæ rerum quæstor 169
Abstinentia animaliũ in repletione 116
Acipenser unus pisciũ secundo natat fluctu à uẽto 125
Acredo appetẽtiam cibi excitat 53
Actio in oratione primas, secũdas, & tertias tenet 174
Adolescentibus senes ne inuideant 36
Aduerso fluctu pisces omnes natant 125
Aegyptiorum fabulamẽtum de clamore Origis occidente Sirio 117
Aer nebulosus, uentorũ cursum inhibet 73
Aes optimum illud esse, ex quo tyrannicidis statuæ essent positæ 156
Aeschinis philos. dictũ 25
Aesopicæ fabellæ 23
circa Aetnam montem uenatio incommoda 65
Affectiones sequuntur temperamenta 67
Agesilai senis encomium ex Xenophonte 9
Agidis præclara facta 38
Alexandri Bucephalus 109
Alexandri Macædonis bibacitas 219
Alexis poëtæ senis gloriosa mors 11
Alosa piscis cantibus mouetur 92
Amaritudo aquæ marinæ 51
Amico retinendo non multis est opus beneficijs, sed parendo 15
Amici sale tenus & cymino, qui dicantur 272
Amor crocodilorum erga liberos, ex iudicio est, non ex affectu 131
Amor ex aspectu nascitur 64
Amphictyones, primus Græciæ consessus 11
Andocidis oratoris uita 158
Anguillæ cicures 119
Animalia cibi moderatu se curantia 116
Animalia cædi ad uictum nostrum necesse non esse 98

Animalia proles suas ardentißime diligunt 109
Animalia medicinæ usum docuerunt 116
Animalium inter se insita odia 130
Animantium generi ratiocinandi uis tributa, & numeri notitia indita 117.126
Animatum omne, rationis compos 90
Animi mœror ut leuãdus 143
Animũ, cum remittitur, rumpi: arcum, ut duret, remitti solere 28
Anser puerum amans 113
Anserũ Cilicũ industria 102
Antæi urbs 119
Anthiæ pisces se mutuo iuuant 122
Anthias, sacer piscis 129
Antipatri liber de anim. 72
Antiphõtis oratoris uita 149
Apes aculeo in mœchos sæuiunt. 71. munditiã amant, ibid. fumo lædũtur ibidem
Aphareus rhetor 163
Aphobus Theripides Demosthenis tutor 172
Apollo insularis deus 133
Apollonius Herophili discipulus 53
Appetitus caninus, hoc est, insatiabilis illa edẽdi cupiditas, unde nascatur 292
Aprorum dentes 101
Aprorum lachryma dulcis, ceruorum salsa 63
Aqua marina cur arbores non nutriat 51
Aqua marina, crassa, grauis, siccans 51
Aqua frigore grauior & corpulentior fit 56
Aqua putealis minus alit q̃ cœlestis aut fontana 70
Aqua in superficie alba, in fundo nigra 72
Aquæ potor Demosth. 180
Aquam dulcem ut de mari extrahas 55
Aquã cur uino misceamus 25
Aquæ immotæ, putridæ 77
Aquæ frigidæ miraculo non sunt, sed calidæ 68
Aquarum calidarũ usus 69
Aquarum discrimina 52
Ara cornea Deli, una ex septem mũdi miraculis 133
Aranearum texturam imitatæ & matronæ in telis, & piscatores in sagenis 102

Arbores à ſiccantibus lædũtur 51
Arbores & plantæ in mari unde alantur 52
Archeptolemi dãnatio 158
Archias Phygadoterus 182
Ardeolæ induſtria 103
Argumẽtatiões brutorũ 105
Ari ſylueſtris uſus 116
Aridæi ignauia 26
Aries cithariſtriã quandam Glauciã amans 113
Ariõ à delphino amatus 135
Ariſtagora, Hyperidis oratoris amica 183
Ariſtides nõ ſæpe magiſtratum geßit 38
Ariſtodemus Bathetes Græciæ quæſtor 166
Ariſtogiton Hyperidis & Demoſthenis æmulus 185
Ariſtophanis grãmatici i amorib. corriualis elaphas 113
Arithmeti. exerceri uult 28
Arithmeticem bruta norunt 117. & 127
Artis dimidiam partẽ, dimidia mercede diſcere uolẽtes ab Iſocrate repulſi 159
Artium honeſtarum quanta ſit uoluptas 13
Artifices ſuo ſe opere uelut paſcentes 13
Arundo piſcatoria qualis eſſe debeat 120
de Aſini umbra audire populus Atheniẽſis promptior quã de reb. neceſſarijs 180
Aſionis mirũ ingenium 94
Aſpectus amorẽ cõciliat 65
Aſtropei imbres optimi 54
Atmæ Scythæ apoph. 27
Atrometus Aeſchinis pater 163
Attali Eumenis fratris ignauia 27
Auaritia ſenum 13
Auarorũ hoĩm miſeria 145
Auditio nulla ſuauior laude 14
Aues deorum caduceatores 114
Aues loqui & canere diſcentes ibidem
Augurium, diuinandi ars, ab auibus ſumpta 113
Auguria ex piſcibus 120
Auguſti imperia non minus popularia quàm regia 9
Auguſti ſenis ad iuuentutem apophthegma ibidem
Aureæ alæ apud Euripidẽ 14

Auiũ nominibus se quidã uiri illustres uocabãt 114

B

Bacchus & Lysius, & Lydius deus 200. & 260
Bacchum in mare mergendum esse, quid sit 58
Balenarum ductor pisciculus quidam 128
Batalus dictus Demosth. 179
Bellum etiã optime senũ cõsilio administrari 22
Belli dux nõ in fronte modò, sed & in tergo oculos habere debet 19
Bestiæ ualetudine mala laborantes, remedia propria sibi quærunt 67
Bibacitas Alexãdri Macedonis 219
Bona fortuna, clypei Demosthenis elogium 175
Bonorũ ac prosperorũ memoria in aduersitate reuocanda 144
Bruta animalia docilia 92
Bruta etiã demulceri & auribus & uisu posse ibidem
Bruta in multis hominem superant 96
Bruta terrestria sibi mutuò non auxiliantur 122
Bruta alia alijs maiora ac inferiora 94
Bruta in mala ualetudine sibi medentur 67
Brutorũ discipuli hoĩes 116
Bucephali mira indoles 109
Bucephalo seni Alexander parcebat 30
Bullæ ex aqua, aëre plenæ 52

C

Cæcitas eius nõ est quod uidere natum non sit 95
Calamus non atramento, sed fato illitus 167
Caliditas in fundo maris maior quàm ĩ sũma parte 59
Calidum putrefactionem molitur 69
Callisto Socratis filia 170
Callistomache Lycophronis uxor 170
Callistratus Aphidnæus rhetor 172
Calor, uiuificus 78
Calor, cõcoctionis parẽs 55
Caluitio obnoxij ebrij 69
Cancris fluuiatilibus dolorẽ capitis leuant sues 67
Canis cuiusdam mimi uelut miraculum 120

Canis Hesiodi factum 107
Canis in rogũ se cum domino mortuo comburendo conijciens 111
Canis in uenando mira industria 107
Canis publicè ab Atheniensibus remuneratus 108
Canis, q et Sirius, seu Sotes, oriẽs à capris obseruatur 113
Canis cognomine Capparus tẽpli Aesculapij custos sacrilegum prodens 108
Canis quidã Cadauer heri occisi tres dies seruans 107
Canis Pyrrhi priuati hominis se in rogũ heri mortui comburendi inijcit 109
Canis Indici qui aduersus Alexandrũ depugnarat, animi celsitudo 110
Canes in ignotos latrãt, prouerbium 16
Canes castigari posse 92
Canes dimittentibus se parcunt 110
Canes etiam sapere, quũ insanire poßint 101
Canes herba cholerã eijciũt 114. nauseam leuant 67
Canes relicto homine cur lapidem insectentur 71
Canes clemẽtis & excelsi aĩ præbẽt significationẽ 110
Canes ut citius cõcipiãt 54
Canum industria 102
Canicies, magistratus symbolum 21
Cantare discentes aues 114
Capparus canis quidam 105
Capræ Creticæ dictami usum monstrarunt 116
Capitones pisces mucore suo uiuentes 100
Carnes cur magis cõputrescãt sub luna quã sub sole 153
Carniũ esus unde cœperit 98
Carniũ esu bona pars hominum uictitant 96
Carnibus uesci cur noluerit Pythagoras 89
Catonis de senio præceptũ 7
Cato senex reus cãm dixit 9
Cato non sæpe magistratum geßit 38
Cæcilij liber 150
Cephalus Lysanius Lysiæ oratoris pater 155
Cephisodotus Praxitelis filius 171
Ceraneus specus unde di. 146
Cerasbolus apud Platonem quis dicatur 308

Ceruor

Ceruorum lacryma salsa, aprorum dulcis 63
Ceruipeta Diana 100
Chamæleontis astutia, ac uariatio coloris 63. & 124
Chirurgicen callent elephãtes 116
χλουνὴς cur dicatur aper ab Homero 65
Choragus factus Demosthenes 172
Chrysus piscis 123
Cibus multiplex an simplici sit facilior concoctu 157
Ciborum fastidio laborantes ut excites 67
Cicero ĩ administratiõe reip. à P. Nigidio adiutus 39
Ciconiarũ et hippopotamorũ diuersitas ingenij 94
Citharistria quædã Glaucia ab ariete adamata 118
Ciuilis administrationis exercitatio in quo cõsistat 28
Ciuilis dignitas haud facilè paratur, parta facilè incrementum capit 15
Ciuil' uir q uerè dici poßit 37
Ciuilia munera senes decentia 30
Ciuitas uirum docet 8
Cleanthes formicas admiratus 103
Cleombrotus Acharnensis Dinocratis filius 170
Clepsydræ tardius hyeme q̃ æstate aquã subducunt 60
Clysterũ usũ ibis docuit 57
Coaxatio ranarum sub pluuiam 53
Cœna unde nomẽ inuenerit, 320. de tarde ad cœnam commeantibus ibidem
Collegium uirginum Dianæ Ephesinæ 35
Colũba à Deucalione ex arca in diluuio emissa 111
Columbarum ingenium 94
Commentarij Syllæ 14
Comœdiæ pecuniæ studio scriptæ 151
Concoctio quid sit 53
Concoctio, putrefactio quædam ibidem
Cõcoctio à frigore ꝓhibet 68
Consobrinã suã Andocides furatus, clã ad Cypri regem dono mittit 154
Consolatio de morte 139
Cõsuetudinis uis quanta sit, exemplo declaratur 89
Conuiuator an conuiuis aßignare

gnare

gnare cõfessum debeat:an ab istis ultrò locus deligi 202
Cõuiuæ cur arctius cõpressiusq; initio mensæ sedeãt, posteà liberius diffusiusq; 264
Cornea ara mirabilis 133
Coronis sæpe donatus Demosthenes 175
Coronaria eadẽ elephãti & Aristophani grammatico adamata 113
Coronis floreis an uti deceat inter pocula 234
Corpus nostrum, animi ergastulum est 147
Corui loqui discunt 114
Coruorũ industria in siti 102
Coticulæ se comparabat Isocrates 161
crocodilus cũ anu cubitãs 119
Crocodilus quanta prouidentia oua sua ponat 131
Crocodilus ut pullorũ suorũ ingeniũ exploret ibidẽ
Crocodili cum trochilo fœdus ac uelut societas 128
Crocodilorum docilitas 119
Cruditas quid 53
Cruditatem stomachi bruta inedia leuant 116
Ctesibij liber de philosophia 172
Ctesicles reipu. Atheniensiũ princeps 171
Cygnorum cantus 114
Cygnorum conseruum se Socrates uocabat ibidem
Cyziceni cuiusdã ĩpostura in uentorũ prædictione 112

D.

Darij clara sententia 27
Decreta uaria Atheniẽs. 190
Defluxiones ab omnibus rebus fieri 63
Defunctorum desiderium ut ferendum sit 141
deli ara cornea mirabilis 135
Deliaca nauis apud Athenienses 15
Deliaca oratio Hypidis 184
Delitijs affluere, senibus turpe 12
Delirium homini mente læsa accidit 96
Delphini reti capti astutia 128
Delphinus in perpetuo motu est 126
Delphinius Apollo 134
Delphinus piscis philãthropos

pos ibidem
Delphini Apollini chari ibi.
Delphinorum mira gratitudo 136
Delphinũ in parma cur gestaret Vlysses ibidem
Demades Phocionis frugalitatem irridens 66
Demochares Demosthenis nepos 179
Demosthenes lapsus callidè à sene restitutus 34
Demosthenis et Aeschinis simultas 164. eiusdem Demosthen. humanitas erga Aeschinem 180
Demosthenes quanti institutus sit 163
Demosthen. cura discẽdi 172
Domosthenis mors 178. Eiusdem honor 185
Dentes ursi in imo positi 68
Dentium suorum alteri elephantes parcunt 101
Deucalionis columba 106
De dijs rectè & loquendum & sentiendum 149
Dianæ Ephesinæ uirgĩes 35
Diana ceruipeta 100
Dictami usum capræ docuerunt 113
Dictynna diana 134
Digestio ut optimè fiat 65
Dimidiam partem artis dimidia mercede discere uolentes, repulsi 159
Diogenis scomma in Dionysium 6
Diogenis Cynici aduersus Demosthenẽ urbãitas 179
Dionysius tyrannus senior nunquam otiosus 27
Dionysius de aquæductib. 57
Dionysij sacris initiatorum arcana 146
Diphilus reus 170
Docere iuuentutem quæ dicat faciatq́; non parua res est 35
Docilitas ferarum 105
Doctrinæ merces ingẽs 166
Draconis mirus erga Aetolam uirginem amor 113
Dulces aquas cur sectentur marini pisces, maximè fœti 129

E

Ebrij caluitio obnoxij 85
Echineis piscis, Latinè Remora dictus, nauigij cursum sistit 126
Edaciores cur simus tẽpore

autumn

autumnali 222
ἐλαφοὶ *unde dicti* 120
Elephantes alteri dentium suorum parcunt 101
Elephantorum docilitas 105
Elephantis mirum erga dominum obsequium 109
Elephantorum astutia 112. *&* 116.
Elephantorũ iter se societas ac cõmiseratio 112.*et* 122
Elephantes dijs chari 112
Elephantorum religio 112
Elephas corriualis Aristophanis grammatici 113
Elephantes suem horrẽt 130
Enali Aeolij mira seu fabula seu historia 140.*&* 135
Epaminundæ tolerantia 18. *industria* 38
Epimenides Cretensis adolescens dormire occipiẽs, senex excitatus 8
Equi & asionis amicitia 129
Equi senecta 11
Equi tibijs ac fistulis mulcentur 92
Equorum docilitas 92
Equorum quàm equarũ ex caudis pili aptiores ad funiculos piscatorios 61
Equitare discentes, primum mãsuetis et domitis equis utuntur 34
Erechtheus,Terræ filius 171
Erinaceorum astutia 111
Erinaceorum maritimorum mirum 125
Eubulus Spintharus Proual-lusius 164
Euphanes Plutarchi amicus unus ex Amphictyonib. 31
Euripidis consilium Timotheo musico exploso 34
Euxino in ponto pleriq; pisces pariunt 129
Ex tẽpore dicere haud ferè uolebat Demosthenes 180
Ex tempore res gerere non poterat Lycurgus 168
Excoriatio ouium quãdo facilior 54

F

Fame sua auiculæ paruulos suos pascunt 43
Famelici cur si bibãt fame liberantur,sitibũdis uerò si comedãt ĩcrescat sitis 282
Faui apes odore trahunt 67
Feræ ipse sibi sunt medicæ 67
Ferarũ natura ĩcorrupta 40
Feruor musti à calore est 68

Ficus

Ficus arbor cur dulcißimos edat fructus cùm sit amarißima 271
Fidei canum exempla insignia 109
Filij pro hæreditate parentibus gratias non agunt 49
Filij quibusdã solitudinis ac mœstitiæ causa sunt 49
Filiorũ suorum maturitatem multi parẽtes nõ uidẽt 48
Fluuium eundẽ nemo facilè bis ingrediatur 52
Fluuiorum aqua hyeme tenuior ac mollior 57
Fluuiorum & maris differentia quo ad hyemẽ & æstatem ibidem
Fœminæ an sint frigidioris, an calidioris naturæ uiris 246
Fœno cur noceãt pluuiæ 60
Fons in Pangeo miraculosus 57
Fontana aqua qualis sit 53
Formicarum ingeniũ admirabile 103.& seq.
Formicarum esu nauseæ suæ medetur ursus 116
Fortunam erga, pacati non queruli esse debemus 144
Frigus aquam grauẽ & corpulentam reddit 57
Frigus cõcoctiõi inimicũ 68
Frigus maximum corporũ mortuorum 78
Frugum usus ex Græcia allatus 77
Fumus apibus inimicus 71
Fundus maris calidior quàm summa pars 60
Fur à cane indicatus 108

G.

Galeorum piscium erga fœtus suos cura 130
Gallinarum erga pullos suos amor 44
Gallus leoni formidabilis 139
de Generatione deorum 316
Geometrica exerceri uult 28
Γέρας, γεραίρειν 22
Glandiũ & quercuũ feraces quæ nõ sint regiones, à lupis non infestari 72
Gloria, honestißimum sepulchrum 7
Gloria aliena cui assueueris, molesta non est 16
Gobij pisces 123
Græcia quater seruiens 159
Græci aliquando ab exteris controuersias suas terminari

nari uoluerunt 40
Gramine nauseam leuant canes 67
Grauidæ partũ ut eijciãt 113
Gruum industria 103
Gubernatores è libris non fiunt 20

H.

Hædera sit'ne calidæ an frigidæ naturæ 240
Halcyonum mira industria, earumq; cõmendatio 132
Hamiæ pisces 127
Hamum ut ne prærodant pisces 121
Harpalus fugiens 174
Hegesias suasionibus suis auditores ad mortem sibi afferendam adigebat 50
Heliodor. de monumẽtis 138
Hercules Omphalæ seruiẽs 13
Hesiodi canis, illius cæsores indicauit 107
Hippopotamorum & ciconiarum dispar natura 94
Hirci præpingues minus fœcundi 69
Hirundinum natura in excrementis eijciendis 94
Hirundinũ nidificatio quàm ingeniosa 101.119
Homeri uersus acephalos & claudicantes quærentes præ integris 145
Homo, animantium omnium præstantißimum 45
Homo in multis à brutis superatur 95
Hominis natura uersipellis 41
Hominis recens editi miseria 47
Hominem diligẽtia bruta, sui cõmodi gratia diligũt 135
Hominẽ, quia homo est, Delphinus diligit 135
Homines polypi 62
Honoris auspicatio difficillima 16
Honores auersantibus deferendi 31
Hordeum in tenui agro seri amat 61
Humida omnia cum agitantur frigescunt: mare calescit 57
Hyeme fontana aqua tepidior 60
Hyperidis oratoris uita 181

I.

Iactarij pisces 123
Iassensis puer quidam mire à

delphino dilectus 135
Ibis auis consuetudo 25
Ibis q̃d homines docuerit 116
Ibis Lycurgo adscripta 171
Ichneumon Crocodili hostis 128. eius industria 101
Ieiunãtes cur sitiant, quàm fament grauius 277
Ientaculum unde nomen inuenerit 320
Ignis'ne an aqua utilior 73. 74. & sequen.
Ignis à Prometheo inuentus 74
Ignis non sine materia & impensa est 75
Ignis uoracitas 76
Ignis artium omnium instrumentum & inuentor 80
Imaginum sacrarum uiolatores rei acti. 153
Imbres à tonitru, optimi ad rigandum 54
Imbres seu pluuiæ aquæ magis rigant 52
Imbrium proprietas 53
Inanime omne, rationis expers 89
Indago ferarum cur uerno tempore difficilior 65
Inedia quatridui consumptus Isocrates 159
Inertia culpa uacare nõ põt 8
Infantis recẽs nati miseria 47
Infantibus pueris mortuis ueteres non faciebant inferias 147
Ingluuiei cum uoluptate conspiratio quid efficiat 98
Instrumentorũ musicorum quæ præferenda 89
Inuidia senes non petit 16
Inuidia in senibus turpissima 36
Inuidiæ natura 17
Iolaus apud Euripidem ex decrepito & sene mox iuuenis ualidus 82
Isæi oratoris uita 163
Isocratis uita 157
Iuliæ pisces 122
Iustitia an ulla sit nobis erga bruta 96. 99. 109
Iustitiæ cõmercij species quædã nobis cũ brutis est 108
Iuuenes senibus adhærere debent 24
Iuuenes uiri tumultuosis ac seditiosis negotijs in Rep. non obijciendi 37

K

Κέρας quid sit apud Græcos 126
Κηροπλάστης 121

Κυρὰρ quid sit 121

L

Lactis officinæ descriptio elegantißima 46. & seq.
Lacedæmone senes clarißima munia obeunt 35
Lacedæmoniorum politia, paucorum potestas 84
Lacrymæ ut gignantur 64
Lælius tanquam poëta, Scipio tanquam histrio 39
Laërtis Vlyßis patris ignauia 18
Lagisce, amica Isocratis 162
Lamachus Terinæi filius 174
Lamiacum bellum 183
Lampidos naucleri de comparandis diuitijs dictũ 15
Laniena unde cœperit 88
Latonæ pro lupis preces ad Iouem 72
Laude, auditio nulla suauior 14
Lectuli breuitas somnũ breuiorem faciat 168.173
Leo, socium animal 112
Leonis pro sobole cura 43
Leonis uestigium repertu difficile 101
Leones senes in uenatum à iunioribus ducuntur 113
Leones inuolutis unguibus ambulant 101
Leocritus autor legum Atheniensibus ferendarum 159
Leogorus Andocidis pater 158
Leprosi cur fiant qui per roscidas herbas nudi incedunt 56
Lepus marinus homini exitialis à mullo necatur 134
Leporũ astus in catulorum suorum custodia 111
Leptis Neptuni templũ 134
Lex non antè promulganda quàm lata sit 156
Lex Solonis de seditione ciuili 99
Leges Lycurgi 167.168
Legum Atheniensibus ferendarum autor 159
Liberi non mercedis spe diligendi 45
Liberorum institutionis cura Lycurgi 169
Liberos suos Plutarchi uxor ipsa alebat sua mãma 142
è Libris non omnia discuntur 24

Linces urinam suam condũt & interuertunt 94
Linguam sibi ipse in tormentis Hyperides amputat 182
Literæ ex Phœnicia allatæ 77
Loca ipsa ac monumenta nonnunquam dolorem renouant 140
Loligo apparẽs, & Polypus, tempestatis indicium 61
Luculli luxus à Pompeio reprehensus 12
Luctus dæmõ quibus honoribus à Ioue honoratus 143
Luctus antiquorum in morte suorum 141.142
Luctui nimio locus non dandus 143
Luna cùm plena est, copiosiorem rorem creat 66
Lupæ omnes certo anni tempore pariunt 72
Lupicida Phœbus 100
Lupi pisces 123
Lusciniarum cantus 114
Lycophron, Lycurgi filius 166
Lycurgi prudentia 35
Lycurgi oratoris uita 166
Lycurgi Butadæ Lycophronis filij honos 189
Lycurgicum patrociniũ 167
Lysiæ oratoris uita 155
Lysimachi canis 109
Λύσσα, rabies canum 96

M.

Magistratus mercaturã exercere, turpe 11
Magistratus non perpetuò administrationi alligatus est 16
Magistratus senilis, formator iuuentutis 17
Magistratum deponere difficile 17
Magistratu functos, priuatos ociosam uitam ducere, turpe 11
Mali nihil post mortem esse, quorundam opinio 146
Marathrum serpentibus oculorũ caliginẽ discutit 116
Mare, impium & Titanicum elementum 114
Mare tranquillum diebus Halcyoneis 132
Mare pinguedinis nonnihil habet 52
Mare densari propter calorem non potest 57
Mare cũ agitatur, calescit 57
Mare non omnino dulcedinis expers est 57.58

Mare hyeme minus amarum est 57
Marę natura calidum 55
Maris calor 77
Marina aqua arbores non nutrit 51
Marina aqua colata salsedinem exuitur 51
Marina non infundēda flammis 52
Marinorum feritas 109
Marinorum inter se coniunctio ac societas 129
Mares fœminis longè firmiores in quibuslibet corporis partibus 61
Masanissæ senis robur 27
Matres suas ineunt hippopotami 94
Maternus amor erga liberos 142
Medicinæ usum bruta monstrantia 116
Medico manū extēdere sexagenario turpe non est 32
Meditationes Lycurgi 168
Medius Philippes & Lysandri filius 170
Μελλίερω 35
Mens sola uidet 91
Menstruorum fluxus in mulieribus 45
Mercedis ab auditoribus suis acceptæ puduit Isocr. 164
Midias Anagyrasius à Demosthene reus actus 172
Militaris concio senes conuocat 9
Milites non semper in acie consistunt 15
Miluus piscis 123
Minerua Vlyßi corporis uitia abstulit 81
Mnesitheus medicus 67
Modiperator qs dicatur 193
Mœchos maximè recens à facto cur apes aculeo pungant 71
Mœrore de leuādo liber. 156
Mollia seu μάλακα piscium genera 61
Mollitudo animi 5
Monarchia, præstātißima 85
Mormuræ pisces 123
Mortui infātes nō lugēdi 147
Mortuorū corporū frigus 77
Mugilis piscis astutia 121
Mulierum amor erga proles suas 48
Mulieribus ubera in superiori corporis parte collocata cur sint 47

Mulus publico sumptu ab Atheniensibus altus 108
Muli prolifici non sunt 93
Muli clitellarij mira astutia 110
Mullus piscis pro sacro in Eleusina cultus 134
Munditici cura in brutis 94
Munychia capta 185
Muræna Crassi oratoris 119
Murænā polypus metuit 125
Mures cur in marinis nauibus copiosiores quàm in fluuiatilibus 54
Musica delectantur delphini pisces 134
Musica exerceri amat 28
Musicam docet amor, qua ratione dictum 215
Mustelli marini mirum 43
Mustum frigori expositum, diu dulce permanet 68
Mustū cur minimè omnium inebriet 251
Mustella se ruta aduersus serpentes armat 116
Myrrhine, amica Hyperidis oratoris 183
Myrmeciarū miri anfra. 104

N

de Natalitijs diebus illustriū uirorum 316
Natatilia haud facilè manu capiuntur 120
Natura nihil temerè facit 90
Natura molesta omnia refugit 140
Naturæ prudentia in fabrica instrumentorum ad generationem necessariorū 46
Nauis perpetuatio 15
Naues cur hyeme tardius in fluminibus agantur 57
Nausea cur corripiantur qui mare nauigant 58
Nausea ut fiat 59
Nemæus quidam in mari demersus, à Delphinis in littus expositus 135
Neoptolemus histrio 173
Nestor senex in expeditione Troiana quid sibi uelit 18
Nestori similes decē cōsiliarios rex Agamē. optabat 22
Niciæ pictoris uoluptas in suo opere 13
Nicocles Cypri rex, Euagoræ filius 160
Nicostrate Themistoclis uxor 170
Nidificatio hirundinū quàm industria 101
Nidus Alcyones mirabilis 137. & 138

Nigidius Ciceronis in Rep. adiutor 40
Nili exuperantia ut fiat, ut cognoſcatur 131
Niues capilli, canities, ſeu ſenectus 21
Noctua Xenophonti adſcripta 171
Nomades caniū eſu uiuūt 97
Nominis materni filiabus imponendi gratia 140
Nubes deorū Homeric. 123

O

Obeſitatis remedium ros, & ſal 54.56
Occaſio uirtutē obſcurauit 5
Octo fabulæ quatriduo à Paulo comico ſeptuagenario conſcriptæ 11
Oculi etiam non tantū manus in poteſtate habendæ 162
Odi memorē cōpotorē 193
Oleū arboribus inimicū 52
Oleum in mare infuſum cur illud translucidum & pacatum faciat 59
Oligarchia Lacedæmoniorum 84
Opticen piſces norunt 127
Operibus ipſi ſuis oblectati artifices 13
Oratio conſolatoria de morte, & dein. 139
Orationibus ſcribendis Iſocrates magnum quæſtum faciebat 160
Dinarchus item 184
Origis mirum 117
Origano ſe munit Teſtudo aduerſus Viperam 67
Oſtrei clauſi aperiendi induſtria à quo monſtrata 303
Ouis grauiore pedis ſonitu lupum aduocat 120
Oues ut pinguefacias 54
Ouibus cur ſalem obijciant paſtores 54
Oua piſcium mares genitali ſemine conſpergunt 130

P

Paguri piſces ad lucem accurrunt 92
Paluſtres ſtirpes ſine pluuia ſqualent 52
Παυάγρα retis genus 123
Panathenaicus Iſocratis quādo ſcriptus 160
Panegyricus Iſocratis quando ſcriptus 160
Pangei fons miraculoſus 57
Paralos nauis ſacra apud Athenas 11

Pardi odor ad se feras trahit, maximè simiam 120
Parentes sine mercedis spe liberos educant 48
Parētum erga proles amor. & dein per tot 40
Παρiέgαι 35
Pars dimidia capitis Demosthenî nõnunquā rasa 173
Partū iam editū galei pisces rursus in uterū recipiūt 130
Paruulorum mortes ut ferendæ 146
Pater à filio discrimine iudicij ereptus 154
Patriæ officium negare non debemus 28
Patriam Cretenses à matre μητρίδα uocant 28
Paulus clarus comœdiarum in senio scriptor 15
Pauperes, filios cur non educent 50
Paupertas, malorum extremum 50
Pelamides pisces 127
Pelei senis ignauia 18
Pennæ cælestes Platonis 14
Perdicum astutia 111
Periclis adolescentia 23
Persarum monarchia 84
Philemonis poëtæ senis in scena uictoris mors 11
Philetas tragœd. scriptor 26
Philippicæ Demosthenis 174
Philippicæ Theopompi 151
Philiscus poëta 157
Philosophi munus qđ sit 33
Philosophandum ne sit inter pocula & dein 193
Philosophandi locus & tempus 37
Φιλοστοργία quid 92
Phleos sine pluuia squalleat 51
Phocæ pisces in sicco pariunt 131
Phocionis senectus uiridis 26
Phœbus lupicida 100
Phryne impietatis rea, ut liberata sit 183
Phycarum de fœtibus suis cura 130
Picæ cuiusdam mira docilitas 114
Pingues hirci minus salaces sunt 69
Pinguedinis mala sal castigat 54
Pinnotheras piscis 127
Piscatoria arundo qualis esse debeat 120
Pisces, stupidi homines & indocti uocati 114

Pisces sibi inuicem succurrunt, non terrestria 122
Pisces marini in fluuios dulces subeuntes 129
Pisces pulchri, integri emuntur 159
Piscium eleuatio, et mox encomium 114. 119. & 120
à Piscibus nemo deorum nomen habet 109
Piscationis studium Platoni damnatum 100
Piscator piscis 128
Plathane Hippiæ rhetoris filia 160
Plenilunium indagãdis feris incommodum 69
Plutarchi amor erga uxorem 140
Pluuia aqua spiritosa 53
Pluuiæ signũ à formica 104. ab ranarũ coaxatione & ololysmo 56. & 132
Pluuiæ cur fœno noceãt 60
Poëtarũ tragicorũ honor 167
Polus histrio 180
Polypus an se ipsũ edat 100. 125. de eius astutia 124
Polypus in terrã recurrens, tempestatis indicium 62
Polypus ut colorẽ mutet 62
Polypum crudũ uorãs Diogenes 74
Πομπεῖον locus quidã Athenis 163
Pori regis elephas mira indole 109
Posidonis Erechthei sacra 170
Præsagia ac prædictiones uẽtorum ex erinaceis 112
Prandium unde nomen inuenerit 320
Praxiteles in repub. dominans 155
Priuatio nullius est, cuius nõ sit etiam habitus 95
Profunditas, nigredinis mater 72
Prolis amor inferis admirabilis 43
Proserpina ubi à Plutone rapta 66
Pruina indagationem ferarũ difficilem reddit 66
Psittaci esus, turpis 89
Psittaci loqui discunt 114
Ptolemæus Philopator elephãtos quatuor immolãs, nocturno insomnio reprehensus 112
Publico quomodo abstinere

cogaris 172
Puer delphinũ inequitãs 136
Pueri cuiusdam Iassensis mirũ exemplum de delphini amore 135
Pueris infantib. mortuis ueteres nõ faciebãt ĩferias 147
Puerperarũ amor erga partus suos 48
Pulcherrimũ apud Lacedæmonios quid sit 35
Pulchritudinis muliebris uis 188
Purpurarum sensus 127
Putealis aqua minus alit quã cœlestis aut fontana 70
Pytharatus Laches Democharis filius princeps Atheniensium 184

Q

Quercuum & glandium steriles regiones, à lupis non infestantur 7
Quies mira delphini in mari 126

R

Rabidi canes qua parte læsi sint 96
Radicum capillamenta crassa sunt 51
Ranæ cur sub pluuiam coaxent 53
Ranarum ololysmus 131
Rara, admiratiõi magis subiecta 68
Ratio natura datur, sed cura perficitur 93. & 94
Rationis usu num prædita sint bruta 95
Regnum laboriosum & periculosum 22
Resp. uirum arguit 8
Reip. administratio nõ semper intentũ magistratum desiderat 16
Retia piscatorũ cur hyeme magis quàm æstate putrescant 59
Retia colore tincta esse non debent 60
Regio imperio apud Lacedæmonios optimatiũ ordo adiunctus 22
Rhetorices uis quæ sit 161
Rhodiacus ludus ab Aeschine institutus 165
Romana spectacula, maximè uaria 95
Ros rodendi uires habet 56
Ros, obesitatis remedium 56
Ros, Iouis & Lunæ filia 66
Ros, pluuia quædam est 66

Rubigo

Rubigo semina nondum sicca tentat 56
Rubo detentus fugiens Demosthenes, hæc, inquit, uiuum capere uult 175
Rubri maris plãtæ & arbores fructũ non ferunt 52
S
Sacrilegus à cane ĩdicatus 108
Sacra linea 5
Sacrorum uiolatores rei acti 153
Sagacitas canum quando minor 65. & 66
Sagenarum inuentio quando cœperit 123
Sal putredini obsistit 52. pinguedinis mala castigat 54. 70
Salem cur ouibus obijciant pastores 54
Sal omnibus seminibus et plãtis ad alimoniã inutile 55
Sal quare cõdire dicatur 55
Salacitatem sal excitat 54
Salsedo, spẽs amaritudinis 56
Salsum saporem in plantis non esse 55
Sapor quid 55
Sapor salsus ĩ plãtis nõ est 58
Soporis expertia facilius cõmutãtur ac cõcoquũtur 53
Sargi pisces 123
Scari piscis ingenium 122
Scintillat nõnũquã mare 52
Scipio uelut histrio Lælij 39
Scorpio piscis 123
Scrophæ multiparæ 64
Segetes ante messem pluuia iuuantur 60
Seleuci apophthegma 22
Semen genitale unde suppetat 64
Semen alimẽti redũdantia 72
Semina pluuijs aquis magis quàm alijs gaudere 52
Senatus Romanus à senio dictus 22
Senectus imperare, iuuentus imperata facere debet 21
Senectus propter quæ malè audire non debeat 146
Senectutis confidentiæ insigne exemplum 33
Senectutem nõ debere se imperio abdicare 67
Senectutẽ incusandã nõ esse, sed potius morbos ætatis 26
Senex uxorem ducens ridiculus 20
Senis Augusti ad iuuentutem apophthegma 9
Seni turpe est calculos ac suf-

fragia ambire 32
Senes ad conciones militares conuocantur 9
Senes an remp. administrare debeāt. 5.6. et dein per tot, an adire remp. debeant 8
Senes inuidia nō laborant 16
Senes inutiles 18
Senes ex agro ad imperium postulati 19
Senes armis gerēdis īepti 17
Senes iuuenum gratia magistratus gerere debent 25
Senes ignauos taxat 27
Senes curiosos & ambitiosos taxat 27. & 30
Senes iuuenū promotioni inuidere non debent 32
Senes præstare tales se debēt, ut à patria accersantur 32. 33
Senum honor apud Lacedæmonios 35
Senū oblectamenta iucūdißima, quæ è rep, capiūtur 13
Senum exercitia 30
Senum institutio, ut se gerāt in rep. 34. & dein.
Senū inuidia turpißima 36
Senilis libido Isocratis 166
Senij maturitas 22
Sensus particeps, idem et rationis est 90
Sensus sine mente ac iudicio non fit 91
Sepiæ piscis astutia 123
Serpenti cum uulpe cur cōueniat 129
Serpentum amor erga pullos suos 44
Serpentum astutia in oculorum caligine 117
Serui pro liberis se gerentes rei acti 171
Setis equinis masculis piscatores nō fœminis utūtur 121
Sicilia ferax 55
Simia odore allecta spōte ad Pardum accurrit 120
Similia pulchra 88. 11. 17. 24. 29. 31. 35. 150
Simplicia cōcoctu faciliora 53
Simonidis senis in theatro uictoria 10
Simonidis poëtæ excusatio & auaritia 13
Societas & cōmercium elephantorum 112
Socrates ubi & quando philosophabatur 37
Socrates cygnorum cōseruū se uocabat 114
Solem adorant elephanti 112

Solonis

Solõis senis aduersus Pisistratum tyrannum audacia 33
Solstitium deprehendit thynnus 126
Sõnus Epimenidis Cretẽsis 8
Somnus, tanquã publicanus, dimidium uitæ nostræ ad se rapit 83
Somnus ut breuis fiat 173
Sophilus Antiphõtis pat. 154
Sophocles tragicus poëta ab Isocrate de oculorũ incõtinentia reprehensus 162
Sophoclis præstãs senect. 10
Sors fortunæ filia 100
Sphærica figura capacissima 102
Spoliari nemo potest ijs quæ non habet 146
Spongia sensu & sanguine non caret 127
Spongiotheras piscis 127
Stadium Panathenaicũ consummatum 188
Stellæ piscis astutia 123
Sturnorum docilitas 114
Supplicio affecti apud Athenienses, sepeliri non prohibebantur 182
Sura, uilla Lyciæ 120
Sus elephãti formidabilis 135
Sues uillaticæ sæpe pariunt, syluestres raro 64
Suum agrestiũ lacryma dulcis, ceruorum salsa 63
Sylla præ gaudio compositæ Italiæ profundè soporatus 14
Syllæ commentarij 14
Symposiarcha, & rex cõuiuij, qualis esse debeat 210

T.

Tænarus Lacedæmoniæ oppidum 176
Tarditas cochleæ 93
Tauri cornibus fidentes 101
Telæ aranearum quàm ingeniosæ 102
Telemachus puer in mare delapsus, à Delphino seruatus 141
Temperamenta sequũtur affectiones 67
Tempestatis signa ut deprehendas 61
Terrestria'ne animalia an aquatilia plus rõnis habeant 88. & dein per totũ.
Terrestrium animaliũ præ aquatilibus laus 100
Testiculorum altero caret aper 65
Testudo, gustata uipera, origanum

ganum rodit 67
Testudinis erga liberos cura 130
Texturã mõstrauit arãea 116
Thales unde tam admirãdus fuerit 110
Themistocles Theophrasti successor 170
Theocriti locus explicatus 71
Theogenis Atheniensiũ princeps 154
Theophrastus Aristotelis in ludo successor 184
Theramenes rhetor 158
Thuriorum colonia 155
Tibicines defunctis efferẽdis adhiberi olim soliti 114
Tibicines in quæstu habuit Theodorus Isocratis pater 157
Tigridis cuiusdã mirum 116
Timarchus Praxitelis fil. 171
Timoxẽa Plutarchi filia 146
Timor aluum soluit, colorẽ mutat 63
Timotheus Cononeus Isocratis auditor 159
tipha sine pluuia squaleat 52
Tonitru cur frequentius uere & autumno fiat 54
Tortus Hyperides linguam sibijpsi amputat 181
Tragicorum poëtarum, Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, honor 167
Tranquillitas maris in nidificatione Halciones 132
Triticum pingui agro, hordeum tenui gaudet 61
Trochili cũ Crocodilo amicitia 128
Troglodytæ carniuori 96
Tumultum populi ut nõ expauescere didicerit Demosthenes 173
Turpitudo simiæ 93
Tutores suos reos egit Demosthenes 172
Tyberij Cæsaris apophthegma 32

V

Venaticorũ canũ igeniũ 110
Venatio cur uerno tempore difficilior 65
Vẽatiõis studiũ unde natũ 110
Venus senibus infensa 13
Venus, satietatis comes 64
Veneris sacra & ritus etiã mari instituti 134
Venerea senex iã Sophocles libẽter ut furiosum dominum relinquebat 19

Vernum

Vernũ tẽpus indagini ferarum minus aptum 65
Verni imbres utiliores 55
Vespasiano Cæsare Plutarchus Romæ agebat 116
Vesta consiliaria 163
Vestaliũ uirginũ ꝓmotio 35
Veste eadem quatuor anni temporibus usus Lycurgus 169
Veternus ursi 111
Vindemia compluta, mustũ minus feruet 68
Vinum quid sit 93 & 69
Vinum an potestate sit frigidum 148
Vinum marina aqua dilutũ melius euadit 58
Vino rigata uitis cur arescat 69
Virtus in senio perfecta 22
Vlua sine pluuia squaleat 52
Vlysses cur delphinũ in parma gestarit 136
Vnguenta hyeme minus redolent 66
Vnguentorum usus 146
Vnguis leonini nota haud temere inueniatur 106
Voluptates maximæ è reip. administratiõe capiũtur 13
Voluptates animi præstãtiores quàm corporis 13
Voluptates honestißimæ 14
Vrinãtes cur oleum ore contineant 59
Vrsus ægrotans formicis mãsis curatur 67
Vrsus in casses collapsus cur eos non arrodat 68
Vrsi fœtus informis 43
Vrsi mirum ingenium 101. Eius astutia in aluo adstricta laxanda 117
Vrsi manus cur dulcißimam carnem habeat 65
Vtilium & inutiliũ dignotio in brutis à ratione est 91
Vulpes ut hamũ eijciat 121
Vulpis astutia in glaciato flumine transeundo 111
Vultures ad cadauera odore trahuntur 67
Vxor cur repudiari nõ posit 20
Vxoris Plutarchi frugalitas 142
Vxoris suæ accusationem ut redemerit Lycurgus 168

X

Xenocratem philosophũ Lycurgus liberat 168

FINIS.

PLVTARCHI CHAERONEI PHILOSOPHI CLARISSIMI LIBER DE GARRVLITATE.

EIVSDEM

DE ESV CARNIVM ORATIONES DVAE,

LODOICO RVSSARDO *interprete.*



APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1554.

NOBILISSIMO ET POTENTISS. VIRO LODOICO COVRCILLONIO LODOICVS RVSSARDVS S.

CVM me naturalis quædam propensio, & parentum uoluntas ad studium Iuris ciuilis semper incitarint, tum maximè Duareni Iureconsultorum ætatis nostræ facile principis, admirabilis quædam, & penè diuina in difficillimis quibusque eius quæstionibus explicandis facilitas, & scientia. Itaque iustam operam in hac disciplina ponere contendo: ne spem nonnullam amicorum de mea industria conceptam fallam, & tanti uiri autoritatem dedecorem. Verùm nullum est tam serium negotium, nullaq; tam grauis occupatio, quæ aliquod tempus ad relaxandum animum non largiatur: quod cùm alij uarijs in rebus consumant, ego bonis literis impendo: & quoties à studijs grauioribus me disiungere licet, ad mansuetiores musas libenter me refero: atque imprimis Græcorum scriptorum monumentis transferendis delector. Ex quibus ut hunc potissimum Plutar-

chi commentarium in Latinum conuerterem, adductus ſum acri ſynceroq́; iudicio clariſsimi uiri Franciſci Hoſpitalij Biturigum præfecti, qui dignum eſſe iudicat, quem homines de manibus nunquam deponant: vt ex eo diſcant linguam cohibere, qua nullum eſt membrum pernicioſius, ſi quis abutatur: nullum ſalubrius, ſi adſit diligens cautaq́; moderatio. Hanc autem interpretationem meam tibi dico, vt tuorum erga me meritorum ſit ſempiterna teſtis: quorum nullam partem non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. Hoc unum tamen habeto, me quantum literis, quantum ſtudijs conſequi potero, id omne ad arbitrium tuum libentiſsime collaturum. Neque mihi in omni uita rem ullam tam propoſitam fore, quàm ut quotidie vehementius te de me optime meritum eſſe lætere. Auarici Biturigum decimo ſexto Cal. April. 1552.

Vale.

PLVTARCHI CHAERONEI LIBER DE GARRVLITATE,

LODOICO RVSSARDO *interprete.*

DIFFICILEM *sanè & periculosam rem curandam, garrulitatem, philosophia suscipit. Oratio enim remedium illius, audientibus adhibetur. Garruli uerò neminem audiunt: nam perpetuo garriunt. Et hoc uitio loquacitas imprimis laborat, quòd neminem audire uelit: ac imperasse sibi sua sponte surditatem arbitror eius generis homines, accusantes naturam, quòd unam quidem linguam, duas autem aures tribuerit. Quòd si Euripides pulchrè dixit auditori stulto,*

Pertusum nunquam implere potero animum:
Sapientes sermones stulto infundens homini.

Iustius & uerius quiuis diceret garrulo, uel potius de garrulo,

Non recipientem nunquam replere potero
Sapientes ſermones effundens in hominem

alloquentem non aduertentes, & alloquentibus non aduertentem. Quod ſi quid minimum audierit garrulitas, uelut æſtu quodam impulſa illud crebro multiplicatum confeſtim reddit. Porticum certè quidem in Olympia, quæ ex una uoce multas redderet, ἑπτάφωνον, *id eſt, ſeptiuocam uocant. Garrulitas uerò ſi minimo uerbo prouocetur, contra ſtatim circunſonat, fides mouens minime mouendas mentium. Nunquam igitur illis animi cauſa, ſed linguæ, aures perforatæ fuerunt. Itaque alijs inhærent uerba, garrulis effluunt. Deinde mentis vacui, ſono uerò pleni ut uaſcula in orbem obambulant. Itaque ſi placet nihil intentatum relinqui, dicamus garrulo, Puer tace. Silentium multas in ſe habet utilitates, duas autem ſummas & præcipuas, quòd audiat, & audiatur: quorum neutrum garrulis aſſequi licet. Verùm ſua ipſi cupiditate maximè fruſtrantur. Cætera enim animi uitia, ut auaritia, ambitio, libido, facilè quod expetunt conſequuntur: ſolis garrulis ægrè hoc obtingit. Auent enim audiri, & nemo minus inuenit qui aures præbeant, ſed terga uertunt, ac fugiunt: ita ut ſi in hemicyclo ſedentes, aut in eodem ſpatiantes,*

procul

procul aduentantes conſpexerint : diſceſſum ſibi repente quaſi per manus indicant. Et quemadmodum in cœtu aliquo cùm ſit ſilentium, Mercurium ſuperueniſſe aiunt : ita etiam cùm in conuiuium aut conſeſſum familiarium garrulus ingreſſus eſt, omnes tacent, nolentes occaſionem loquendi præbere. Quòd ſi ipſe os diducere ceperit, priuſquam tempeſtate opprimantur, non aliter quàm ij qui ſuſpicantur imminere iactationem, & nauſeam Borea ſummum mare ſtringente, exurgunt. Quo ſit, ut neque inter epulas conuiuas, neque contubernales alacres in itinere, aut nauigatione, ſed neceſſarios & inuitos nanciſcantur. Vbique enim inſtat, pallium apprehendens, barbam, uel latus tanquam fores manu pulſans. Profectò precioſiſſimi ſunt pedes ex ſententia Archilochi, & ſapientis Ariſtotelis. Hic enim delaſſatus & perſtrictus ineptis garruli, neſcio cuius, narrationibus ſubinde dictitantis, An non hoc mirum Ariſtoteles? Non iſtud, inquit : ſed illud potius, ſi quis cùm pedes habeat, te perpeti queat. Et cùm aliquis alius diu multumq; locutus ſubieciſſet, Nugatus ſum apud te philoſophe. Non per Iouem apud me quidem : non enim attendi. Etenim ſi inſtent garrire loquaces, animus tribuit illis aures, ut eas foris circunfundant. Idem autem

 intra

intra se alia cogitat, & meditatur. Vnde neque attentos, neque fidem habentes auditores consequuntur. Nam aiunt, infœcundum semen eorum esse, qui ad congressum propensi sunt: itidem etiam garrulorum oratio nulli usui, aut vtilitati esse potest. Et certè nullum membrum tam firma munitione uallauit natura, quàm linguam, objiciens illi dentes loco valli: vt si rationem intus moderantem picta fræna non audiat, neque retineri poßit, cruento morsu eius in temperantiam contineamus. Infrænem enim & reclusam, non cellam, nec domum, sed os desinere in calamitatem Euripides ait. Itaque qui arbitrantur ædes foribus carentes, & crumenas nullis adstrictas uinculis inutiles possessoribus esse: Os uerò perpetuò uerba fundens & effluens instar ponti nunquam comprimunt, uilißimarum rerum numero censere orationem uidentur. Vnde fidem non emerentur, ad quam omnis oratio refertur. Hunc enim finem habet propositum, fidem audientibus facere. Loquacibus autem nemo credit, tametsi uerum dicant. Quemadmodum enim frumenti uase conclusi mensura adaugetur, sed usus deterior efficitur: sic etiam oratio quæ in futilem hominem incidit, falsum magno auctario locupletat: quo fidem sibi detrahit. Adde quòd pudentißimus

tißimus quiſque & modeſtißimus ebrietatem deuitat. Inſaniæ enim comitem eſſe iram plerique ſentiunt : ebrietatem autem contubernalem ac potius ipſam eſſe inſaniam : tempore quidem breuiorem, deſtinatione autem ſpontanea grauiorem, quòd ultro accerſatur. Ac in ebrietate nihil perinde accuſant, atque infinitam & immoderatam loquacitatem.

Vinum etenim ad cantus permultum impellit amœnos,
Prudentē ad riſus blandos ducendasq; choreas.

Et quod grauißimum (nam riſus & ſaltatio ludus iocusq; quidam adhuc ſunt)

Quod tacuiſſe foret melius, proferre coëgit.

Hoc iam grauißimum & periculoſißimum. Atque etiam, non ne poëta ſoluens quod à philoſophis quæſitum eſt, diſcrimen οἰνώσεως *&* μέθης *appoſitè explicuit? Vini enim pocillationis, hilaritatem & relaxationem propriam conſtituit: ebrietatis uerò futilem & importunam garrulitatem. Quod enim eſt in corde ſobrij, (veteri prouerbio) id eſt in lingua ebrij. Proinde Bias in quodam conuiuio tacens, & hoc nomine tanquam ſtolidus & ineptus à garrulo neſcio quo taxatus, Ecquis ait fatuus inter pocula tacere poßit? Et Athenis, quidam regios legatos bonarum artium*

 ſtud

studiosos conuiuio excepturus, curauit eidem & philosophos adhibere. Qui cùm sermonem inter se haberent, & quasi symbola in medium conferrent, uno Zenone tacente: Hospites illi comiter appellato propinantes De te, dixerunt, ô Zeno quid regi renuntiare nos conuenit? Nihil aliud, inquit, quàm Athenis senem esse, qui poßit inter pocula tacere. Adeo recondita, mysterij plena, & sobria res est silentium. Ebrietas uerò loquax, atque hoc etiam nomine imprudens & amens, & in uerba profusa. Atque adeo philosophi definiunt ebrietatem esse nugationem temulentam. Ita non reprehenditur potatio, si adsit silentium. Verùm accedens stulta loquacitas uini pocillationem, uertit in temulentiam. Ebrius igitur nugatur inter pocula, garrulus autem ubique: in foro, in Theatro, in ambulatione, interdiu, noctu. Si morbo medeatur, morbo grauior est: si uehatur eadem naui, acerbior nausea: si laudet, uituperante molestior: omninoq; libentius cum improbis strenuis uersantur, quàm cum garrulis probis. Nestor enim Sophoclis Aiacem exacerbatum oratione mitigans, scitè dixit: Non te accuso, procacitatem enim linguæ fortiter faciendo abundè pensas. Verùm in garrulum non eodem modo affecti sumus: Vniuersam enim facti gratiam

tiam intempestiuus sermo corrumpit & extinguit. Lysias reo cuidam orationem conscriptam tradidit, qua sæpe lecta uenit ad Lysiam tristis, & ait: Sibi quidem primò legenti uisam fuisse admirabilem: iterum autem, & tertio repetenti, frigidam, & otiosam. Cui Lysias cùm risisset, Quid? inquit, non'ne amplius quàm semel eam pronuntiaturus es apud iudices? At uerò expende Lysiæ lepôrem & gratiam:

Ego certè affirmo illum,
Musarum redimitarum crines floribus
Adeptum esse ueneres.

Sanè inter cætera quæ de poëta feruntur, hoc uerißimum est, quòd unus Homerus hominum satietatem effugit: nunquam non nouus, & nouitate sua semper gratißimus: prædicat tamen & exclamat illud de seipso: Odiosum est mihi magnificè & splendidè dicta denuo inculcare. Fugit & metuit imminentem omni orationi satietatem, & in alias narrationes ex alijs auditum inducit, nouitateq; satietatem eius leuat. Hi uerò radunt aures aßiduis repetitionibus, non secus ac ij, qui sæpius inductas tabulas literis inquinant. Itaque hoc imprimis redigamus illis in memoriam, quod quemadmodum qui cogunt immodico mero uoluptatis & hilaritatis gratia reperto

se in

ſe ingurgitare, quibuſdam mœrorem & ebrietatem immittunt: ita etiam qui ſermone iucundiſſimo, & humani commercij inſtrumento, temerè & inconſultò utuntur, inhumanum faciunt, & à cõmercijs alienum: angunt eos quibus ſtudebant gratificari: irridentur ab ijs, quibus uolebat eſſe admirationi: inuiſi fiunt ijs, quibus ſeſe amicitiam conciliaturos ſperabant. Quemadmodum igitur qui ceſto congredientes auertit, & abigit, uehementer inuenuſtus eſt: ita etiam auerſus à Muſis, & artis expers, qui oratione, cæteris moleſtiam, ac ſibi odium parit. Cæterorum affectuum & morborum alij ſunt periculoſi, alij odioſi, alij denique ridiculi. At in garrulitate omnia hæc ſimul inſunt. Irridentur enim in quotidianis colloquijs: in odium ueniunt ob infauſtos, ac triſtes nuntios, & periclitantur, non continentes ea, quæ in uulgus efferri nefas eſt. Vnde Anacharſis cùm cœnaſſet apud Solonem, hoc geſtu deprehenſus eſt dormiens, ut dextram admotam haberet ori, ſiniſtram pudendis. Nam exiſtimabat, & rectè, linguam arctiori fræno indigere. Nemo enim facilè proferat, tot homines rerum uenerearum intemperantia ſublatos, quot urbes, & imperia tacendus ſermo prolatus euertit. Sylla obſederat Athenas, non tracturus in longius obſidionem:

quon

quoniam alius labor urgebat, occupata Aſia à Mithridate, & Mariani Romæ iterum rerum potiti erant. Sed cùm exploratores audiſſent quoſdam ſenes in tonſtrina dicentes, Heptachalcum præſidio carere, & periculum eſſe ne ex ea parte urbs caperetur, Syllæ renuntiarunt: qui contractas ſtatim copias intempeſta nocte in urbem induxit: & parum abfuit, quin eam ſolo æquarit: certe cadaueribus, & cæde compleuit, ita ut Ceramicum ſanguine redundaret. Infenſus autem erat Athenienſibus ob dicta magis, quàm facta. Subſilientes enim in muris probris & maledictis illum & Metellam inceſſebant, Sylla eſt morum farina conſperſum, & pleraque eius generis effutientes, oratione re leuiſsima, grauiſsimam pœnam, ut ait Plato, contraxerunt. Romanam Remp. Neronis tyrannide liberari, unius hominis garrulitas prohibuit. Vnica enim ſupererat nox qua præparatis omnibus tyrannus interficiendus erat: cùm is qui eum erat interempturus, profectus eſt in theatrum: ubi conſpicatus pro foribus quendam eorum qui in uinculis habebantur, mox ad Neronem deducendum, & uicem ſuam conquerentem, propius ad eum acceſsit, & inſuſurrans in aurem, Precare, inquit, deos ut dies hic tantum prætereat: cras enim mihi gratias ages: Hic igitur

cùm obſcurè indicatum arripuiſſet: &, ut arbitror, cogitaſſet, [illegible]

> *Deſipere hunc qui incerta petens iam certa reliquit.*

Certam ſalutem iuſtæ antepoſuit: Indicauit enim Neroni uocem hominis: qui raptus eſt ſtatim ſublimis, & tormenta, ignis, uerberaq́; admota ei neceſsitate urgente neganti, quæ ſponte indicarat. At Zeno philoſophus ne corpus uictum cruciatibus ſe inuito infandum aliquid proderet, exciſam linguam in Tyrannum expuit. Egregium profectò ſilentij præmium Leæna tulit. Ea erat Harmodij & Ariſtogitonis amica, ſpe vt mulier coniurationis in Tyrannos particeps. Etenim præclaro illo cupidinis poculo inebriata fuerat, & arcanis myſterijs diuino numine initiata. Itaque cùm ſpe fruſtrati extremo ſupplicio affecti eſſent, & quæſtio de ea haberetur, iubereturq́; adhuc latentes prodere, non prodidit, ſed uim tormentorum pertulit: oſtendens homines indignum ſe nihil admiſiſſe, qui eam amaſſent. Cæterùm Athenienſes Leænam elinguem ex ære ductam, pro foribus arcis collocarunt: vt animalis fortitudine inuictum eius animi robur, & linguæ priuatione, ſilentium ſignificarent. Nulla enim expreſſa uox perinde profuit, ac pleræque ſuppreſſæ. Nam dicere licet,

quod

quod tacuerimus: non autem tacere, quod dixerimus: quandoquidem effusum est, & ad plures permanauit. Proinde homines (arbitror) dicendi, deos uerò tacendi magistros habemus, in quorum sacrificijs & mysterijs silentium facimus. Sanè poëta facundissimum Vlyssem silentij tenacissimum facit: & filium eius, & uxorem, & nutricem: audis enim dicentem,

Non secus ac fortis quercus ferrum'ue tenebo.

Ipse uerò Penelopæ assidens,

Vxoris charæ lacrymas, miseretur apud se,

Ipsi non aliter quàm ferrũ aut cornua stabant

Palpebris oculi immotis. Ita refertum erat eius os undecunque silentio: & ratio nacta reliquas partes morigeras oculorum lacrymas, linguæ sonum, & cordis tremorem, ac latratum comprimebat.

Perturbati animi tolerabat fortiter æstum.

Eiusmodi plerique sociorum eius fuerunt. Eo enim ipso quod torti, & terræ allisi à Cyclope, neque prodiderunt Vlyssem, neque indicarunt torrem illum ambustum, & instrumentum aduersus oculum præparatum: sed uiui deuorari maluerunt, quàm arcani quidquam efferre, ad summam fidei & silentij nihil reliqui fecerunt. Proinde rectè Pittacus Aegyptiorum regi qui uictimam ei miserat,

& iusser

& iusserat ut præstantißimam & deterrimam eius carnem exemptam mitteret, linguam exemptam quasi potißimum aliquod bonorum, & malorum instrumentum, misit.

Et Euripidea Ino liberius de se loquens hoc sibi tribuit ut teneat.

Loqui cùm tutum est, ac tacere cum est opus.

Educationem enim re uera regiam consecuti, priore loco tacere, posteriore, loqui discunt. Quamobrem cùm à rege illo præstantißimo Antigono quæreret filius, quando commissuri essent prælium. Quid, inquit, uereris ne solus tubam non audias? non credidit ei uocem tacendam, cui regnum erat relicturus. In quo docebat eum, linguam cohibere, & arcana continere. Metellus quoque senex tale aliquid in exercitu interrogatus, respondit, Si existimarem tunicam esse mihi consciam huius arcani, exutam eam in ignem conijcerem. Eumenes autem cùm audisset Craterum aduentare, nemini amicorum indicauit: sed Neoptolemum esse mentitus est. Hunc enim milites despiciebant, illius uerò nomen suspiciebant, & uirtutem amplectebantur. Cuius rei nemine conscio congreßi, uicerunt: eumq; cùm inscientes interfecissent, mortuum agnouerunt. Ita uictoriam silentio consecutus est, & talem aduersarium dis-

simul

ſimulauit,ut amici non præmoniti mirarentur magis, quàm indignarentur. Quòd ſi quis indignaturus erat, præſtabat conqueri ſeruatum non commiſſo arcano, quàm eodem credito pereuntem, accuſare. Verùm enimuerò qua fiducia quiſquam reprehendat eum, qui ſuæ fidei credita non continuit? Nam ſi ſermonem occultum & ignotum eſſe oportebat, temerè alij commiſſus eſt. Quòd ſi ſecretum à te amiſſum in alio contines, prodita tua ipſius fide in alienam confugiſti. Ac ſi ille tui ſimilis fuerit, meritò perijſti: ſin melior, immerito conſeruaris: Vtpote qui alium teipſo tibi fideliorem nactus fueris. At hic, inquies, eſt mihi amicus: & illi uiciſsim alter, cui perinde fidem habet, atque ego huic: & ille item alteri, ac ita contexta perpetua ſerie incontinentia, ſermo uires colligit, & multiplicatur. Quemadmodum enim Μόνας non egreditur ſuum terminum, & unum ſemper eſt, itaque uocatur Μόνας: Δύας uerò eſt infinitum differentiæ initium: confeſtim enim duplicata multiplex efficitur, & naturam ſuam immutat. Ita etiam ſermo qui penes primum remanet, re uera ſecretus & occultus eſt: quum uerò ad alterum permanauit, rumoris nomen ſortitur: uerba enim πτερόεντα poëta appellat, hoc eſt pennata. Nam neque auem è manibus emiſ-

ſam iterum comprehendere facile eſt : neque uerbum emiſſum cohiberi, aut colligi poteſt : ſed fertur celeriter, alas circunferens, ab alijs in alios propagatum. Sanè nauis à uento abreptæ impetum rudentibus & anchoris retinent, ac tardant: Oratio uerò quaſi è littore excurrens, nullo in portu acquieſcit, nec ferreis ullis armamentis retinetur: ſed ſtrepitu multo & ſono incitata erumpit, & in magnum graueq; periculum demergit eum qui protulit. Exigua enim ex facula Idæum promontorium aliquis incenderit: & uni homini uerba facta omnes ciues audire poterunt. Romani ſenatores deliberabant inter ſe complures dies, de re quadam arcana: de qua cum obſcura eſſet, & uaria hominum ſuſpicio, mulier alioqui pudica & modeſta, mulier tamen, marito ſuo incumbebat, etiam atque etiam rogans, ut hoc arcanum ſibi diſcere liceret: iureiurando ſilentij fidem obſtringebat, diris ſe deuouebat, addebat & lacrymas, conquerens ſibi nullam apud eum eſſe fidem. Tum Romanus captans occaſionem reprehendendæ eius amentiæ, uiciſti, inquit, ô uxor. Audi igitur terribile portentum. Renuntiatum eſt nobis, à ſacerdotibus uiſam eſſe coturnicem uolantem, quæ galeam auream, & haſtam geſtaret: diſpicimus nunquid ſiniſtrum aut proſperum ex

hoc

hoc ostento portendatur, & unà cum auguribus hæsitamus. Verùm heus tu, uide ne palam facias. Quo dicto profectus est in forum. Illa autem prouocatura ad percontandum primam ancillarum, quæ ingressa erat, tundebat pectus suum, & capillos uellebat, inquiens. Hei mi uir. Hei patria quid passuri sumus? Quibus omnibus ancillam docere studebat, quærere quid accidisset. Itaque sciscitanti narrauit, & addidit uulgarem & usitatam in omni loquacitate clausulam, Nemini dixeris: nec anteuertit ancillulam quæ ab ea abscesserat: statim enim alij ancillæ, quam otiosam nouerat, rem totam narrat: illa quoque amatori, qui apud eam erat, retulit. Cæterùm ita deuoluta in forum fabula, ut fama autorem præcurrerit, obuiam illi factus familiarium aliquis, ait, Modo'ne domo ad forum descendis? modò respondit. Nihil'ne igitur audisti? quid noui obtigit? Coturnix uolans uisa est gestans auream galeam, & hastam, & consules hac de re senatum habituri sunt. Tum ille ridens, Magnam, inquit, celeritatem uxor adhibuisti, siquidem me in forum proficiscentem uox tuæ fidei credita anteuertit, ac Consules aggressus eos perturbatione liberauit. Vxorem autem castigans, simul atque domum reuersus est, Perdidisti me, uxor, inquit: deprehen-

ſum enim eſt hoc arcanum ex domo noſtra elatum eſſe foras. Proinde ob incontinentiam tuæ linguæ patria mihi cedendum eſt. Illa primum inficiatione ſe tueri, & dicere, Non'ne eadem hæc cum trecentis audiſti? cum quibus trecentis inquit: coactus à te hoc commentus fueram, ut te pertentarem. Hunc in modum tuto & citra magnum periculum, uxoris periculum fecit, imitatus prudentem patremfamiliàs, qui in uas cariosum non uinum, aut oleum, ſed aquam infundit. At Fuluius Auguſti Cæſaris familiaris, cùm audiſſet eum iam ætate prouectum de ſolitudine domus conquerentem, propterea quòd duobus nepotibus ſuis uita defunctis, & poſthumo, qui ſupererat, calumnia quadam exulante, uxoris filium imperij ſucceſſorem inſtituere cogeretur, ac proinde animi diſcruciaretur, cogitaretq; de reuocando ab exilio nepote, hæc omnia uxori ſuæ narrauit: illa Liuiæ: Liuia autem acerbè cum Cæſare expoſtulauit: Quandoquidem ſi iam olim hoc ſtatuiſſet, non tam reuocaretur nepos, quàm inter eam & imperij ſucceſſorem ſimultas & contentio excitaretur: poſtridie quum adijſſet eum Fuluius, ut ſolebat, & dixiſſet, Saluus ſis Cæſar: reſpondit, Sanus ſis Fului. Quod cùm ille ſecum reputaſſet, diſceſſit ſtatim domum profectus:

& uxore

& uxore accersita, Resciuit, ait, Cæsar me non continuisse arcanum, ac propterea mortem mihi consciturus sum. Cui uxor, Et merito sanè, quippe qui tandiu mecum uersatus, neque noueris incontinentiam meam, neque caueris. Verùm sine me mihi priorem manus adferre: & arrepto gladio prior sese interfecit. Rectè igitur Philippides comicus, cui rex Lysimachus eum amanter complexus dixit, Quid rerum mearum tibi impertiam? Quiduis, inquit, ô rex: modò ne quid arcani. Garrulitati curiositas non leuius uitium inest: multa enim audire cupiunt, ut multa referre possint: & occultissima, maximeq; arcana obambulantes indagant, & percontantur: ijsque tanquam uetusta quadam materia nugacitatem onerant. Deinde quasi pueri glaciem, neque tenere, neque relinquere uolunt. Imo potius tanquam serpentes admissa in sinum, & concepta uerba arcana, non continent: sed ab ijs abroduntur. Acus enim & Viperas parientes disrumpi aiunt: arcana quoque uerba temerè effusa exitium & perniciem non continentibus afferunt. Seleucus cognomento Callinicus, amissis omnibus copijs, & impedimentis in prælio cum Galatis commisso, & abiecto suo diademate fugiens cum tribus, aut quatuor per inuia & implicata erroribus loca

contentißimo equi curſu, iam fame deficiens in uillam quandam appulit: eius dominum forte fortuna nactus, panem & aquam popoſcit: qui humanißimè excipiens, & non ſolum ea, ſed etiam quicquid in agro ſuppetebat liberaliter exhibens, regem agnouit: & gaudio cumulatus ob tam inopinatum rei tam fauſtæ euentum, non ſe continuit nec dißimulauit cum eo qui latere uolebat: ſed ad uiam uſque comitatus, & dimittens, Vale, inquit, rex Seleuce. Tum rex porrexit illi dextram & ad ſe attraxit, quaſi oſculaturus. & uni comitum innuit ut gladio ceruicem illius abſcinderet.

Pulueribusq́; ſtatim ceruix commiſta loquẽtis.

Quòd ſi tacuiſſet, & aliquantulum temporis expectaſſet, uberius meo iudicio præmium reportaſſet ex ſilentio, quàm hoſpitalitate. Huic tamen ſpes beneuolentiæ regiæ, iuſta quodammodo occaſio rumpendi ſilentij eſſe uidebatur. Verùm plerique garruli nulla ratione adducti, ſeipſos temerè perdunt: qualis fuit tonſor ille, qui cùm in tonſtrina quadam uerba fierent de Dionyſij tyrannide, & exiſtimaretur adamantina, & inuicta, ridens, inquit, Mirum profectò eſt iſthæc à uobis de Dionyſio dici, cuius in iugulo ſæpißimè nouaculam teneo. Quæ cùm audiſſet Dionyſius, in crucem ipſum

ipſum ſuſtulit. Et ſanè meritò. Loquax eſt tonſorum genus: Loquaciſsimi enim quique ad eos conueniunt, & ibi deſident, ita ut conſuetudine inficiantur. Feſtiuè enim rex Archelaus tonſori circumponenti linteum, & roganti, Quomodo te radam? reſpondit, Tacendo. Tonſor quoque inſignem illam cladem ab Athenienſibus in Sicilia acceptam renuntiauit. Cùm enim primus eam audiſſet, ex ſeruo alicuius eorum qui fuga euaſerant, relicta officina in urbem curſu contendit: ne ſecundum locum occuparet, & allati huius nuntij gloriam quis illi præriperet. Orta perturbatione, ut par fuit, populus in unum locum coactus autorem huius rumoris inquirebat. Adducebatur igitur tonſor, & interrogabatur. Qui cùm nomen eius, à quo acceperat, ignoraret, ac autorem citaret hominem ſibi nomine ignotum: nulla alia uox in commota concione audiebatur, quàm, Abripe ad quæſtionem, torque triſtiſsimi nuntij autorem: confinxit hæc, & commentus eſt: quis alius audiuit? quis illi renuntiauit? Allata eſt rota, extenſus eſt homo. Dum hæc geruntur, adſunt cladis nuntij. Itaque omiſſa hac quæſtione, dilapſi ſunt domos ſinguli, ad priuatas calamitates lugendas, & miſerum rotæ alligatum reliquerunt. Tandem cùm ſub noctem ſolueretur, interrogabat mini-

strum publicum, num audisset, quo modo Nicias dux exercitus interijsset: tanta est uis huius uitij consuetudine confirmati, ut neque expugnari, neque emendari prorsus queat. Ac sanè quemadmodum qui amara & male olentia pharmaca biberunt, indignantur & ipsis cyathis: ita etiam qui infausta nuntiant, audientibus inuisi fiunt, & odiosi. Et rectè quæsiuit Sophocles cùm dixisset Creon,

Molestus est sermo iamdudum tuus,
Aures'ne mordet, an animum potius tuum?

CREON. *Quorsum id requiris, dolor ubi me commouet?* NVNTIVS.

Discruciat autor sceleris animum, aures ego.

Faciunt igitur dolorem uerba, perinde atque res & facta: ueruntamen lingua profluens contineri & coërceri non potest. Lacedæmone templum chalciæcum direptum fuit: in quo reperta est lagena uacua: de qua cùm magna esset controuersia, inter quàm plurimos qui eò conuenerant, quidam adstantium ait, Equidem nisi molestum est paucis exponam quid de lagena coniectem. Opinor sacrilegos cùm in hoc periculum se conijcerent, aconitum bibisse, & secum attulisse uinum, ut si latere possent, mero epoto uenenum diluerent, ac extinguerent, & discederent incolumes. Quòd si depre

deprehenderentur, ante tormenta à ueneno facile, & sine dolore necarentur. Cùm hæc referret uidebatur non suspicari, sed rem perspectam habere, qui tam implicatum, & callidum commentum teneret: & undecunque circunstantes eum rogabant, Quis tu es? Qui te nouit? Vnde hæc tam exacte sciuisti? ac tandem ita deprehensus sese unum esse sacrilegorum fassus est. Quid? non'ne qui Ibycum interfecerant eodem modo sceleris conuicti sunt, quum in theatro sederent? conspectis enim gruibus præteruolantibus mutuo inter se cum risu susurrabant, En Ibyci ultrices. Quam uocem proxime aßidentes, quia Ibycus diu iampridem quæsitus nusquam appareret, diligenter exceperunt, & ad magistratus detulerunt. Illi uerò ita comprehensi, abducti sunt, & non à gruibus, sed propriæ linguæ petulantia tanquam furia ultrice coacti cædem prodere, pœnas dederunt. Quemadmodum enim in corpore deferuntur & trahuntur humores proximi in ægra, & affecta membra: sic etiam lingua futilium perpetuò inflammata, & continuo arteriarum pulsu micans, tacenda atque occulta ad se attrahit, & adducit. Itaque linguæ opponi & obijci semper oportet rationem, tanquam uallum, & obstaculum, ut illius fluxum & lubricum lapsum contineat:

neat: ne anseribus imprudentiores esse uideamur: quos aiunt cùm ex Cicilia migrantes Taurum aquilis refertum transmittunt, ori lapidem ingentem inserere, quasi frenum & retinaculum uoci adhibentes, atque ita noctu silentes transmittere. Quòd si quis quærat, quis sceleratissimus, & perniciosissimus sit, nemo alium respondeat, quàm proditorem. Euthycrates tamen ex Macedonicis lignis extruxit domum, ut Demosthenes ait: Philocrates accepta magna ui auri scorta & pisces emebat. Euphorbo & Philagro qui patriam prodiderant, rex agros concessit. Garrulus uerò nulla mercede proposita proditor est, & ultrò: non equos, nec muros prodit, sed arcana consilia effert: in iudicijs, in seditionibus, in discordijs ciuilibus: nec illi quisquam hoc nomine gratiam habet: sed ipse potius gratiam alijs silentij nomine debet. Proinde quod dictum est ei qui temerè & inconsulto fortunas omnes suas effundebat, & largiebatur, Non es liberalis, sed morbo laboras, & donatione oblectaris: in garrulum quoque conuenit. Non amicus es, neque beneuolus, qui hæc indicas: sed morbo laboras, & garrulitate nugisq́; oblectaris. Quæ nolim quisquam eo animo dicta esse à me existimet, quasi accusare garrulitatem, ac non potius curare uoluerim. Motus enim

animi

animi perturbatos exercitatione, & iudicio superamus: iudicium autem præcedit: Nemo enim uitare & eijcere animo solet, nisi quod est inuisum: ac tum demum inuisi motus animi perturbati nobis fiunt, cùm incommoda & ignominias ab illis profectas ratione expendimus: uti nunc in garrulis consideramus, qui dum amari uolunt, odium incurrunt: dum gratificari student, interturbant: dum admirationem concitare sperant, deridentur: dum lucrum captant, nihil capiunt: obsunt amicis, prosunt inimicis, & sibi ipsis perniciem accersunt. Quamobrem primum hoc sit pharmacum, & medicamentum huius animi perturbationis, probrorum, & calamitatum quæ ex ea oriuntur, inspectio. Secundo adhibenda est assidua contrariorum meditatio: audiendæ, commemorandæ, & in promptu habendæ taciturnitatis laudes, & grauitas, sanctimonia, religioque silentij: & reuocandum est subinde in memoriam, admirabiliores, charioresq; esse, & sapientiores uideri, effrenatis istis, & linguæ impotentibus taciturnos, & breuiloquentes, quorum paucis uerbis graues multæq; sententiæ comprehenduntur. Plato enim tales laudat, & uehementibus iaculatoribus comparat eos, quorum oratio est acris, densa, & contorta. Et Lycurgus teneris statim ab

unguic

unguiculis ciues ſilentio premens, ad eam uehementiam adducebat, & condenſabat. Quemadmodum enim Celtiberi, cùm ferrum in terram defoderunt, & quod eſt terreum perpurgarunt, aciem gladiorum ex eo conficiunt: ſic etiam ſermo Laconicus non eſt corticatus, ſed ſuperuacaneis reiectis, acutiori, & firmiori acie temperatur. Illa enim dexteritas iaciendi apophthegmata, & promptitudo aptè retorquendi in quouis congreſſu, illis ex ſilentio naſcitur, & garrulis ſæpe occinendum eſt. Quantam uim, & gratiam hæc habeant, cuiuſmodi eſt illud Lacedæmoniorum ad Philippum, Dionyſius Corinthi: quibus cùm rurſus ſcripſiſſet Philippus, Si inuaſero Laconicam regionem, uos penitus delebo. Reſcripſerunt, ΑἼΚΑ, *id eſt,* SI. *Et cùm rex quoque Demetrius ſtomacharetur, & uociferaretur, unum legatum Lacedæmonij ad me miſerunt: Legatus nihil territus, unum reſpondit ad unum. Sanè ex ueteribus breuitatis ſtudioſi ſunt in admiratione. Et in templo Pythij Apollinis, non Iliadem, & Odyſſeam, neque Pindari Pæanas, Amphyctiones inſcripſerunt: ſed, Noſce te ipſum: Ne quid nimis: Sponde noxa præſto eſt: admirati prolixitatem & breuitatem orationis, quæ paucis ſententiam elaboratam complectitur. Adde quòd Deus*

ipſe

ipſe conciſo, & preſſo ſermone ſua oracula edit, & λοξίας à deuitata loquacitate, potius quàm ab obſcuritate uocatur. Quid? non'ne qui mutis ſymbolis quod opus eſt indicant, laudantur, & ſummo ſunt in pretio? ut Heraclitus, qui rogatus à ciuibus, ut ſententiam aliquam de concordia diceret, conſcendit ſuggeſtum: cyathum frigidæ ſumpſit, cui farinam inſperſit, & pulegium admiſcuit, ac eo epoto abijt: innuens illis, pace concordiaq; firmiſsima eas ciuitates perfrui, quæ præſentibus contentæ ſunt, & ſumptuoſa non deſiderant. Scylurus Scytharum rex, octoginta liberos relinquens imminente morte faſciculum haſtilium poposcit: quem colligatum, & collectum iuſsit ſingulos frangere, ac rumpere: quod cùm recuſaſſent, ipſe ſingula educens, omnia facile fregit, & pronuntiauit, conſenſionem eorum potentem, & inuictam fore: diſſenſionem uerò imbecillem, & caducam. Hæc atque huiuſmodi ſiquis aſsiduè repeteret, ac ſecum reputaret, deſineret fortaſſe nugacitate delectari. Me profectò ſeruus ille uehementer mouet: dum cogito quanta res ſit, attendere quid loquaris: & conſtanter tueri, quod inſtitueris. Publius Piſo rhetor nolens obtundi præcepit ſeruis, ut ad rogata reſponderent, & nihil præterea. Paulò poſt conuiuio excepturus Clodium

imper

imperatorem, iusserat eum uocari: & cœnam splendidam, & magnificam, ut par erat, apparari curauerat. Cùm instaret tempus cœnæ, reliqui aderant, Clodius expectabatur. Itaque sæpe mittebat seruum inuitare solitum, ut exploraret num ueniret. Vbi uerò iam immineret nox, nec spes esset Clodium uenturum, Quid, ait ad seruum conuersus, uocasti Clodium? Vocaui, inquit. Cur igitur non uenit? Et ille, Quia recusauit. Cur igitur non dicebas? Quia hoc ex me non quærebas. Et hic quidem Romanus. Atticus uerò etiam inter fodiendum narrabit hero, qua ratione controuersiæ diremptæ sint. Tantum potest in omnibus consuetudo, de qua nunc dicamus: Fieri enim non potest, ut quasi frænum moderantes loquacem contineamus, sed morbus eius consuetudine domandus est. Primùm igitur in familiarium colloquijs assuesce tacere, quoad omnes respondere desierint. Cursus enim & consilij non idem finis est, ait Sophocles: nec loquendi, & respondendi. sed illic quidem uincit, qui anteuerterit: hîc uerò si alter aptè responderit, præclarè cum eo agitur, qui collaudando, & comprobando beneuoli hominis opinionem sibi comparauit: sin minus, docere quod eum fugit, & adijcere quod defuit candidum, & tempestiuum est. Imprimis cauendum est nobis, ne

alio

alio quopiam interrogato responsionem occupemus. Nam non satis honestum est, neglecto eo cui quæstio proposita fuit, ultro se offerre: uidebimur enim indicare eadem opera interrogatum quæstioni non posse satisfacere: & interroganti exprobrare, quasi nesciat ab eo petere, à quo responsum ferre possit. Grauem sanè iniuriam infert talis in respondendo petulantia & audacia. Qui enim anteuertit respondendo, interroganti simul etiam refert, quid opus fuit ex hoc percontari? Quid hic nouit? me præsente neminem alium interrogari oportuit. Ac plerunque aliquos interrogamus, non quòd egeamus responso, sed ut uocem aliquam beneuolam, & hilarem ab eis exprimamus: & ut Theætetum & Charmidem Socrates, ad colloquium eliciamus. Perinde igitur facit, qui responsionem occupat, & aures mentemq; ad se traducit, & conuertit, acsi ei qui uult ab alio sibi porrigi osculum, præcurrens porrigat: Aut si quis in alium intuentis oculos, in se detorqueat. Quòd si rogatus loquendi finem fecerit, percommodè cadit ei qui se continuit, ut quasi responsione alterius prouocatus quæstioni propositæ modestè, & uerecundè respondeat. Nam si rogati respondendo fallantur, ueniam meritò consequuntur: Qui uerò sponte suscipit & præripit respondendi

dendi partes, etiam si scopum attingat, imprudens habetur: si aberret ab eo, ludibrio est, ac omnibus risum mouet. Altera deinde exercitatio uersatur in responsionibus priuatis: quibus studiosissimè animum intendere garrulus debet. Primùm ut eum serio respondere intelligant, qui ad loquendum, risus & contumeliæ causa prouocant. Plerique enim non necessariò, sed animi & lusus causa, excogitatas quæstiones his proponunt, & eos ad garriendum extimulant. Quod diligentissimè cauere illos oportet, nec in orationem statim quasi gratiam habeant, erumpere, sed percontatoris mores, & necessitatem inspicere. Cæterùm ubi quis re uera discendi gratia consulere uidebitur, ita se comparent, ut accuratè consyderent, & interijciant aliquod interuallum inter responsionem & interrogationem: in quo percontator siquid uelit addere, possit: & ipse animaduertat de quibus responsurus sit. Ac ne excurrat, neque se quæstione implicet, ne præ nimia festinatione aliud pro alio sæpe respondeat. Pythia sanè ante interrogationem quædam responsa ex tempore edere solita est: Deus enim, cui seruit, mutum intelligit, & tacentem audit. Verùm ei qui uult aptè respondere, mens rogantis percipienda est, & propositum diligenter explorandum, ne illud fiat

quod

quod prouerbio fertur, Falces petebam, at hi ligones denegant. Maximè uerò impetus ille, & insatiabilis loquendi cupiditas inhibenda est, ne ueluti profluuium linguæ insitum libenter ab interrogatione educi uideatur. Etenim Socrates hac ratione sitim coërcebat: non permittebat sibi post exercitationem bibere, nisi pocillator primum cadum alijs infudisset: ut consuetudine doceretur pars ratione carens, expectandum esse tempus, quod ratione utens præscripsisset. Itaque tria sunt genera responsionum ad interrogationes: unum necessarium, alterum humanum, tertium superuacaneum. Vt cùm quæsitum est ab aliquo, num Socrates sit intus? Vnus quidem inuitus & remissè respondet, Non est intus. Quòd si Lacedæmonios imitari malit, detrahet INTVS, *& sola negatione utetur: non secus ac illi, cùm Philippus per literas petisset, Num eum admittere in ciuitatem uellent? Ad eas* ΟΥ, *id est,* NON, *grandioribus characteribus in charta depictum rescripserunt. Alter autem humanius respondebit, Non est intus, sed ad mensas. Ac siquid uelit ad iustum modum addere, Hospites quosdam illic opperiens. Qui uerò loquacitate diffluit, si forte Antimachum Colophonium legerit, Non est intus, inquiet, sed ad mensas, hospites Iones opperiens: in*

quorum gratiam Mileto ad eum Alcibiades ſcripſit: ubi uerſatur cum Tiſſapherne magni regis præfecto, qui Lacedæmonios quondam iuuabat: Nunc autem opera Alcibiadis Athenienſibus adiungitur: cupiens enim redire in patriam, Tiſſaphernem in partes Athenienſium traducit. Et diſſerens totum octauum librum Thucydidis recitabit, & obruet hominem, quoad Miletus oppugnetur, & Alcibiades iterum in exilium fugiat. Ac uidendum eſt maximè, ut uelut in ueſtigium inducta interrogatione contineatur loquacitas, & interrogantis utilitate tanquam centro, & certo ſpatio, reſponſio circunſcribatur. Ad Carneadem enim nondum magna cum laude in gymnaſio diſſerentem, gymnaſiarcha miſit quendam, qui iuberet eum contentionem uocis remittere: erat enim maximè uocalis. Et cùm ille diceret, Præſcribe mihi modum uocis. Non inſcitè reſpondit, Præſcribo tibi eum quî cum diſſeris.

Eodem modo reſpondenti modus eſſe debet, rogantis conſultatio. Et quemadmodum Socrates præcipiebat, abſtinere ab eo cibo & potu qui non eſurientes nec ſitientes ad edendum & bibendum prouocant: ita etiam oportet garrulum ab ijs quibus impenſe delectatur, & ad ſatietatem utitur, eos reformidare: & illis, qui in eos delabuntur,

tur, aduersari: ut milites prælia libenter commemorant: & poeta Nestorem eiusmodi inducit, ut res à se præclare gestas sæpenumero prædicet. Atque etiam hic morbus ut plurimum corripit, & comitatur eos, quibus præter spem apud indices, præsides, & reges fœliciter successit: & frequenter meminerunt, & narrant quomodo exorsi sint, beneuolentiam captarint, certarint, disceptarint, aduersarios quosdam refutarint, aut accusatores, & quantam laudem sint consecuti. Hæc enim uoluptas est multo loquacior uigilia illa comica, quæ seipsam frequenter refouet, & quotidianis narrationibus semper recens efficitur. Vnde ex quacunque occasione in hos sermones delabuntur. Non enim solum ubi quis dolet, ibi & manum habet: sed etiam quicquid delectat, uocem ibi habet: & dum suaui recordationi perpetuo innititur, linguam circunagit. Eodem etiam modo amatores diutissimè uersantur in ijs sermonibus, ex quibus in amorum memoriam redeunt. quiquidem si non cum hominibus, certè cum rebus inanimatis de illis colloquuntur: O amantissime lecte. &, Bacchis te Deum existimat fortunate Lychne. &, Deorum summus uideris. Est igitur plane alba linea erga omnes sermones garrulus. Ceterùm in alios alijs propensiorem eos uitare conuenit, ac

 sese

ſeſe inhibere, & ab eis continere: quòd longiſſimè promouere, & prouehere præ uoluptate poſſint. Idem hoc in his ſermonibus uſu uenit, in quibus uel experientia, uel habitu aliquo ſeſe alijs præſtare credit. Cùm enim ſui ſit amans, & gloriæ cupidus, maximam diei partem huic rei tribuit, ut ſuperior ſemper diſcedat. In hiſtorijs lector cupidus, in exacta uerborum obſeruatione Grammaticus, in narrationibus rerum externarum qui multas regiones adijt, & perluſtrauit. Itaque hæc quoque uitanda ſunt: Ineſcata enim ab his garrulitas tanquam animal in paſcua conſueta irruit. Admirabilis profectò Cyrus, qui certabat cum æqualibus, non in quibus erat præſtantior, ſed deterior, & imperitior: ut alios ſua gloria non ureret, ac diſcendo utilitati ſuæ conſuleret. Garrulus contrà, ſiquis ſermo inciderit, ex quo aliquid diſcere poſſit, & quod ignorauit audire, eum extrudit, ac expellit: nec breue ſilentium mercedis loco præbere poteſt, ſed circuncurſans in rancidos & ſæpe tritos centones orationem confert: non aliter quàm quidam ex noſtris, qui cùm fortè duos, aut tres libros Ephori legiſſet, omnes obtundebat, & omnia conuiuia perturbabat, Leuctricam pugnam, & quæ eam proximè conſecuta ſunt ſemper repetens: unde Epaminondæ cognomen

men inuenit. Verùm enimuero leuißimum est hoc malum, & eò garrulitatem impellere oportet: minus enim molesta erit redundans loquacitas in homine bonarum literarum studioso. Proderit quoque illis, aliquid scribere, & priuatim disputare. Nam Antipater Stoicus cùm non posset, (ut uidebatur) nec uellet congredi comminus cum Carneade, qui magno impetu in Stoicos inuehebatur, scripsit plerosque libros, in quibus paßim eum refellebat: unde cognominatus est Καλαμοβόας, *id est, calamo uociferans. Nec dubito, quin umbratilis scribendi exercitatio, & disputatio priuata, de immoderata uerborum copia aliquid quotidie detrahentes, eum tandem multo tolerabiliorem familiaribus præbeant: perinde atque canes, qui in ligna uel lapides iram effuderunt, hominibus minus sunt infesti. Non inutile etiam fuerit, cum potentioribus & maioribus natu aßiduè uersari, quorum autoritatem & amplitudinem ueriti, tacere assuescent. Admisceri quoque & adiungi his exercitationibus oportet, contentionem illam animi, & consyderationem, ubi aliquid locuturi sumus, & uerba ad os confluunt: Quod nam est hoc uerbum, quod instat, & uim adfert? quo lingua fertur? quid inde commodi consequetur, si dixero? quid incommodi, si tacuero? Non*

enim quasi onus aliquod graue, oratio obijcienda est: quandoquidem etiam elata permanet. Verùm homines aut sua gratia quòd aliquid desiderent, aut ut auditoribus prosint, aut ut gratiam inter se ineant loquuntur: & oratione tanquam sale consuetudinem & actiones omnes suas condiunt. Quod si neque loquenti est utilis, neque auditoribus necessaria, neque uoluptas ulla aut gratia ex ea quæritur, quid ea opus est? Superuacaneum enim & inane non minus in uerbis, quàm rebus ipsis deprehenditur. Postremò præter hæc omnia illud Simonidis in promptu esse, & in mentem uenire debet, Pœnituit me sæpe locutum esse, tacuisse uerò nunquam: & exercitationis tantum esse uim, ut ea superari difficultates omnes poßint: Cùm præsertim singultum & tußim homines adhibita cura, & diligentia non sine labore, & cruciatu depellant. Silentium uerò non solum siti obstet, ut ait Hippocrates, sed etiam nullum dolorem aut molestiã exhibeat.

FINIS.

PLVTARCHI CHAERONEI ORATIONES DVAE DE ESV CARNIVM.

LODOICO RVSSARDO INTERPRETE.

CLARISSIMO VIRO THOMAE HOVSSYEO, PRIMARIAE BITVRIGVM

Eccleſiæ canonico Lodoicus Ruſſardus s.

VT ſingularis meæ in te uoluntatis, & obſeruantiæ monumentum aliquod extet, eruditas haſce & acutas Plutarchi oratiunculas, de Græcis Latinas factas, in tuo nomine apparere uolo. Quæ ſi quibus minus exactè conuerſæ uidebuntur, hoc etiam atque etiam ab illis poſtulo, ut priuſquam quidquam ſtatuant, Græca attentè legant, & transferre conentur. Ita enim futurum eſt, ut deprehendant, præter obſcuram phraſim, quę huius autoris propria eſt, iniuria temporum, & imperitia librariorum infinita menda huc irrepſiſſe: neque fuiſſe facile tabulas huius naufragii paſsim diſiectas ita colligere, ut nihil deſyderaretur. Ac tum placatioribus æquioribusq; uſurum me ſpero. Cogitent quoque & illud, me Ciceronis conſilium ſecutum, non uerbum pro uerbo neceſſe habuiſſe reddere, ſed genus omnium uerborum uimq́ue ſeruaſſe. Non enim ea me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere. Tametſi quo mihi anxiam iſtam defenſionem? ea præſertim ex aduerſo difficultate obuia, ut etiamſi maximè fidelem interpretem pręſtiterim, tamen non deſit quod apud maleuolos,

los,& calumniatores,potiſsimum imperitos, reprehenſionem incurrat. Vnum tamen me conſolatur, quod id mihi negotii dari nunquam credidi,ut illis placerem: ſed tibi,& peritis, æquisq; rerum æſtimatoribus. Quod ſi aſſequor, nihil ieiunas calumnias morabor, nec illis prohiberi potero, quo minus à Iuriſprudentia manumiſſus,quæ me totum ſui mancipii fecit,plura & maiora in apertum proferam. Vale: Auarici Biturigum, Cal. Iunii. 1553.

PLVTARCHI CHAERONEI DE CARNIVM ESV PRIOR ORATIO.

ENIMVERO *quæris,qua ratione Pythagoras ab eſu carnium abſtinuerit. Mihi uerò mirum uidetur, quis eius affectus, animus,aut ratio fuerit, qui primus hominum cæſi & mortui animalis carnes labijs admouerit: & in conuiuia intulerit cibos,obſoniaque concinnata ex corporibus mortuis, ſimulachrisque, ac ut ita dicam,membris quæ non multo antè mugiebant, uocem edebant,mouebant,& cernebant: quo pacto*

oculus intueri potuerit cædem, dum iugulabantur, tergora diripiebantur, & in frusta secabantur: quo pacto gustatus fœditate tractandorum ulcerum alienorum, & hauriendi succi, tabiq́ue uulnerum lætalium non est deterritus.

Serpebantq́; solo pelles, uerubusq́; trementes,
Assatæ, & crudæ carnes mugitibus arua.
Replebant, uelutiq́; boum uox fertur ad aures.
Hoc sane commentum & fabula est.

Cæterùm quis cœnam huius re uera prodigiosam esse negauerit, qui pecoribus adhuc mugientibus eam sibi instrui postulat? quæ alendo corpori sint aptissima designat? & qua arte conueniat torreri, & disponi fercula præscribit? Istum oportebat inquirere à quo hæc primum instituta essent, non tandem sublata. Sanè reiecerit aliquis culpam in eorum inopiam, qui primi uesci carnibus aggressi sunt. Non enim cupiditatibus improbis assuefacti, neque copia rerum omnium in uoluptates à natura alienas prolapsi, animo inferendæ iniuriæ huc rerum deuenerunt: sed ab inferis nunc excitati exclamarent, O uos fortunatos & alijs charos, quum fœlici seculo nasci contigit, quo uberrima bonorum omnium copia fruimini! Quot fructus sponte natos & uestro labore consitos percipitis! quantas opes arua, quantas uoluptates stir-

pes suppeditant! facile est uobis uitam molliter exigere, ac ita exigere, ut nulla cæde polluamini. Nos uerò in durissimam & iniquissimam ætatem incidimus, qua magna grauique penuria ob conditi nuper orbis initium laborare necesse fuit: Adhuc cælum aëre tegebatur: astra humori turbido, & instabili igni, turbinibusque uentorum confusa erant: & nondum definitum stabilibus ac immotis spatijs curriculum solis, qui nondum certa illa cæde consistebat: nec auroram discernebat & occasum: nec retro conuersas anni tempestates frugiferis calycis coronis denuò circunducebat: Terra cursibus errantium fluuiorum uexabatur, pleraque eluuionibus deformabantur, non pauca uoraginibus, paludibus profundis, & infrugiferis nemoribus syluisque efferabantur. Nulli mites fructus nascebantur, nulla erat ars agrorum colendorum, nulla rei familiaris prudenter administrandæ disciplina: fames assiduè nos urgebat, neque statis anni temporibus semina spargebantur. Quid igitur mirum si præter naturam carnibus animalium non abstinuerimus? cùm limo & arborum corticibus uesceremur? & præclarè cum eo actum putaremus, qui uel gramen, uel radicem aliquam Phlæi reperisset? Quòd si quando glandem illis gustasse contigisset, saltabant

bant præ nimia uoluptate circum quercum aliquam, aut fagum, eamque rerum uitæ necessariarum largitricem, & parentem, & altricem subinde appellabant. Ita enim tum agebant dies festos. Reliqua uerò uitæ pars in carnium ulceribus tristissima peragebatur. Verùm enimuero quæ insania, quod'ue œstrum ad fœdam impuramque cædem uos compellit, cùm res omnes affatim & cumulatè suppeditent? Cur terræ calumniam intenditis quasi uos alere non possit? Cur legum autorem Cererem uiolatis, & miti placidoq; Baccho notam inuritis, quasi uobis ab ijs uberes satis copiæ non suppetant? Non uos pudet sanguini & cædi fructus mites in epulis uestris quotidianis admiscere? Atqui Dracones, Pardos, Leones immanes appellatis: Vos autem cæde contaminatis, nec illis crudelitate conceditis. Illi enim cædem faciunt ut pascantur: Vos autem ut lautius obsonemini. Neque uerò lupis aut Leonibus uescimur, sed eos missos facimus, & innoxia, mansueta, aculeorum dentiumque expertia animalia interimimus: quæ mediusfidius natura ad ornatum & speciem procreasse uideri potest. Nimirum perinde facilis, ac si quis Nilum conspicatus cùm auctu magno per totam spatiatus Aegyptum terræ fœcundus innatat, uim ad gignendos

& alend

& alendos fructus suauissimos uitæque mortalium oportunissimos efficacem non admiretur, sed hoc nomine reprehendat, quòd Crocodilos, Aspides & culices, fera tetraque animalia gignat. Huic non ualde dissimilis est, qui terram istam intuitus, & agrum fruges copiosas proferentem, & spicas infinitas fundentem, deinde uspiam inter fruges & spicas lolium & orobanchen, illa metere & in usum suum reponere negligit, de his uerò grauiter conqueritur. In hunc quoque numerum est referendus, qui orationem legit, qua uim omnem dicendi & ornatum adhibuit orator, ut periculis reum eriperet, aut argumenta refelleret, ac scelerate facta accusaret: quæ non leniter ac placide flueret, sed magno uariorum ac omnis generis affectuum impetu, in multos & uarios auditorum iudicumque animos irrumperet, quos concitare & mouere, aut sedare & lenire oportet. Ac deinde prætermissa diligenti capitis causæ & rei controuersæ inquisitione, tantum excerpit non satis scitè conclusas aliquas periodos: quas tamen ab oratione præcipiti una incitatione deuolutas, & cum reliqua orationis copia quasi ab actore quopiam populari effusas esse non ignorat. Sed nihil est quod nos reuocet: non florida coloris species, non suauissimæ uocis oratio, non

animi uersutia, non munditia in uictu, non insignis infortunatorum animalium solertia: sed caruncula exiguæ cupiditate inflammati, animum sole, luce, & definito à natura uitæ tempore spoliamus. Nobis uerò persuademus, uoces eorum nullius esse rei indices, non precari, non rogare, non hanc defensionem afferre, Necessitatem haud deprecor, sed iniuriam: necessitati tuæ subseruire haud recuso, sed luxui: Vt uescaris, iugula: ut lautius & iucundius uescaris, ne iugula. O crudelitatem intolerandam. Graue quidem est cernere locupletibus hominibus mensam instrui, qui coquos ad paranda & concinnanda ex cadaueribus opsonia adhibent: Multo uerò est grauius, uidere fercula tolli: Plura enim supersunt, quàm sint consumpta. Frustra ergo ista interierunt. Nonnulli quoque tametsi appositis epulis abstinent, nec patiuntur carnes quasi deprecantes diuidi ac dissecari, à uiuis tamen manum haud continuerunt. Cæterum audiuimus quosdam ita se tueri, ut carnis esus initium à natura esse profectum contendant. At eum naturæ non conuenire, corporis constitutio primum arguit. Corpus enim hominis nulli eorum simile est quibus à natura insitum est carne uesci: Non inest illi rostrum aduncum, non ungues acuti, non asperi dentes, non aluus tanta

ui præditus, non ſpiritus tam calidus ut concoquere graues carnes poßint: ſed æquales dentes, os exiguum, lingua mollis, & imbecillus ad concoquendum ſpiritus, interdictum nobis à natura carnis eſum ſatis indicant. Quòd ſi natum te ad hunc cibum contendere audes, quod edere uoles ipſe interfice, non adhibito gladio, aut imitatus lupos, urſos, leones, qui interfectis à ſe animalibus paſcuntur interime morſu bouem, uel ore ſuem, agnum, uel leporem dilania: & illorum inſtar uiuo adhuc incumbens ueſcere. Sin expectas mortem eius, quod tibi comedendum eſt: ac religione, pudoreq́ue prohiberis, quominus animo corpus priues, cur à natura tam procul aberras, ut animatis non parcas? At ne ipſa quidem mortua & exanimata uſui eſſe poſſunt & cibo, ſed aſſari, elixari, & igne pharmacisq́ue interpolari oportet, ac ſexcentis condimentis cædis immanitatem tolli, ut deluſus guſtus eſcas ſibi alioqui ingratas non faſtidiat. Ac ſanè ſalſum eſt illud Laconis, qui emptum in diuerſorio piſciculum cauponi dedit, ut appararet: Cùm autem ille poſceret caſeum, acetum, & oleum: inquit Lacon: ſi hæc haberem, non compararem piſcem. Nos uerò in iſta nefaria cæde adeo delitias facimus, ut carnem appellemus opſonium, & ad eam opſonia alia adiungamus:

mus: oleum, uinum, mel, garum, acetum, admisceamus & unguenta Aßyria & Arabica, quasi cadauer aliquod humanum tumulo componere nobis propositum sit. Et ista quidem tanta cura subacta, domita, & penè putrefacta, uix ac uix concoquendo superare possumus: Et tametsi superemus, grauitatem molestam, ac cruditatem morbis obnoxiam pariunt. Diogenes sanè nihil ueritus est crudo polypo uesci, ut ignis usum in apparatu tam frequentem quasi minime necessarium tolleret. Cùm autem sacerdotes & copiosa hominum turba eum circunstarent, obuoluit caput pallio, & carnem ori admouens ait, Vestro nomine periculo me offero. Præclarum si dijs placet periculum. Non enim ut Pelopidas Thebanos in libertatem asserturus, uel ut Harmodius & Aristogiton ciues suos tyrannide liberaturi, in discrimen se conijciebat philosophus, dimicans cum polypo crudo, ut uitam ad feritatem traduceret. Non tantum igitur esus carnium à natura alienus est: sed etiam animum satietate & ingurgitatione pinguefacit. Vinum enim, & ingesta carnium copia ad robur quidem corporis conferunt, sed animum eneruant: Et ne Athletis infensior esse uidear, domesticis exemplis utar. Nos enim Bœotos Attici obesos, & insipidos, & fatuos potißimum edacitatis

citatis nomine uocabant. Isti uerò, sues: Et Menander, sunt ad edendum strenui. Et Pindarus, nosse deinde, sicco splendori prudentissimus est, animus similis ex sententia Heracliti. Inania dolia dum pulsantur sonum ædunt, si plena fuerint, surda sunt. Lebetes ænei tenues sonitum in orbem propagant, quo ad circumactam per omnes illorum partes plagam manu iniecta quis obsepiat, & obstruat. Acies oculi superfluo humore pleni hebescit, & imbecilior est quàm ut muneri suo par esse possit. Ac quemadmodum aëre nebulis humidis obducto, & crassis exhalationibus occupato, sol neque liquidus, neque clarus, sed ueluti demersus & splendoris expers intuentibus apparet: ita etiam corpore saturo, & potu cibisque obruto, necesse est animi lumen infirmum, & prope extinctum, densissimis tenebris circunfundi, falli, & in acutè distinguendis rerum finibus difficultate & magnitudine uinci. Adde quòd humanitati assuescere mirificum & egregium uideri debet. Quis enim eum hominem iniuria afficiat, quem belluarum nulla ratione nobis coniunctarum mala tam grauiter commoueant? Nudiustertius inter disputandum factum illud Xenocratis, & Atheniensium commemoraui: quiquidem ei qui uiuo arieti pellem detraxisset, mul-

ctam imposuerunt. Neque uerò meo iudicio sceleratior est qui uiuum torquet, quàm qui uitam eripit. Sed uti res ipsa loquitur, quæ morem uiolant, magis quàm quæ naturam sentimus. Et ista quidem in illa disputatione crassiore Minerua tractabam. Porrò arduum, & occultis mysterijs implicitum, & incredibile initium placiti ignauis hominibus (ut ait Plato) ac mortalia cogitantibus, narrare non minus metuo, quàm gubernator in tempestate mari nauim committere, aut Poëta machinam in theatro tollere. Verùm non ineptè facturus mihi uideor, si uersus Empedoclis tanquam præludium quoddam præcinuero: quibus obscurè indicat non alio nomine corporibus animos esse alligatos, quàm ut luerent pœnas, eo quòd animalia iugulassent, & eorum carnes atq; adeo suas ipsorum deuorassent. Licet ista ratio & Empedocli & Pythagora uetustior esse uideatur. Lacerationes enim, quas de Baccho Poëtæ fingũt, Titanum carniuororum in ipsum audaces impetus, pœnæ in eos constitutæ, & missa fulmina, non aliò pertinẽt, quàm ut restitutionem in uitam nos doceant. Ea enim animi nostri pars quæ rationis est expers, turbulenta, uiolenta, non diuina, sed dæmonica, à ueteribus Titanes appellata est, quam ipsam ei tribuimus maximè, qui dat pœnas et cruciatur.

ORATIO POSTERIOR.

PROXIMA *disputatio nos hortatur, ut quantum ope & industria efficere poterimus, aduersus impuræ & rancidæ uiscerationis reliquias inuehamur. Magni enim est negotij, ut Catonem dicere solitum accepimus, ad uentres aurium expertes orationem habere, & poculum consuetudinis tanquam Circes haustum est, ex quo luctus, doli, lacrymæque manarunt. Nec minus difficile est, nos expedire hamo edendarum carnium cum eo transfixi simus, & uoluptatis blanditijs obruti. Nam par erat ut quemadmodum Aegyptij uentrem defunctorum, exemptum & excisum ad solem, quasi caput scelerum omnium ab homine admissorum, eijciunt, sic etiam ingluuiem & carnificinam exsecantes, nullam in uita nostra labem hærere deinceps patiamur: cùm maximè uenter ad cædem propensus non sit suapte natura, sed intemperantia nimia ad eam incitetur. Quod si uitium hoc assuetudine tam altè radices egerit, ut uitari non possit, hunc sanè fructum ex hac disputatione conse-*

 quar,

quar, ut parcius & uerecundius in id incidamus: fame coacti, non uoluptatibus deliniti, carne uescamur: & animalia cum dolore, & commiseratione, non ludibrio, aut cruciatu iugulemus. Quod plerisque frequentißimum est: quorum nonnulli in porcorum iugulum, ueru candentia intrudunt, ut sanguis extinctus ferri tinctura, & diffusus, carnem delicatiorem & teneriorem efficiat. Nonnulli ubera suum partui uicinarum comprimunt, & calce impetunt, ut cum sanguinem & lac inter partus dolores fœtu simul interempto confuderint, comedant (proh Iupiter piacularis) eam animalis partem, quæ pluribus ulceribus scatet. Nonnulli gruum & cygnorum oculos consuunt, & caucis obscuris eos conclusos, absurdis mixtionibus, et condimentis nescio quibus saginant, ut ex eorum carne, gratum palato opsonium concinnent. Ex quo planum maximè fit, eos ex uoluptate in hoc scelus esse prolapsos, non ut cibum pararent, aut penuriam & necesßitatem subleuarent: sed quod præ nimia satietate luxum & delitias consectarentur. Et quemadmodum uoluptatem inexplebilem, & infinitam in mulieribus undique captans, & præ intemperantia uagus, ab intemperantia in nefanda incidit. Sic etiam immoderata in uictu cupiditas

ditas circunscriptos à natura fines egressa, scelere & immanitate appetitionem uariat. Sensus enim modum naturalem præteruecti, unà morbum contrahunt, & in libidinem mutua conspiratione impelluntur. Ita auditus uitiosus musicam uitiauit: Tactus in molliciem fœmineam degenerans, inhonestis contrectationibus, & titillationibus muliebribus delectatur. Hæc eadem gesticulatricum, pyrricharum, cæterarumq́ue saltationum iucundarum, statuarum & picturarum satietatem oculis attulerunt: & magnis sumptibus edere munera gladiatoria suaserunt. Ita ex nefarijs epulis nascuntur obscœni congressus, ex congressibus uenereis auditiones absonæ, ex modis impudicis spectacula importuna, ex spectaculis immitibus immanitas quædam, & aduersus homines crudelitas. Quo factum esse existimo, ut diuinus ille Lycurgus in tribus legum suarum tabulis, serra, & securi, ianuas ædium, & lacunaria fabrefieri iusserit, & aliud instrumentum adhiberi uetuerit. Non quòd terebris, dolabris, & ascijs, quibus opus intestinum solet fieri, bellum indiceret: sed quòd compertum haberet, neminem fore, qui ad eiusmodi opera ornanda lectulum auratum, in domum inferret, uel ædiculas sordidas argenteis mensis, puluinis purpureis, &

 gemmis

gemmis pretiosis instruere auderet: ac tale futurum prandium, cœnamque, nempe frugi, & tenuem, qualia domus, lectus, mensa, & poculum fuissent. Delitiæ omnes, & sumptus, unà cum initio uictus, & cultus deprauati, non secus ac equulus uberum ac lactis expers excurrerunt. Quænam igitur cœna magnifica est, cuius gratia aliquot animantia non iugulentur? Leue dispendium esse credimus animi, neque animi qui patris fortè, uel matris, uel amici cuiusdam, uel filij corpore conclusus fuerit, (ut dicebat Empedocles) sed eius certè qui sensus, aspectus, auditus, uisionis, intelligentiæ particeps animantium cuique à natura tributus est: ut omnia quæ sibi sunt idonea inquirat, & paret, declinetque ea quæ à se aliena uideantur. Age uerò expende, meliores'ne an humaniores nos efficiant philosophi, qui præcipiunt ut liberos, uxores, patres aut amicos tanquam mortuos edamus: an Pythagoras & Empedocles, qui æquitati cuidam & humanitati erga alia animalia nos assuefaciunt. Irrides quidem eum, qui ouilla carne non uescitur: nos uerò, dicent illi intuiti aliquem qui parentis mortui membra diuidit, ad amicos absentes mittit, præsentes ad conuiuium uocat, & mensam carnibus abunde instruit, nunquam ridebimus. Ac periculum

lum quoque est ne ipsi etiam impingamus, quòd priusquam manus, oculos, aures expurgauerimus, aliquo piaculo libros istos contrectemus: nisi medius fidius piaculi loco merito habendum est, dulci oratione (ut ait Plato) de his ita disserere, ut salsa & amara auditio eluatur. Quòd si quis libros & rationes inter se componat, genus illud philosophiæ Scythis, Sogdianis, & Melanchlænis scriptum esse iudicabit: de quibus scribenti in historijs Herodoto fides non habetur. Veteres uerò Græci non alijs legibus, quàm Pythagoræ & Empedoclis placitis, uitam suam instituebant & tuebantur. Quod nihil iuris nobis cum animalibus intercedit, quæ ratione carent. Quinam igitur tot post homines natos annis decreuerunt?

Qui primi funestum ausi fabricarier ensem,
Et gustare manu uinctum domitumq́; iuuencũ.

Eadem uia aggrediuntur ad cædes Tyranni, quemadmodum enim initio sustulerunt Athenis sceleratissimum Sycophantam, qui nefarius appellabatur, & unum item & alterum: unde eorum imperio Athenienses assuefacti, Niceratum Niciæ filium, Theramenem imperatorem, & Polemonem philosophum postea trucidari uiderunt: Ita primùm immane aliquod animal, & perniciosum comestum est: ita auis aliqua, aut piscis

irretitus eſt : atque ita crudelitas, illo guſtu imbuta, & in illis cædibus prius exercitata, ad ouem, quæ nos ueſtimentis induit, & gallum gallinaceum domeſticum progreſſa eſt. Et ita ſenſim collectis uiribus, ad hominum cædes, neces, & prælia peruenit. Cæterùm tametſi nemo probet animos uti communibus corporibus, in alteris natalibus: & quod particeps rationis eſt effici expers, & ferum manſueſcere, (natura autem formam omnium rerum uariat, & immutat ornans diuerſo carnium tegumento) ſi non cohibeatur effrenata & immoderata libido, quòd grauitates & morbi corporibus ingenerantur, & animus in pugnam ſine lege præceps fertur, cum hoſpitem & amicum cruento conuiuio excipere, & nuptias celebrare conſueſcimus: tametſi inquam alterius immigrationis in corpora argumentatio fidem non meretur, dubitatio tamen religionem & metum nobis inijcere merito deberet. Vt, ſi quis pugna noctu commiſſa, corpori proſtrati, & armis induti hoſtis ueſtigium impreſſerit, iam iam eum interfecturus, & eum moueat aliquis ſe non perſpectum planè habere, ſuſpicari tamen eum qui taceat filium eius eſſe, aut fratrem, aut patrem, aut contubernalem: utrum ſatius fuerit coniecturæ falſæ aſſentiri, &

hoſti

hosti quasi amico ignoscere: quàm negligere quod omnino certum non est, & propinquum quasi hostem trucidare? hoc intolerandum esse nemo uestrum non iudicabit. Age uerò intuere Meropem in tragœdia, quæ filium occisura securim tollit, & ait, Venaliorem tibi plagam infligo. quantum obsecro tumultum in theatro excitat minaci uultu ad cædem insurgens? & quantum metum incutit auditoribus, ne prius adolescentulum è medio tollat, quàm senex retinere possit? Quod si alius senex proximus dixisset, ferito, hostis est: alius autem, ne ferias, filius est. Vtrum atrocius scelus admissuram fuisse existimas, quæ commiseratione erga filium mota, de hoste supplicium non sumit: an quæ odio in hostem impulsa in filij cædem incidit? Itaque cùm neque odio, neque ira, neque ultione, neque motu, ad cædem incitemur, sed ex uictima resupino collo iacente uoluptatem capiamus, & philosophus quispiam exclamet, Iugula, animal est rationis expers. Alter uerò, Mane. (quid enim si propinqui aut Dei alicuius animus immigrauit?) idem profecto periculum imminet, si carnibus uesci nolim, ac si propinquum aliquem aut filium à me interfici non credam. Iam uerò certamen illud pro esu carnium Stoici sustinere non

possunt. Quis helluo in uentrem aut culinam? Quid? Voluptatem qui ad mulieres relegant, ac insectantur quod neque in bonarum neque præstantium rerum numerum referenda sit, neque naturæ conueniat, tanto studio curant ea quæ ad uoluptates pertinent? At par erat eos qui unguenta & placentas non ferunt in conuiuijs, cruorem & carnem multo iniquiori animo tolerare. Nunc perinde acsi philosophicis præceptis diaria nostra informare uelint, cœnarum impensas, in rebus inutilibus, & superfluis resecant: immanem uerò sumptuum occasionem, & in cædem propensionem non accusant. Sanè inquit Stoicus, nulla enim cognatione cum brutis coniungimur, neque cum unguentis & lautitijs exoticis, respondeat aliquis. Atqui ab his nos deterretis, quòd uoluptates inutiles, & quibus facile carere possumus, obijciendas esse censeatis. Verùm enimuero istud etiam quod contendunt nullo iure nos cum brutis coniungi, neque astutè, neque captiose expendamus: sed nostros affectus propius intueamur, & subducta nobiscum humanitus ratione dijudicemus.

FINIS.



PLVTARCHI
LIBER CONTRA COLOTEN.

*

Quo id suscipitur probandum, Ne uiuere quidem iucundè quenquam posse, qui sectam sequatur Epicuri.

ARNOLDO FERRONO BVRdigalensi regio Consiliario interprete.

AD

DIAM VALENTINAM principem Dianam Pictonicam Sanctoualerianam.



APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1555.

HEROINAE ILLVSTRISSIMAE, DIANAE VALENTINAE PRINCIPI, ARNOLDVS FERRONVS S. D.

ETSI meum consilium tibi satis probarem, si Godofredi Calmontij iussu, cuius plurimum apud me ualet authoritas, hunc laborem tibi dicatum dicerem, qui multa nobis solitus est iucundè narrare de tua in literatos omnes beneuolentia: tamen uereor, ut expectationi tuæ, quam ille de nobis apud te excitauit, satisfecerim; mihi certè ipse non satisfeci. Multa enim erant, quæ negotium mihi facesserent in huius libri interpretatione: Genus insolens dicendi, translationes longe petitæ, uersus poëtarum inculcati, prolixæ compræhensiones, traiectio uerborum, totus consecutionis ordo perturbatus, non pauca inter se parum cohærentia. Huc accesit quod unico exemplari eoq; Germanico utebar, tam fœdè pluribus locis depra-

4

uato, ut sæpius diuinandum fuerit. In quo quantum sudarim testis est optimus Calmontius ipse, homo cùm acri iudicio, tum singulari doctrina: qui cum ista, hospiti tum meo domi meæ, communicabam cottidie: qui uelut à me pensum exigeret, manum de tabula ne tollerem, curabat: conscius desidiæ meæ, à quo iampridem didicerat facilius absolui instituta, quàm interrupta contexi. Quid profecerim, tuum erit æstimare. Volui quidem certè lucem multis locis afferre: sed hoc maius est, quàm ut optari à quoquam mediocriter erudito debeat. Tu uerò Heroina, quæ principatum optines in ordine amplissimo, non tam specie & opinione uulgi, quàm re & consilio prudentum, melius hæc & commodius ab alijs explicata audire potuisti. Operam hanc tamen tibi impensam pro tua humanitate boni consules.

Vale.

PLVTARCHI

LIBER CONTRA COLOTEN, NE VIVERE QVIdem *iucundè quenquam posse, qui sectam sequatur Epicuri.*

ARNOLDO FERRONO Burdigalensi regio *Consiliario interprete.*

COLOTES *Epicuri familiaris edidit librum cum hac inscriptione, Qui cæterorum philosophorum decretis pareat, ne uiuere quidem illum posse. Ego uerò, quæ pro philosophis contra illum differenti mihi succurrebant, literis paulò ante mandaui. Sed quoniam finita disputatione, cœtuq; dimisso, multi inter deambulandum sectam illam exagitabant: mihi constitutum est, hos etiam admonere, atque in uiam reuo-*

*care: ſi non aliam ob cauſſam, certè ut intelligant hi, qui uocant aliorum decreta in diſquiſitionem, & expendi rationum momenta, & eorum ſcripta, quos conuincere ſtudes, accuratè perlegi oportere: non autem exceptis quibuſdam uocibus, aut uerborum, nulla re ſubiecta, * reprehenſis ambagibus, homines ſimplices ab inſtituto aliquo reuocari. Cùm enim ex conſuetudine iremus ad gymnaſium è ſchola, Zeuxippus, Non tam ſeuerè ac conſtanter, inquit, ut mea quidem fert opinio, cauſſa perorata eſt, quàm poſtulabat libertas diſputandi: quo etiam nomine Heraclides nos accuſauit, hinc diſcedens, in Epicurum & Metrodorum (nec id noſtro hortatu) importunius paulò inuectus. Hic Theon, Et illud, inquit, prætermittis ſilentio, Neminem, Colote, ſi cum iſta factione conferatur, minus uirulentum, magis ſobrium uiſum iri? Nam conquiſitis quæ turpiſſima uſquam ſunt flagitijs uerborum, liguritionem, ſordes minutas, ſcurrilem audaciam, & uanitatem, meretricios amores, cædem luctuoſam, præcipitem, multis capitalem, effutierunt in Ariſtotelem, Socratem, Pythagoram, Theophraſtum, Protagoram, Heraclidem, Hipparchum, denique in nobiliſſimum quemque philoſophantium: adeo ut quamuis tota eorum diſciplina ſapienter inſtituta eſſet, propter*

*alias γραμμάτων

pter

pter hanc libidinem maledicendi & criminandi à philoſophia abſint, & arceantur quàm longiſſimè. Excluditur enim ab illo cæleſti choro inuidentia omnis, atque æmulatio, quæ ſuum dolorem nequit tegere. Tum Ariſtoteles hunc ſubſequutus, Heraclides, inquit, quoniam Grammaticus eſt, gratiam hanc Epicuro de fece, ac turba Poëtarum, (ſic enim Epicurei appellant) deq; fatuis Homeri nugis, refert: aut Epicurum ita inceſſit, quoniam Metrodorus principi Poëtarum toties in ſuis libris conuitiatur. At hos, mi Zeuxippe, miſſos faciamus: quin potius quod initio diſputationis aduerſus Epicureos dictum eſt, Neminem qui eorum ſectam ſequatur in uita manere poſſe: nos inter nos, quando hic iam defeſſus eſt, adhibito in ſocietatem operis Theone, perteximus? Cui Theon, Iſtud quidem certamen nonnulli ante nos confecerunt: nunc alio diſputationis exitu (ſi placet) propoſito, ut pœnas philoſophis dependant, ita demum efficiamus. Docere quoad eius fieri poteſt, enitamur, ei qui ſectam iſtorum ſequatur, ne iucundam quidem ſuppeditare uitam. Tum ego arridens, Papæ, inquam, iſtis quantum apparet in uentrem inſultabis, & pro carnibus dimicandi afferes neceſſitatem, ita uociferantibus,

Non ceſtu certare habiles ſumus:

Non Rhetores,non custodes,& præsides populorum,non principes,
At nos crebrà iuuant dapibus conuiuia,
motusq; suauis commeans per carnem, animo ad uoluptatem & gaudium incitato.

Proinde non è uita tollere omnem iucunditatem, uti aiunt,mihi uideris: sed omnino illos uita exuere,si uoluptuariam uitam non relinques. Quid ergo,inquit Theon,prohibet, si sermonem ipse non aspernaris,quominus occasione hac utar?uobis aures præbens, & siquis quid requirat, etiam respondens? Priores autem uobis partes concedam. Cùm Theon paulisper excusatione uteretur, quo id munus defugeret, Tu uerò, Aristodemus inquit,facilem nobis, & planam ad conficiendum quod uolumus uiam obsepsisti: non passus, quod attinet ad honestum, prius hanc sectam uocari in disquisitionem: nam qui summum bonum uoluptate metiuntur, eos uoluptaria uita exturbare non est procliue: ubi honestate exciderint,eadem opera iucunditate exciderunt: Siquidem (ut ipsis placet) iucundè uiuere, nisi qui honestè, mortalium queat nemo. At istud, inquit Theon, si tum uidebitur opportunum, orationis progressu dispiciemus: nunc his utemur quæ dant ipsi: Arbitrantur summum bonum in uentre, ac in cæteris

uijs corporis esse positum, per quas insinuat se uoluptas, non autem dolor: tum omnia pulchrè, & sapienter inuenta, huius uoluptatis conciliandæ gratia primùm extitisse: firmaq; spe propagari quod ad uentrem attinet, ut sapiens ille Metrodorus ait. Quod ipsum argumento est, quàm ieiunam, angustam, putrem, debilem summi boni caussam uendicent, non diuturnam, & certam: cuius uiæ quibus introducunt uoluptatem, æquè doloribus tritæ sunt & patent: imò uerò, non ita multæ sunt corporis partes quæ recipiunt uoluptatem, nullà non obnoxia dolori. Cernitur enim uoluptas maiorem partem in pedum & manuum articulis, neruisq;, in quibus domicilium habent acerbi, tetri, horrendi illi morbi, fluxiones, podagræ, exulcerationes, cancer, exustiones, putredines. Iam admoue corpori sapores quosque, suauißimos & odores, exiguum prorsus in eo quiddam inuenies quod motu leni placidoq; cieatur: cùm interea sæpius partes reliquæ indignentur, & iniquè ferant: at igne, ferro, morsibus flagris, nulla corporis pars non appetitur, nulla est quin doloribus tentetur. Aestus, algores, febris, altè radices agunt, omniaq; peruadunt: Voluptates, ut auræ, corporis alijs, aliæ promontorijs leniter aspirantes citò diffluunt, & dißipantur. Ac tempus quidem quo

hæ durant non admodum longum est, sed quasi emicantes in cælo ignes eodem puncto inflammationem & extinctionem intra cutem sortiuntur: quàm uerò penitus hæreat dolor, testis est locupletissimus apud Aeschylum Philoctetes, cùm ait,

Heu nulla requies, non draco morsum abstinet
Oris scelesti segete confixit pedem
Sulcosq; duxit effera lues altius.

Nec has & alias eiusmodi partes corporis leuiter solùm perstringit & titillat: sed ut Medicæ semen ambagibus curuis & flexuosis penetrat altè in terram, uigetq; diutius præ asperitate nimia: sic dolor suis hamis & fibris latè dispersis, affusus carni & usque adhærescens, non modò diem, noctem'ue unam, sed annorum aliquot fluxu & olympiadum confecto sæpius quinquennali curriculo uix tandem discedit: idq; duntaxat ab alijs doloribus magis adhuc grauibus, uelut clauus clauo extrusus. Quem enim reperias qui temporis tantum impertiuerit curationi corporis, sumendo cibum aut potum, quanto sitiunt febricitantes, aut obsidione pressi esuriunt? ubi terrarum continuatur animi remissio tandiu, & sermo familiaris cum amicis, quandiu tyranni supplicia sumunt, & eculeo torquent? Quoniam enim praua merx est ipsum corpus & inhabile ad uoluptariam uitam

tam, facilius perfert dolores, quàm capit uoluptates. Ad dolorem ferendum utitur magna uirium firmitate, in his percipiendis neſcio qua debilitate & faſtidio ſtatim langueſcit. Iucundè autem uiuere (ſi forte plura in hanc ſententiam loqui cœperint) nos haud ſinunt: quippe qui fatentur, minimam partem uoluptatis eſſe in corpore, aut ne tantulum quidem uerius, niſi rerum inanis, impudens, & plena uanitatis ſit eorum oratio: Metrodori cùm inquit, ſæpius deteſtamur & reſpuimus corporis uoluptates: Epicuri quando ait, ſapientem in maximis quibuſque grauiſsimisq; corporis morbis non raro exultare lætitia, & ridere. Quî fit igitur, ut ij, quibus adeo procliuè eſt ferre corporis dolorem, tantum tribuant uoluptati? nam ut longinquitate & magnitudine uoluptas nihil cedat dolori, certè modum ei dolores præſcribunt, & Epicurus finem hunc uoluptatibus communem impoſuit, omnis doloris amotionem, quia natura iucunditatem in corpore tantiſper augeat dum ſuſtulerit omnem materiam doloris, ultra non ſinat progredi eius accretionem, ſed cùm in eo ſtatu fuerit, ut nullum ſentiat dolorem, multiplici & exquiſita uarietate pro condimentis utatur. Ad eum uerò ſtatum duce appetitu progreſsio, cùm ſit modus uoluptatis, non eſt laborio-

ſa, ſed

ſa, ſed admodum compendiaria: quo fit, ut animaduerſa huius loci ieiunitate, uelut ex agro ſterili, ultimum bonorum à corpore transferant ad animum, ubi prata luxuriantia uoluptatum nobis augeſcent:

At non aptus equis Ithacæ locus.

non in caruncula leuis harum perceptio, ſed aſpera, plena ſentibus, confuſa, & mixta plurimis quæ infeſta ſunt, quæ ardoribus ulcerum quaſi aculeis pungunt. Tum Zeuxippus, Tu'ne, inquit, minus eos rectè facere exiſtimas, qui orſi à corpore, in quo nata primum apparuit, eam traducunt ad animum, uelut ad locum tutiorem, in quo uniuerſam abſoluunt? Minime uerò, inquam, ſed admodum rectè: nam ſequuti magis accommodatam in eo naturæ uiam quod præſtabilius eſt, quodq; re uera perfectius conſectantur, non minus quàm qui dediti ſunt contemplationi rerum, qui ue nati ad Rempublicam gerendam. Quòd ſi eos audis, dum obteſtantur & clamant, Nihil eſſe quo animus lætetur, in quo acquieſcat, niſi corporis uoluptates, quas aut percipit aut expectat: Quid cenſes? an non tibi uidentur animo uti pro uaſe defrutario corporis? cùm uoluptatem ut ex dolio pertuſo & defluente uinum huc transfundunt & uetuſtate confirmant, præclarè & magnificè

gnificè rati se facere. Atqui uasa tempore dissolutum uinum conseruant & condiunt, uoluptatis memoriam uelut odorem capit animus, præterea nihil retinet. Nam simul atque efferbuit uoluptas in corpore statim extinguitur, cuius quæ in memoria seruantur reliquiæ, præbent speciem umbræ aut nidoris, cùm ea quæ quis olim comederit biberit'ue, reputat secum, & crebris cogitationibus quasi depromit ex penu: & quoniam nullas habet recentes uoluptates, quibus uti poßit, his utitur. Vide quantò Cyrenaici modestius, quamuis de eodem poculo biberint cum Epicuro: Non esse operam dandam Veneri luce clara putant, sed tenebrarum uelo tegendam uoluptatem, ne aspectus recipiat operis huius imagines, & ardorem libidinis in mente non sine euidentia quadam accendat sæpius. Verùm istos nihil sapientiæ laude dignum profiteri, dum eo potißimùm cæteris præstare sapientem uolunt, quòd perspicuè capit continetq; memoria uoluptatum pulsus, uisa, motiones, dum in eius animo tanquam domicilio corporis relinquunt uoluptatis igniculos & fomenta, non dicam. Quòd autem ad iucundè uiuendum nihil ista conferre poßint, ex hoc ipso euadit perspicuum: Nihil prohibet quominus illam recordationem uoluptas non sequatur, si & parua iudicetur

cetur cùm adest, & obtigerit homini moderato, cui utile sit eam defugere simul ac degustarit: quando eorum animis, quos rapit in admirationem quicquid à corpore prouenit, ubi exciderint uoluptates, nulla inhæret lætitia, sed umbra quædam & somnium uoluptatis, quæ iam auolauit, in animo relinquitur, uelut fax cupiditatum. Vt qui siti aut amore in somnis cruciantur, uoluptates mancas sentiunt quæ libidinis ardorem acrius concitant. Enimuero nec eis iucundum est meminisse uoluptatum, quas in uita perceperint: sed absentia uoluptatis iam obscuræ & inanis eos uulnerat, & inflammat, quasi œstro percitos, cùm euidens illa cupiditas remittit aliquantum: nec probabile est sobrios & pudentes rerum talium cogitatione diem absumere, aut quod ipse Corniadem facere solitum ioco scripsit, tanquam euoluendis aduersarijs recognoscere, quoties cum Hedia uel Leontio rem habui? ubi Thasium uinum bibi? quibus Lunæ uigesimanis lautißimè cœnaui? Declarat enim ista concitatio tam præceps ad recolendam memoriam uoluptatum, & animi morbus quo extabuerunt, immanem & feram in uoluptatibus fruendis & captandis perturbationem, & rabiem. Cùm igitur hæc incommoda (ut ego quidem existimo) præuiderent, ad

indol

indolentiam, firmumq; corporis statum confugerunt: quippe uitam iucundam in eo esse positam, ut aliquando corporis, esse usum magnis uoluptatibus, aut usurum breui cogites. Namque firma constitutio corporis, & persuasio minime fallax, eam fore diuturnam, si rectè quis æstimet quod res est, summum gaudium, maximeq; stabilem oblectationem parit. Hæc illi. Primùm cogita quàm impudenter agant, istam siue uoluptatem, siue indolentiam, siue iucunditatem sursum deorsumq; comportantes à corpore ad animum, ex hoc rursum in illud, suo eam principio coacti adiungere, (quam, quia diffluit, & motu lubrico passim elabitur, nullum uas capere ualet) tum oblectationem corporis (ut ait Epicurus) animi lætitia fulcientes, rursum lætitiam animi spe oblectationum corporis terminantes. An fieri potest, ut concusso fundamento, quod ei innititur, non unà labefactetur? ut'ue non dubia spes & gaudium à tempestate liberum ex eo proueniat quòd iactetur tot fluctibus, tot mutationibus? quæ insidiantur passim corpori, multis malis aduentitijs, & infortunijs obnoxio? tum in se malorum habenti caussas? quas ratio dimouere nequeat? Nam si possent ista consilio sanari, nunquam uiros prudentes & consideratos illi morbi inuaderent,

rent, uesicæ, torminum, tabes, aqua intercus: quorum cum alijs Epicurus conflictatus est, & Polyænus: alij Neocli & Agathobulo exitiabiles fuerunt. Nec id dicimus exprobrandi caussa, cùm Heraclitum & Pherecyden aliquando morbis grauissimis non ignoremus occidisse: sed æquum ducimus (modò congruentia ærumnis quibus affligantur dicere uelint, non autem tanta confidentia & iactatione populari, uoces effundendo inanes infamiam subire uanitatis) ut uel non ordiantur lætitiam à corporis firma constitutione, uel non asseuerent homines in cruciatibus, & morbis grauissimis hilaritate, lasciuia, risu differri & distineri. Nam usu uenit persæpe, ut corpus bene sit constitutum: at explorata & firma spes id ita futurum in animum prudentis nunquam incidere potest. Verùm ut in mari (quod Aeschylus ait)

Metum incutit nox ipsa rectori cato:
Vnda silenti, quid futurum non liquet:

Sic animus sapientis, qui constitutione firma corporis, & spe percipiendæ uoluptatis summum bonum metitur: nullo pacto degere potest sine timore & fluctuatione. Non enim solum corpus ut mare tempestatibus & procellis urgetur aduentitijs, sed plures & maiores tumultus sibi

ipsum

ipsum procreat: citiusq; serenitatem brumali die quis permansuram, quàm corporis immunitatem ab omni peste sibi diuturnam fore persuadeat. Quid enim aliud Poëtis caussam præbuit, ut omnia hæc momentanea, uaga, incerta nominarent? Vitam hominum compararent folijs, quæ nascuntur anni certo tempore, mox intereunt, quàm infirmitas corporis? cui quæ noceant infinita penè sunt, cuius salutem tot undique morbi infestam reddunt, cuius etiam firmitudinem summam ut pertimescamus & coërceamus docti monent. Habitus optimus non uacat periculo, inquit Hippocrates.

Qui ætate nuper uiguit, ut lapsum polo
Sydus cucurrit: Aït Euripides.

Quid quòd receptum est opinione, liuorem & inuidentiam formosis nocere coniectu oculorum? (fascinare id appellant) quia florens ætas celerrimam mutationem capit. Tanta imbecillitas est corporis. Omnino autem parum esse firmam horum disciplinam ad traducendum sine molestia uitam, quæ alijs ipsi denuntiant facilè testantur. Iniusti, inquiunt, & malefici per omne uitæ tempus in miserijs & plurimo metu uersantur: quia licet facinora sua celare possunt, exploratam spem ea se celaturos nunquam concipere possunt.

Quamobrem futuri metus eorum capiti ſemper imminens omni fructu lætitiæ priuat: neque ſi uerſentur in rebus proſperis confidere ſinit. Quæ alijs cùm denuntiant, ſibi per imprudentiam dictitant. Accidit enim ſæpius, ut bene conſtituto corpore bona ualetudine utamur: at ſpem minime fallacem, id ita futurum, ſumere nemo potuit unquam. Ita neceſſarium eſt, eos maximo cruciatu timoris angi, & tanquam parturiant quid corpore futurum ſit eſſe ſollicitos, (alioqui qur adeo tenentur expectatione ſuſpenſi?) cùm adhuc nequiuerint certam & ſtabilem ſpem, huius fiducia, ſibi proponere. Innocentia uerò, quam prædicant, nihil habet momenti ad ſecuritatem. Non enim præſenſio malorum, quæ merito nobis euentura ſunt, ſed ipſa expectatio mali ſua ſponte formidoloſa eſt: nec ſi contagione ſceleris infici, moleſtum, alieno ſcelere circunueniri, non erit acerbum: ſed Athenienſibus ſi non magis, nihilo certè minus, damnoſa erat ſæuitia Lacharis, & Dionyſij, Syracuſanis, quàm his ipſis. Quòd enim alios cruciarent, cruciabantur ipſi, quòd læſerant priores, & omni crudelitate, ut in quemque inciderant, uexarant ſuos ciues, ſupplicia & uncos pertimeſcebant. Ecquid opus eſt populorum impetus furioſos, immanitatem latronum, hæredum

dum ſcelera, contagiones aëris, mare uocale (cuius fluctibus cum Lampſacum nauigaret, ut ipſe ſcribit, penè fuit abſorptus Epicurus) perſequi dicendo? Satis eſt unius corporis natura, ſyluam in ſe morborum alentis, & (quod ioco dicitur) ex boue ipſo ſumentis lora, nempe cruciatus, & dolores: ſatis, inquam, eſt ad efficiendum ut æquè bonis ac improbis periculoſa, plena formidinis, dubia ſit omnis uita, ſi ſemel opinionem hanc imbuerint, curandam cuticulam, ſpes omnes in ea ſitas eſſe: aliud nihil reperiri quo lætentur, & niti debeant, ut Epicurus cùm alijs locis pluribus ſcriptum reliquit, tum in ijs quæ de ſummo bono tradidit. Non igitur incertum modò & inſtabile uitæ iucundæ principium eſt, quod ponunt, ſed etiam contemptum, abiectum, minutum, quando ipſorum ſententia mali deuitatio, lætandi fons, ultimum bonorum eſt. Nihil aliud ſe ſuſpicari dicunt poſſe, imò ne naturam quidem penitus habere, in quo ſummum bonum collocetur, niſi depulſione omnis mali ab ipſa natura, ut Metrodorus ait in libro aduerſus Sophiſtam. Proinde hoc ſummum bonum liberari malo: Vbi enim reponatur ſummum bonum, cùm deſijt exire dolor à corpore, ab animo ægritudo, locus non eſt reſiduus. Paria his tradit Epicurus boni naturam

fuga mali, recordatione, gratia, quòd id obtigerit, habenda, procreari. Euasisse, inquit, aliquod ingens malum, à quo non multum abfueris, lætitiam gignit incomparabilem. Hæc boni demum est natura, si rectè quis expendat, & in eo acquieuerit: non autem deambulans inaniter de summo bono garriat. O uoluptatem ingentem! ô homines beatos! cùm dolores nullos perferunt, omnibus cupedijs læti abundant, cumq; cruciatus nullos, nullam ægritudinem animi sentiunt. An non hæc tanti sunt, ut animos eis afferant? ut ita glorientur? se immortales, dijs pares nominent? ut in fastigio bonorum constituti, omnia fremitu & ululatibus more bacchantum compleant? quòd cæteris sagaciores soli diuinum illud bonum inuenerint: tum uacare molestia omni, tum esse corpus in statu commodo, animumq; fiducia eius niti. His rebus cùm felicitatem, & beatam uitam metiuntur, nihil suibus aut pecudibus cedunt inertia. Nam illæ animantes quibus natura solertiam & ingenium paulo dedit elegantius, non sibi fugam mali ut ultimum finem proponunt: sed cùm expletæ sunt, & satiatæ cibo, dant sese cantibus, uolatu, & natatu delectantur, uoces omnigenas & strepitus per lasciuiam, præ uoluptate nimia, & habilitate, æmulari student: Ad hæc

bland

blanditijs inter se utuntur, & saltationibus cùm euaserunt malum: quippe quæ natura duce ad id quod ipsis bonum est incitantur: imò uerò quicquid sensui doloris coniunctum, quicquid alienum est, à natura sua expellunt, tanquam repugnans eius appetitioni, & adeptioni quod ipsis accommodatum, quodq; melius sit. Non enim si quid necessarium est continuò erit bonum, sed in bonis ultra declinationem mali, expetendum, & optabile sedem ac locum habet, & uero iucundum, cognatum, ut inquiebat Plato, qui uetuit ne depulsionem molestiarum, & dolorem in uoluptatibus duceremus: quia sit tanquam adumbrata imago, & mixtio cognati cum alieno, ceu nigri, & candidi: rerum, inquam, ab extremo inferiore ad medium aspirantium. Summa uerò imperitia, & extremi inferioris ignoratio facit, ut quod medium sit, ultimum & summum esse, arbitrentur: ut Epicurus, & Metrodorus, uim & naturam summi boni fuga mali terminantes, gaudio mancipiorum elati aut uinctorum quibus carcere solutis, post lacerationem, uibices, flagra, ungi & lauari amplißimum uidetur, cùm liquidam, sanam, & siccam, libero dignam, non suppuratam, lætitiam neque gustarint, neque aspexerint. Non enim si car-

nis impetigine uexari, aut lippitudine oculorum est alienum, mox diuinum quiddam & admirabile fuerit, emungi, aut fricari: nec si dolore confici, deos metuere, ijs quæ traduntur de inferis terreri, malum, hæc uitasse, beatum quiddam & fortunatum: sed exiguum sanè, & angustum locum aßignat lætitiæ, in quo hactenus uersatur uolutaturq́; istorum cura, uanitate opinionum aucta, ut det operam, ne inferorum metu perhorrescant. Eò scilicet progreßi sunt, eum sapientiæ finem quæsierunt, qui non iniuria brutis obtigisse, nullo ipsorum labore uideatur. Etenim si nihil ad indolentiam corporis interest, utrum sibi procuret immunitatem doloris, an id beneficio naturæ consequatur: ad securitatem animi non plus habet ponderis sese armare contra omnes motus, quàm ita esse animum munitum ope naturæ, ut omni perturbatione timoris uacet: etiam non sine caussa diceret quispiam, esse plus roboris in ea dispositione quæ naturæ instinctu quidquid perturbationem allaturum sit aspernatur, quàm quæ industria & ratione malum in quo uersetur effugiat. Verùm sint ista sanè paria. Hoc enim constituto facilè apparebit horum uitam conditione bestiarum nihilo esse meliorem cùm aiunt, se nihil commoueri ijs quæ de inferis, quæ de Dijs feruntur, non expe-

ctare cùm decesserint animi dolores, corporis cruciatus, exitum non habentes. Epicurus quidem certè in hunc modum scribit: Si nullam suspicionem & curam supera & cœlestia nobis unquam iniecissent, nullam quæ de morte & cruciatibus feruntur, explanatio naturæ ad id comparata minime nobis utilis, sed superuacanea fuisset. Nam ipse nullam suspicionem de dijs habet sinistram, nullas opiniones quibus morte obita perturbetur, nec penitus esse quidquam in his formidabile cogitat, nec agnoscit. Enimuero si prouidentiam illa notione antecepta, quam informant de Deo, non sustulissent, magis homines prudentes ad uitam cum uoluptate degendam, in optima spe uicturi, quam belluæ uiderentur instructi: cùm omnis illa de dijs oratio huc spectet, Non esse numen timendum, eiusmodi pauorem deponendum: hoc bono securius (ut opinor) & certius ea fruuntur, quæ nullam penitus habent notitiam deorum, quàm qui Deum nemini nocentem animo informare didicerunt. Non enim superstitione pecudes liberantur, at ne obligantur quidem: non deponunt formidabilem illam de Dijs notionem, at nō imbuunt. Eadem dicenda de inferis: boni spem à morte concipere, nec his, nec illis integrum est: suspicio metusque malorum, quæ eueniunt à morte, minus in

has cadit, quæ mortis anticipationem nullam habent, quàm in illos qui antecepta notione percipiunt mortem nihil ad nos pertinere: ad illos uerò pertinet, qua ex parte cogitant de ea, disputantque: cùm omnino bestiæ earum rerum cura uacent, quæ ad ipsas nihil pertinent: quòd si flagra, uulnera, cædemq; fugiunt, id in morte etiam hæ pertimescunt, quod illis terrorem incutit: sensum, inquam, doloris. Ac huiusmodi quidem sunt, quæ sapienter à se inuenta prædicant: quibus autem se ipsi bonis fraudent, et excludant, age nunc disquiramus. Animi effusiones, quibus exultat cum est delibutum aliqua suauitate corpus, si sunt modicæ, abiectas & contemptas: si modum excesserint, cùm inanes & lubricas, tum odiosas, importunas, non uenustas, non animi alumnas, sed corporeas uoluptates, animi tanquam illecebras, & coniunctas corpori delinitiones, appellare non esset alienum: quas uerò idoneum est hilaritates & gaudia uocare, nihil contrarij habent admixtum, nullam inflammationem doloris, nihil quod mordeat, cuius nos pœniteat, sed animi proprium re uera cognatum, Germanum, non ascitum, quod eas comitatur bonum est, non abiunctum à ratione, sed coniunctissimum, ab ea parte intelligentiæ succrescens, cuius pabulum est contemplatio: uel

ab

ab ea quæ actuosa est, quam omnia pulchra & magnifica delectant. Quarum utraque quot & quantas procreet uoluptates, dicendo qui uelit persequi nullum exitum reperiet. Vt tamen paucis rem attingam, sese primum offert historia quæ multis oblectationum diuerticulis plena, cupiditatem ueri uisendi semper in animo relinquit insatiabilem, non explebilem uoluptate. Qua fit, ut falsa mentitaq; non ingrata sint, non expertia lepôris. Quamuis fabulæ commentitiæ, aut poëmati qui fidem adhibeat nemo sit: tamen inest occulta quædam uis persuadendi. Cogita enim, cùm apud Platonem legimus Atlanticum bellum, & Iliadis extremos uersus, ut pungimur? uelut templis aut theatris clausis quod residuum est fabulæ requirentes. At ipsam ueritatem cognoscere tam est amabile, tam est desiderabile, quàm spirare, quàm debere uitam scientiæ. Contrà in morte hæc maximè horrenda, hæc teterrima sunt, obliuio, ignoratio, tenebræ. Quo fit, ut mortales penè omnes acerrimè cum his pugnent, qui uita functis sensum adimunt, cùm hoc usurpatum sit pro lege, animi beneficio, qua sentiat, intelligatq; nos uiuere, esse, lætari: (quin & fieri potest, ut quæ pariant molestiam, audiantur non sine uoluptate) cùm, inquam, sæpenumero ijs commoti quæ narrantur, &

flentes, iubeant tamen pergere : ut ille,

Me heu tempus urget proloquẽdi ipsum malũ.
Meq́; audiendi. At audienda sunt tamen.

Quanquam hæc ab intemperie quadam, & auiditate omnia cognoscendi, quæ transuersam agit, & secum rapit mentem, esse nata uideantur. At si explicationi ueteris memoriæ, narrationiq́;, nihil in se quod aures offendat, animum exulceret, habenti, res præclaras & magnas complexæ, genus dicendi copiosum & uenustum adhibeatur, (ut rebus gestis Græcorum stylus Herodoti, Persarum Xenophontis) nihil accidere nobis iucundius queat. Tum autem quæ cecinit Homerus sapiens, mirandaq́; callens, quæ Eudoxus de terræ circuitu literis mandauit, quæ Aristoteles de ciuitatum initijs, rerumq́; publicarum, quæ de uirtutibus clarorum uirorum Aristoxenes, cùm audiuntur uoluptate nos ducunt non modò maxima plurimaque, sed perpetua, syncera, cuius nunquam pœnitendum sit. Ecquis est, qui malit esuriens aut sitiens, Phæacum epulis famem, potione sitim restinguere, quàm Vlyßis errorum perlegere fabulam? Quis tandem est qui malit cum formosißima muliere somnum capere, quàm ijs legendis quæ scripsit de Panthia Xenophon, ducere noctem insomnem? aut quæ Aristobulus de Timoclea, de Thysbe Theopom-

pus?

pus? Tamen hæ uoluptates animi peculiares ſunt: iſti uerò etiam exturbant ex ſuis hortulis, & reijciunt illas, quæ ab inuentis Mathematicorum proueniunt. Atqui hiſtoria ſimplicem unius generis, leuem conciliat uoluptatem: cùm earum quas Geometria, Aſtrologia, Harmonica producit, acres illecebræ, & omni uarietate delectabiles ſint, nulloq́; careant inuitamento: ſed amœnitate deſcriptionum, tanquam poculis amatorijs, & excantationibus (quas uocant ἴυγγας) ad ſe alliciant. Quas qui guſtauerit ſæpius, modò peritus & exercitatus ſit, illud Sophocleum canit obambulãs,

Furor inceßit Pieridum auius. & illud,
Pergo ad collem crepitusq́; Lyræ
Cantusque ciens.

Huiuſmodi ſunt quæ Thamyras canit inſtinctu Muſarum, & uero Eudoxus, Ariſtarchus, Archimedes. Etenim ſi artifices, quos pingendi tenet ſtudium, uſque eo concinnitas delectat operum ſuorum, ut Niceas pingens Homeri νεκυίαν ſæpe pueros ſuos interrogarit, an eſſet pranſus: deinde cùm rex Ptolemæus ſexagena ei talenta iam opere abſoluto miſiſſet, accipere pecuniam, uẽdere tabulam recuſarit. Quas uoluptates & quantas colligere putemus ex Geometria & Aſtrologia Euclydem? cùm tradit artem perſpiciendi Philippum? cùm

cùm de lunæ figura demonstrationes texit. Archimedem? cùm ex angulo deprehendit solis diametrum tot partibus minorem esse maximo circulo, quota pars ille angulus est quatuor rectorum: quãtas Apollonium & Aristarchum? Qui alia multa inuenerunt, quorum contemplatio, & perceptio summum gaudium studiosis & spiritus mirabiles affert. Neque dignum est ullo modo illarum uoluptatum è culina & gurgustijs lenonum, facta cum his contentione, Musas ignominia notare, & Heliconem

Vbi pascere ausus deuium nemo pecus
Quo non securis se intulit.

Sed hæc apum uerè sunt pascua, intacta, nulli obnoxia pesti, suum illa & hircorum titillationes ac pruritus inuitantur, cùm animi partem mollissimam, perturbationibus maximè patentem exaturant, uersatile quidem, uarium & procax est uoluptatis studium: at in hanc diem inuentus nemo, qui post amicæ complexum præ lætitia dijs taurum immolarit: nemo unquam à Dijs immortalibus precatus est, ut expletus obsonijs, & placentis regalibus, confestim obiret diem. Atqui Eudoxus optauit, modò astitisset ad Solem ipsius syderis, deprehendisset figuram, molem, speciem, ut fulmine instar Phaëtontis conflagraret. Pythagoras

inuenta

inuenta deſcriptione quadam ſacrificauit bouem, ut Apollodorus inquit,

Nobile Pythagoras diagrāma ut repperit, illud
Pinguia Dijs cuius nomine ſacra tulit.

Siue de linea quæ aduerſus angulum rectum triāguli porrigitur, eam æqualem eſſe ambabus illis quæ continent rectum illum angulum: ſiue problema fuerit de linea circumeunte aream coni (quæ παραβολὴ appellatur). Archimedem uerò ui abſtractum à deſcriptionibus ſerui ungebant: interim ille figurarum notas ſtrigili ſuper aluum exarabat. Idem (ut ferunt) aliquando lauans, cùm animaduertiſſet ex aqua effluente, quemadmodum appendi uotiuam coronam oporteret, uelut inſtinctu aliquo inflatuque diuino exiluit, Inueni clamans: idque identidem uſurpans domum ibat. At nunquam helluonem abdomini ſuo natum audiuimus cupidè uociferantem, Comedi. Nec amatorem, Dedi ſuauium. licet ſexcenties ſexcenti homines flagitioſi ante hoc tempus fuerint et ſint. Quin eos auerſamur, & odimus, qui cœnas ſuas commemorant nimis uehementi affectu: ut qui uoluptates exiguas minimiq; pretij pro maximis bonis amplexentur: cum Eudoxo, Archimede, Hipparcho unà efferimur, quaſi afflatu diuino, illud dictum Platonis comprobantes, Mathematicorum

rum

rum inuenta negligi, & contemni inſcitia, & imperitia hominum, tamen ingratijs inuitisque omnibus ſua uenuſtate augeſcere. Has tamen uoluptates tot ac tantas ueluti profluentes aliò deriuant & conuertunt: neque patiuntur, ut qui ſe in ipſorum diſciplinam tradiderint, eas deguſtent: quorum alios ſublatis doloribus capeſſere fugam, eas uitare iubent. Pythoclea uerò ſectæ huius omnes uiri mulierculæque orant, obſecrant, Epicuri uerbis, ne ingenuas illas (quæ ita uocantur) diſciplinas admiretur, & conſectetur: tum Appellem, neſcio quem, ſuſpiciunt, & propugnant ſuis ſcriptis, quòd mathematicas artes inde ab initio aſpernatus, immunem ſe ab earum contagione præſtabat & liberum. Atque ut nihil de cætera iſtorum inſcientia dicam, uerba Metrodori ſolùm de hiſtoria proferam ex libro de Poëtis: Si non reformides, inquit, operis Homeri uerſus primos, aut qui medium obtinent locum, penitus neſcias utri Hectorem ducem habuerunt. Minimè tamen fefellerit Epicurum uoluptates corporis tanquam Etheſias uentos, ubi peruenerint ad ſummum incrementum, expirare: quod in cauſſa eſt, ut anquirat, utrum ſapiens ætate decrepita, qui res ueneras nequeat exercere, contactu formoſarum & contrectatione adhuc gaudeat: longe aliter

ſentiens

ſentiens quàm Sophocles, qui libenter iſthinc, ut à domino agreſti & furioſo ſe profugiſſe ait, ſed cum pleraſq; uoluptatum iſtarum ſenectute exareſcere uideant, cumq́ue

Cytherea canos ſit peroſa milites

multò potius debebant homines uoluptarij animi uoluptates conquirere, ac uelut cibaria, quæ non putreſcant, & incorrupta durent, ad obſidionem tolerandam ſibi parare: ita demum Aphrodiſia, pulchrosq́ue dies feſtos in hiſtorijs & Poëtarum ſcriptis conterere, aut agitandis quæſtionibus muſicis, & Geometricis. Tum enim haud illis uſu ueniſſet tam altè in animum defigere cæcas edentulorum attrectationes, initusq́ue flagitioſos, ſi nihil aliud, de Homero ſaltem & Euripide, qualia ſcripſit Heraclides, Ariſtoteles, Dicæarchus ſcribere edocti eſſent. Ceterùm hos commeatus (opinor) cùm pro nihilo putarent, diſciplina eius ieiuna, iniucunda, arida, (quibus ipſi notis inurunt uirtutem) reſidua ſit, tamen lætari modis omnibus uelint, corpus debilitatum ſuccumbat: obſoleto, intempeſtiuo, turpi remedio fatentur ſe uti, cùm recordatione priſtinarum uoluptatũ ſe ipſi recreãt: & quia non ſuppetunt recentes, quibus uti queãt, ueteribus illis, id eſt, mortuis et pollinictis, alias iam moribundas aut enectas in carne, ut in frigido cinere,

nere,

nere, mouent aduersante natura uentilantq́; paulisper fouendo: quippe qui in animo nullam habent domesticam uoluptatem dignam libero, condîtam hilaritate. Equidem cætera, ut quidque ueniebat in mentem explicaui: musicam uerò tantis suauitatibus præditam, tot lenociniјs delectabilem, quàm indignè auersentur & defugiant, obliuioni tradere si uelim non possem, adeo sunt absona quæ dicit Epicurus: Capi nouitate omnium rerum sapientem autumat, in libro Addubitationum: tam eum delectari acroamatis & spectaculis ludorum liberalium, quàm qui maximè: contrà Musicis problematis, et criticorum doctis percunctationibus nullum in conuiuio locum relinquens, author est musicæ studiosis Regibus, ut in sympοsio fabulas militares, & scurriles iocos ferant potius, quàm de musicis poëticisq́; sermonem institui, & absolui sinant. Talia enim ausus est in libro de Regno literis consignare, quasi Sardanapalo aut Narato satrapæ Babylonis ea dictaret. Nunquam enim Attalo, Hieroni, Archelao persuasisset, ut Euripide, Simonide, Menalippide, Cratete, Diodoto, à suis conuiuiјs summotos: Cardasas, Agriantas, Calliam ridiculum, Thrasonidas, terræ filios, Thrasileontas, ululatum edere doctos, & obstreperos plausus, illorum loco discumbere iuberent.

rent. Quid si Ptolemæus ille, qui primus omni copia Musæum instruxit, in hæc pulchra & regia monita præceptáque incidisset? non'ne diceret Samijs, Musa quis te dente Theonino uellicat? non enim par est Atheniensium quenquam adeo Musis infestum esse, aut bellum indicere,

Quæ malè rector olympi
Odit, ad cantus fremunt
Pieridum, auribus haustos.

Quid ais Epicure? tu citharœdo & tibicini daturus operam, diluculo theatrum adis? in conuiuio si uerba faciat de concentibus Theophrastus, de tonorum immutatione Aristoxenus, de Homero Aristophanes, stomachans teque auertens, manibus obturabis aures? An non elegantius est concinniusque quod de Athea Scytha prodiderunt? qui cùm Amenias tibicen captiuus in cœna tibijs cecinisset, iurauit se hinnitum equi auditurum libentius. Nam inficiantur hi bellum sibi internecinum esse cum honestate. Detrahe uoluptatem, quid synceri & præclari consectantur et amant? non accommodatius erat ad uitam iucundè agendam? non laudabilius? odisse ungenta suffimentaque, ut solent scarabei, & ulturij, quàm sermones criticorum & musicorum fugere & detestari? Quæ tibia, quæ cithara, fidibus aptè di-

ſtincta ad edendos cantus? quis tandem,

Chorus, eiaculans docta per ora,

Vibrata, ſonitus patulos,

tantum oblectamenti Epicuro & Metrodoro attulit? quantum Ariſtoteli, Theophraſto, Hieronymo, Dicæarcho initi ſermones de choris? eruditaq; problemata de rythmis, harmonijs, tibijs? uerbi cauſſa, Quî fit ut tibiarum longitudine parium, altera, quæ anguſtior eſt, ſonum edat grauiorem? cùr cùm fiſtula ſublime attollitur, omnes eius calami acutè, cùm deprimitur ijdem grauiter ſonãt? Ecquid cauſſæ eſt, quod tibia coniuncta alteri grauius, diſiuncta paulo reſonet acutius? Quo pacto fit, ut ſi orcheſtram theatri paleis aut puluere inſperſo compleas, qui uenerint ad ſpectaculum cæci reddantur? Cùm Alexander proſcenium ex ære faciundum eſſet locaturus Pellæ, uetuit artifex, quia infringeret uocem actorum. Cur inter concentuum genera ſuaui modulatione diffundit animos Chromaticum, harmonia contrahit? Iam uerò apud Poëtas morum adumbratio, commẽta fabularum, ſtilus, enodatio locorum difficilium cùm decorè, politè, tum appoſitè & probabiliter contexta, mihi uidentur, ut Xenophon inquit, obliuionem inducere amoris. Tanta uis eſt eius quam pariunt uoluptatis, cuius iſti nullam partem attigerunt, imò

eius

eius communionem ſuſcipere recuſant. At cùm intelligentiam, corporis praua libidinæ tanquam plumbea lamina detractam, in corpus deprimunt, & compingunt, equiſonum aut paſtorum factum æmulantur: fœnum, ſtipulas, aut herbam apponentium aliquam ſuis gregibus, quia ſit eis congruens hæc depaſci & arrodere. Quid enim? an nō ad hunc modum corporis uoluptatibus animum rentur ſaginandum? ſpe duntaxat alicuius ſuauitatis fruendæ, corpore, aut perceptione, aut eius recolenda memoria lætantem: proprium ei quicquam quod delectabile iucundumq́; ſit neq; uendicare, nec inueſtigare quenquam ſinunt? quo quid abſurdius? quid ineptius queat reperiri? cùm duæ ſint res ex quibus homo conſtat, animus & corpus: animus natura multo aptior ad principatum, tamen corporis aliquod eſt eximium, innatum, domeſticum bonum, animi nullum? ſed animus deſidet, intuens & reſpectans ipſum corpus, ei dum uoluptate fruitur arridet? cùm eo gaudet & hilaratur? ſua ipſe natura immobilis, torpens, iam inde à principio durus, ſtupidus, nihil optabile expetendū, lætabile quo utatur prorſus habet? etenim aut aperire planè ſententiam ſuam, & hominem totum ex carne moliri debuerant: (id quod faciunt nonnulli, uim animi nullam eſſe in rebus di-

 ctitant

ctitantes) aut si relinquant duas in nobis naturas multum inter se differentes, suum cuique bonum & malum relinquere cognatum & alienum. Vt sanè unusquisque sensuum peculiariter ad quidpiam affectus & comparatus est, cuius sensum habiturus sit, magnusque horum inter ipsos apparet concentus & conspiratio. Sedes porrò sensuum in anima est ipsa mens, cui nullam rem subijci propriam in qua uersetur, non spectaculum, non motum, non delinitionem cognatam & insitam, qua adepta lætari soleat, omnibus modis alienissimum est: nisi forte his calumniam struimus imprudentes? Cui ego, Nequaquam, inquam, nobis iudicibus, sed omni te absoluimus culpa maledicendi. Quare nihil reueritus perge ad cætera. Quî dum, inquit, an non Aristodemus, si quidem te uires defecerint, oneris huius reliquum suscipiet? Maximè uerò, Aristodemus inquit, ubi te defessum æquè atque hunc uidero. Sed cùm adhuc robore ualeas, noli parcere labori: præbe temetipsum: nec committas ut debilitatus fractusq; uideare. Hercle, inquit Theon, quod restat magni laboris nō est: Reliquum est autem expromere, quot iucunditates complexa sit eorum uita, qui in puluere & Sole degunt. Epicurei ita censent: multo suauius esse alterum beneficio afficere, quàm affici. Bene

ci. Bene autem promeremur alios uerbis, ſæpius potiusq́ue facti, ut & nomen beneficij declarat, & ipſi teſtantur. Audiuimus hunc paulò prius narrantem, cuiuſmodi uoces commiſit Epicurus, quales ſuis epiſtolas ſcripſit, laudans Metrodorum, & ad cælum efferẽs, quòd opem allaturus Mithro, et cuidã Syro, egregiè ac ſtrenuè ab urbe in Piræeũ deſcenderat, cùm tamẽ Metrodorus nihil hoc itinere profeciſſet. Quanto æquius eſt lætatum Platonem, cum eius doctrina Dion animatus, eius auſpicijs regno expulit Dionyſium, libertatem Siciliæ reddidit? Quam Ariſtoteles uoluptatem cepit cùm patriam dirutam inſtaurauit? ſuos ciues ab exilio reduxit? aut Theophraſtus & Phidias, cùm Tyrannos patriæ uterque ſuæ, eradicarent? Quid enim uobis exponam, qui hæc optimè tenetis, quàm multis hi mortalibus priuatim commodarunt? non aliquot grana tritici miſsitantes, nec farinæ medimnum, (ut Epicurus) ſed exulibus reditum procurantes, uinctis libertatem: ſed efficientes ut qui eſſent ſpoliati coniugibus & liberis eos recuperarent. Hoc loco importunitatem hominis leuiſsimi, ne ſi uelim quidem, ſilentio præterire poſſum: Themiſtoclis res geſtas, & Milciadis eleuat, pedibusq́ue ſubijcit: de ſe ipſe ad amicos ita

scribit: Quòd triticum sedulo curastis huc deportandum, præclarè & magnifice nos accepistis: Beneuolentiæ summæ maximum erga me signum dedistis. Hæc uerba, quibus gratiam habet philosophus, si nomen tritici ex epistola solum eximas, in eam nos opinionem adducerent, ut totius Græciæ causa, uel Atheniensibus liberatis & conseruatis, gratiam haberi censeamus. Id omittendum est, naturam multo instrumento, & apparatu sumptuoso egere ad explendas corporis uoluptates: nec in pane cibario, et lente, dulcedinem esse summam, sed pulpamenta, uina Thasia,

Coctas placentas opere subtili manus
Flauoque dulces sudæ apis liquamine,

Ab istis uoluptuarijs appeti: tum etiam mulierum gregem forma & ætate florentium in hortis suis eos pascere solitos, Leontium, Boïdium Hedium, Nicedium: hæc inquam omittenda sunt. Illud certè constat, animi oblectationibus molem quandam operum & actionum, quæ pulchræ sint & illustres, subijci oportere: si quidem non inanes, pueriles, ignobiles edantur: at solidæ, diuturnæ, splendidæ. Verùm insolentius efferri cùm bene habitus & affectus es, more nautarum Veneri festos dies agentium, & animos sumere, quod alio morbo alium inuitas, & cumulas, (nunquam enim

enim conuocatis amicis, instituebat conuiuium, quin daret potum alicui parce dimensum, aqua intercute laboranti, nunquam reputabat memoria, Neoclis dicta ultimum uitæ diem agentis quin dolore conficeretur, suam illam uoluptatem percipiens luctui mixtam.) Hæc, inquam, nemo sanus idem esse iudicarit quod gaudere ac lætari: sed si proprius ullus est animi Sardonius risus, profecto in his uoluptatibus cernitur, per uim expreßis, melle & felle conditis. Quæ tamen siquis gaudia & lætitias iudicet, uelim expendat, quanto illæ maiores sint,

Consilijs nostris laus est attonsa Laconū. &
Hic patriæ sydus, Romæ hic insigne uiator. &
Téne solo annumerem, an cælo, fors ambigit hærens.

Equidem cum Thrasybuli & Pelopidæ facta illustria mihi ante oculos propono, aut Stristidem dimicantem Plateis, aut Marathone Milciadem, facere non possum, quin (ut ait Herodotus) quod sentiam eloquar, Multo plus habet iucunditatis quàm splendoris hominum uita in puluere, & Sole degentium. Testis Epaminondas, quem ferunt ita dixisse, Nihil unquam in uita accidisse sibi iucundius, quàm adhuc superstites parentes suos Leuctricum trophæum inspectasse se imperatore

partum. Conferamus cum matre Epaminondæ matrem Epicuri, dum lætatur quòd in uita filium uidisset in hortulo latitantem, liberos procreantem ex Cyzicena meretricula, operis cum Polyæno diuisis. Metrodori matrem & sororem supra modum exultasse, quod initis cum eo nuptijs consuetudinem haberent, epistolæ ad fratrem, quarum pleni sunt libri, declarant, Vitam à se iucundè actam: florere se omnibus copijs: suam se uitam prædicare quantum potest, ad rauim usque clamantes asserunt. Cùm Saturnalibus serui epulantur, aut agrum obeuntes Bacchanalia celebrant nemo est qui eorum ululatus & tumultum ferat, dum hæc faciunt, & huiusmodi uoces præ gaudio, & insulsitate iactant,

Discumbe, cessas? age bibamus: non uides
Cœnam paratam? ne miser genium uelis
Fraudare: at illi uocibus lætis fremunt.
Hic uina miscet, hic coronata exhibet,
Pulchraque turpem laurea uinctus comam
Phœbus sinistrè carmen haud aptum euomit,
Stridente dulcem tibia ille coniugem
Balbus salutat.

An non similia his sunt quæ scribit Metrodorus ad fratrem? Nihil attinet salutem Græciæ propugnare, nihil à Græcis coronam sapientiæ testem

promereri: Sed comedamus, uinaque bibamus, mi Timocrates, magno uentris commodo & oblectatione. Rursus libro eodem, Vt lætor, inquit, ac triumpho, didicisse me ab Epicuro quem ad modum uentri sine errore gratificer. Et: summum bonum, physicæ Timocrates, existit in uentre. Totam denique uoluptatem quantacunq; fuerit, tanquam centro & ambitu uentre definiunt: gaudio luculento, regali, magnos spiritus afferenti, & luce tranquilla re uera diffusa in omnes mortales nunquam in uita fruuntur: quando sibi delegerunt uitam inertiæ plenam, umbratilem, seiunctam à Reipub. cura & commercijs officiorum quæ nullis gloriæ gratiæque stimulis crucietur. Non enim res parua, humilis, ignobilis est fortuna, nec polypodum more uictum appetit solum, in quo acquiescat: sed istam cupiditatem unius horæ momento præceps tollit amputatque satietas. Cùm uiget ardor impetusque animi ad præclaras functiones, ad gloriam & gratiam conciliandam uirtute, non ijsdem terminis quibus uitæ tempus continetur. Sed gloriæ amor, beneficentia, comitas, prensat æternitatem: cum ea certat, ad eam rebus præclarè gestis (quibus comes est maxima uoluptas) & hominum charitate aspirat. Quam sese offerentem, quoquò te conferas, & amplexantem, bo-

ui, cùm recreant multos beneficijs, licet fugiant, euitare non possunt:

Vrbe incedentem tota ceu numen adorant.

Qui enim tanto sibi alios affectu deuinxit, ut eius aspectu lætentur non obscurè, ut tangere compellareq́ue identidem cupiant, uel cæco clarum est, magna ipsum uoluptate affici & frui: quo fit, ut nunquam homines remittant studium commodandi quibus possunt: nec eos benefacere unquam pigeat: uerùm tales eorum audimus uoces,

Hominũ saluti genitor hunc terris dedit. Et

Id agamus unum, promereri hominum genus.

Superuacaneum est uirorum laude præstantium facere mentionem, si homini non improbissimo cùm est moriturus, is in cuius est potestate, siue Deus, siue princeps, unam horam largiatur, quam ubi impenderit alicui facto præclaro, aut perceptioni uoluptatis, nulla mora interiecta diem suum obeat: esset'ne quisquam adeo uecors, ut malit eo tempore frui Laïde, & Aruisium potare uinum, quàm interfecto Archia uindicare in libertatem Athenas? Ego uerò non esse quenquam reor. Sæpe enim gladiatores conspicor, qui non penitus efferati & barbari sunt, at Græci, cùm in arenam descendunt proposito omni genere ciborum lautissimorum, eo tempore libẽtius fidei amicorum suas

coniug

coniuges commendare, seruos manumittere, quàm uentri operam nauare. At demus, maximam capi ex corpore uoluptatem: certè non minus ea fruuntur homines (ut ita dicam) actuosi, quàm isti ociosi:

Nã Cererẽ apponunt mensis, Bacchũq; nigrãtẽ.

Et cum amicis non paulò auidius & suauius epulantur confecto prælio, (ut solitus est Alexander, Agesilaus, & uerò Phocion, Epaminondas) quàm hi ad focum lauti & uncti, dum lectica molliter agitati gulam prouocant. Etiam illi generis huius uoluptates cùm in maioribus uersentur, solent despicatui ducere. Quid attinet Epaminondæ laudare factum, (qui cœnare cum amico noluit, ut apparatum splendidiorem, quàm opes hospitis patiebantur, uidit? Ego, inquiens, epulare te sacrificium facere putabam, non insolenter effuseque luxuriari) cùm Adæ coquos summouerit Alexander, aspernatusque sit? Multo meliores sibi esse dictitans obsoniorum artifices, ad prandium quidem nocturnum iter, ad cœnam uerò, tenue prandium. Idem cùm ei scripsisset Philoxenus, inueniri pueros uenusta facie, & an emendos curaret ex eo quæsiuisset: minimum abfuit, qui abrogarit homini præfecturam. At quis poterat impunius? uerùm (ut ait Hippocrates,) cum eodem tempore duo

nos

nos dolores tenent, alterum qui leuior ſit à grauiore obſcurari: ſic uoluptates ignauas corporis, oblectationes animi, quas gignit ſtudium honoris, & actiones laudabiles, extinguunt & obruunt ſua mole, & exuperantia. Verùm ſit ita ſanè, bonorum quibus aliquando fruebamur recordatione, maximam uitæ iucundæ partem contineri: nemo certè fidem habeat Epicuro, quòd tantis cũ morborum cruciatibus moriens opprimeretur ut nihil ad eorum magnitudinẽ poſſet adiungi, tamen uoluptatum ante perceptarum memoria ſe conſolatus ſit, atque muniuerit contra dolorem. Namque facilius quis imaginem ſui uultus in aquæ fundo turbatæ & inundantis uiſurum ſe confidat, quàm in conuulſione & laniatione tanta corporis adeſſe blandam uoluptatis memoriam credat: operum autem ſuorum ex animo delere memoriam, ut maximè id agat, nemo poterit unquam. Niſi exiſtimamus fieri potuiſſe ut Arbelas obliuioni traderet Alexander, aut Leontiadem Pelopidas, Salamina Themiſtocles. Marathonia uerò pugna in hanc uſque diem ab Athenienſibus, & à Thebanis Leuctrica, & uerò à nobis illa prope Hyampolim duce Daiphanto commiſſa epulo (ut ſcitis) ſolenni celebratur, & in Phocide paſsim fiunt ſacrificia, honor dijs habetur: neque quiſquam eſt

noſtrum,

nostrum, cui quæ comederit biberit'ue tantum afferant uoluptatis, quantum egregia facta illorum. Ex quo facile intelligas, quantum lætitiæ horum operum authoribus, quantum gaudij dum uiuerent adfuit: quorum memoria quingentis & eo amplius annis præbuit satis materiæ ad lætandum. Existere uerò ex gloria quasdam uoluptates non negabat Epicurus: Negaret autem? homo ad gloriam ruens adeo furenter, & laudis sitim anhelans, ut non modò præceptores suos repudiet, nequid unquam didicisse uideatur, & cum Democrito (cuius decreta ne mutatis quidem uerbis surripuerat) de syllabis & apicibus ui summa digladietur, neminemque unquam sapientem fuisse dicat, se excepto, suisque discipulis: sed etiam prodat literis Coloten sibi de natura disputanti genua prehendisse, uti ueneraretur? Neoclem fratrem suum inde ab ineunte ætate pronuntiare solitum, Epicuro nulla memoria quenquam extitisse sapiẽtiorem? matrem aluo continuisse eas atomos, quarum concursu sapiens nasci potuerit? & dubitamus quin ut dicebat Callicratidas pollui mare à Conone furtim adulterio, poßit obijci Epicuro? turpiter & clam ab eo attentari pudicitiam gloriæ? huic uim parari? cuius aperte potiundi cum hominem spes frustretur seipsum torquet conficitq; amore.

amore. Vt enim corpora quibus alimentum non suppeditat, impulsu famis contra naturam se sui consumptione alunt, ita gloriæ cupiditas pestem in animo nefariam machinatur: ut quos laudis obtentat esuries, cùm eam ab aliis non assequuntur, suo se præconio uenditant. At enim qui laudis & gloriæ studio in hunc modum affecti sunt, non eadem opera ingenue fatentur, se maximas uoluptates è manibus emittere, cùm diffisi suis uiribus aut mollitia detrectantes laborem principatus, Reip. munera, regum amicitias deuitant? quæ ut Democritus censet plurimis & summis ornamentis omnium uitam locupletarunt. Nemo mortalium est cui fidem fecerit Epicurus cùm testimonium Neoclis Colotæ uenerationem tanti æstimarit, tam honorificum sibi duxerit, si plausus ei à cuncto consessu in Olympicis ludis daretur, quin statim insaniret, ululatusque ederet, imò lætitia inflaretur,

Languentis æuo cardui ut pappus tumens?

Ait Sophocles. Quòd si laude florere non iniucundum est, infamia flagrare, sine dubio molestum. Quid autem turpius quàm respuere omnes amicitias? nihil præclarum aggredi? deorum metu non teneri? eos tollere? in luxu, & incuria summa ætatem agere? quæ incommoda suscipi hac philosophandi ratione, præter ipsos, cuncti existimant.

stimant. Non inquies meritò: at quid receptum opinione non quid uerum sit expendimus. Neque iam libros eruditorum aduersus eos, neque scita ciuitatum plena contumeliis, quibus iniusti sunt, persequemur: (non enim res uacaret odio) uerùm si facultas diuinandi est ulla, si prouidentia, si parentum erga liberos amor insitus, & natiua propensio, si Reipub. munia tractare, ciuibus præesse, fungi magistratu plurimum ualet ad gloriam & nominis commendationem: necesse est male eos audire, qui nullam Græciæ salutis curam esse suscipiendam putant: sed epulis & potationibus uentri consulendum & gratificandum. Necesse inquam est hos non modò infamia laborare, sed improbos etiam iudicari: quales cùm habeantur, omne studium remittant, seq; flagitiis dedant, cùm & ipsum honestum & nominis celebritatem in his numerent, quæ iucunda sunt. Quæ cùm Theon dixisset, uisum est inambulandi finem facere: ubi in subselliis assedimus, tacitè nobiscum quæ dicta erant reputabamus, non ita longo tempore. Zeuxippus enim complexus animo quæ dicta fuerunt, aliquid desiderari agnouit, & quis, inquit, nostrum huius disputationis quod reliquum est absoluet? nondum enim perducta ad iustum finem est: quando Diuinationis & Prouidentiæ facta mentione,

de quo

de quo disseramus, hic præbuit. Namque hæc potissimum sunt quibus isti euersis, tum uoluptatem, tum securitatem, se in uita sibi peperisse, utq; confiderent assecutos esse dicunt. Quare de his etiam dicendum nonnihil. Hic Aristodemus, At, inquit, uoluptas ea cuiusmodi fuerit satis ferè dictum est in hanc sententiam: ut maximè perficiat quod uolunt, exitu felici eorum oratio, metum forsitan ipsis adimet ac superstitionem, gaudium & lætitiam conceptam fiducia deorum non afferet: sed facit ut aduersus Deos perinde animati sint, (quos neque timeant iratos, neque sibi propitios esse lætentur) atque nos sumus erga pisces Hyrcanos, à quibus nihil existimamus boni neque mali ad nos peruenturum: tamen si locus postulat, uti de ea uoluptate plura dicantur, illud primum ab ipsis mutuari mihi posse uideor: cum ijs acriter pugnant, qui in morte amicorum negant luctui, lacrymis, suspirijs locum esse, quin & ita censent: uacuitatem istam doloris in funere amicorum, quæ modum perturbationibus imponit, ex diritate, multis partibus malo grauiori, aut effrenatione impotentis animi ad gloriam, & rabie quadam existere. Ob eam rem satius esse commoueri sensu doloris, fletu pascere oculos, liquefieri, contabescere: & huius generis non pauca, quæ cum affectus

cientes

cientes dicunt, literisque mandant, elegantuli, sciti, amicabiles sibi uidentur: nam hæc uerba sunt Epicuri cùm alijs compluribus libris, tum in epistolis, (casu enim perlegi eas dudum) de morte Hegesianactis ad Dositheum patrem huius, Pyrrhonemque fratrem: Igitur hos ut ipsorum uestigijs persequar ita censeo: non leuius malum est quàm crudelitas & amor laudis peruersus, nullam esse uim Deorum suspicari: quo qui Deum tangi gratia & irasci negant nos inducunt. Satius est talem motum animi notitiæ de Dijs anteceptæ Insidere, & admisceri, qui nos partim ut uereamur, partim ut metuamus Deos impellunt: quàm ne id usu ueniat prouidendo, neque quod speremus, beneuolentia freti Deorum, neque quo nitamur in rebus prosperis, nec in aduersis quo perfugiamus ope numinis quidquam relinquere. Dubium id quidem non est quin ab opinione, quam de dijs informamus, omnis superstitio tanquam lippitudo ex oculis amouenda sit: tamen si hoc effici nequit, non unà cum superstitione conuellenda & obcæcanda est omnium mortalium de Dijs certa persuasio. Cuius species nec formidabilis, nec aspectu tetra est. (qualem isti eam commenti sunt, quò facilius prouidētiæ struerent calumniam, quòd quasi pueros agat terrore præcipites, aut tanquam pœna

feralis & tragica omnibus impendeat) sed nonnulli Deum timent, quibus non expedit metu liberari. Homines facinorosi Deum, ut principem bonis propitium, malis infestum timentes, uno metu res duas complexi (qui unus cùm sit, facilè præstat, ut multorum operam, sublatis Dijs, uiam ad delinquendum aperientium, nihil morentur) & uitia sua frenantes, in animo quasi extabescentia, minus quàm ij perturbantur, qui deposito timore laxant uitijs habenas, ubi quid perpetrarint in metu uersantur, nollentque factum. Ceterùm uulgus imperitorum (homines minime mali) erga Deum huiusmodi animo est, cum ueneratione & cultu numen prosequitur, leui quodam cruciatu (quod haud negem) timoris pungitur, quem motum superstitionem appellant: speciem tamen concipit, expectationemque millies maiorem. Quicquid in rebus prosperis est, quo frui poßit, à dijs optat, munere Deorum sibi concedi existimat. Cuius rei maxima hæc argumenta sunt: nulli sermones instituti ab ijs qui sacra curant, nullum tempus feriarum, nihil eorum quæ fiunt aut spectantur in sacris, æquè nos hilarant, ac ea quæ ipsi spectamus, facimus, Dijs exhibemus bacchantes, choream ducentes, epulare sacrificium intuentes aut ceremonias solennes, non enim, quasi ad tyrannos

acced

accederet, sæuosque carnifices, eo tempore animus tristis abiectusque desperat (quod tamen suspicetur quis non iniuria) sed ubi potißimum adesse numen arbitratur, intelligitq; , ibi potißimum angores, metum, curas, deponens ac reijciens, sese diffundit adeo lætitia, ut ad ebrietatem , iocum , risum descendat. Quod ait de amatorijs Poëta,

Atq; anus, atq; senex, flãmis ubi Cypridis aureæ
Incaluere nouis, elato pectore gaudent.

Verùm in sacrificijs & pompis non modò senex & anus , sed etiam

Ancilla tumido crure cùm uersat molam,

Et uernæ, & mercenarij lætitia gaudioque incitati efferuntur. Beatis quidem & regibus lauta conuiuia , epulæ communes , uiscerationes suppetunt : at quæ uictimis & thure cohonestantur, (cum homines cultu & ueneratione sibi propemodum tangere Deum uidentur animi notione) multo maximam uoluptatem, uenustatemque pariũt. Quibus omnino is caret, qui nullam sibi spem in prouidentia relinquit. Etenim non uini copia, nec assæ carnes in sacrificijs præbent materiam lætandi : uerùm spes magna, & certa opinio, Deũ adesse propitium, libenter accipere quæ proponunrur. Statæ quædam feriæ sunt quibus corollas, & tibias detrahimus , si Deum à sacrificio seiungas,

ut epularem accubationem à templo, quæ restant, impia, inhonorata, inculta, illætabilia sunt, imo penitus iniucunda & acerba accidunt Epicuro. Simulat inuitus se precari & uenerari Deos, multitudinis metu coactus, & institutæ à se philosophandi rationi contrarias emittit uoces. Cùm immolat, sacrificulo mactanti hostiam ueluti coquo astat, ubi sacrum peregit hac oratione discedens utitur, Quod hominum tulit consuetudo, dijs immolaui, nequaquam mihi auscultantibus. Hanc scilicet personam Epicurus indui putat oportere, nemini succenseas: nec ea contemnens & stomachans quæ grata sunt alijs, in odium & offensionem hominum incurras: & ut Euenus ait,

Durum est quod cogit, quodq; necesse pati.

Quapropter etiam existimant superstitiosos minime duci uoluptate ad persoluendum Dijs honorem sacrificijs & ludis solennibus: uerùm adigi timore. A quibus tamen ipsi non discrepant: si quidem & impulsi metu eadem quæ hi faciunt, & nihil ut hi à dijs boni sperant: miserè timent solum & pauore concutiuntur, ueriti ne planum fiat, quàm fallaciter & insidiose agant cum imperita multitudine contra quam ediderunt illos omnes de Dijs libros, deque Natura Deorum

Tecta inuolucris nilque synceri.

Vbi rem totam uestiunt obscuritate dicendi, suam sententiam metu retardati celant. Quoniam de facinorosis, & plebe imperita diximus: iam tertium genus hominum longe his melius, sanctum, religiosum: age consideremus, quantum synceræ uoluptatis certa numinis notione capiant, cùm ita censent, Deum boni omnis esse autorem & principem, omnium quæ præclara usquam sunt, parentem: cui fas non sit mali quidquam perpetrare, ut ne perpeti quidem. Bonus quippe est, ei quod bonum est nulla res inuidiam, metum, iram, odium parit: quod enim est calidum, eius haud munus est refrigerare, sed calefacere: nec eius quod bonum est, nocere. Ira enim à gratia, indignatio à clementia, ab humanitate & comitate sæuitia, & asperitas, quàm longißimo naturæ interuallo dißita sunt. Illa enim ex uirtute, & animi firmitudine proueniunt hæc ab infirmitate uitioque. Ergo neq; gratia numen tangitur, neque ira, cui tamen gratiam inire à mortalibus, ferre subsidium, est insitum, irasci & nocere non insitum. Magnus ille in cælo Iupiter descendit huc primus, omnium dispensator, custos, gubernator: cæteris Dijs sua cuique prouincia obtigit. Hic ἐπιδότης, quem dixeris munificum: ille μειλίχιος, id est, mitis appellatus est: ille ἀλεξίκακος, Latini nominant auerruncum.

cum. Phœbum ſibi mortales propicium ante alios, placidumq́ue deſtinarunt, ut Pindarus canit, uolucrem currum agens: utq́ue ait Diogenes, omnia in Deorum poteſtate ſunt: amicorum bona communia: boni Deorum amici: nec ullo modo fieri poteſt, quin ei benè ſit, cuius animo Deorum amor hæſit altius, quin qui ſobrius fuerit & iuſtus idem ſit religioſus. Expectatis'ne dum alias pœnas luant qui prouidentiam euertunt? non ſatis graues perſoluerunt ſibi tantum uoluptatis præcidentes & gaudij? At enim quanta nos lætitia hoc modo aduerſus numen animati fruimur, tantum Metrodorus, Polyœnus, Ariſtobulus, contulit Epicuro & ad bene ſperandum, & ad lætandū? per quos ei reſpirare nunquam licebat, quin aut ægrotantes ſedulo curaret, aut ſpiritum extremum ducentes lugeret. Quid ergo Lycurgus cùm à Pythia ſalutaretur his uerbis,

Chare Ioui, ſuperum quicunque & tecta frequentant.

Quid Socrates? ratus ſecum loqui numen præ beneuolentia. Quid Pindarus? cùm audiret Pana modulantem carmen ab ipſo compoſitum, num modicè gauiſus eſt? num Phormio cùm Dioſcuros, Sophocles cùm Aeſculapium apud ſe diuertere ſibi perſuaderet? in eademq́ue opinione cæteri

essent?

essent? quia numinum horum aduentus rei fecerat fidem. Operæ precium est autem quæ sentiebat de Dijs Hermogenes ijsdem uerbis commemorare: Adeo, inquit, me, qui omnia possunt, omniaq; norunt Dij diligunt: ut quoniam illis curæ sum, nec interdiu neque noctu quo ire cogitem, quid moliar, quid'ue facturus sim ignorent: quoniam multo ante quid euenturum ex re quaque sit præuident mihi omnia per hos interpretes, hariolationes, somnia, auguria denuntient. Ergo est consentaneum à Dijs nisi bona nihil proficisci: quæ qui beneficio Deorum sibi obtingere putat, magna ducitur uoluptate, optima spe fouetur, animos sumit, lætitiam percipit, rebus prosperis, penè dixerim, affulgentem. Quibus aliter uidetur, sibi quod in uitæ prospero cursu iucundißimum est inuident, rebus suis aduersis nullum præsidium relinquunt, sed in unicum illud perfugium portumque calamitate preßi conijciunt oculos, dißipationem, quam sensuum extinctio sequatur: ut siquis coorta in mari tempestate progressus in medium animos suorum his uerbis confirmet, Neminem qui regat nauem esse, nec in auxilium Dioscuros uenturos, ut irruentia ponti uada uiolenta molliant, citosque turbines aurarum: nihil tamen esse periculi: iam iam fore ut æstu nauis absorbeatur, aut

in ſcopulos eliſa comminuatur. Nam in atrocibus morbis, & ſummis doloribus hæc Epicuri, eſt oratio: Speras aliquid à dijs boni, fiducia pietatis? magno errore inflatus es: Natura enim beata & immortalis, neque gratia, neq; ira tangitur. Spem beatioris uitæ tibi à morte proponis? falſus es. Quod enim diſſolutum eſt, caret ſenſu: quod caret ſenſu, ad nos nihil pertinet. Quî dum ergo, uir bone, mihi autor es, ut comedam & bibam? ſcilicet ob eam rem quòd cùm aduerſa tempeſtate iactor nõ procul abeſt naufragium? dolor enim modum excedens, addicet morti. Atqui uector excuſſus naue fracta, tamen ſpe fulcitur & uehitur, fore, ut terram teneat, incolumis natando euadat: horum philoſophiæ talis exitus eſt,

Nuſquam euentus abit, nuſquam fugit æquore cano

Animus inquam è corpore, ſed ſine mora it peſſum & diſsipatur, & ipſum corpus interitu ſuo anteuertit. Eò fit, ut ſupra modum lætetur animus, imbibiſſe ſe decretum illud ſapiens & diuinum: finis miſeriarum animi hic eſt, occidere, perijſſe, nihil & nuſquam eſſe. Verùm inſulſus, inquit, me aſpiciens, & uecors iudicer, ſi de eo plura dicam, cùm te nuper audierim ſatis grauiter contra eos diſputantem, quibus placet, oratione

Epicuri

Epicuri nos expeditiores ad mortem effici & alacriores, quàm his legendis quæ Plato scripsit de animo. Ita'ne tandem, inquit Zeuxippus efficiet istius authoritas, ut opus illud Platonis inchoatum & minutum iudicemus? Num Epicuro Phœbi oraculum uerebimur opponere? minime uerò inquam, sed ut ait Empedocles,

Quos audisse iuuat par est audire.

Itaque rursus nobis cohortandus est Theon: cùm enim illa dicerentur non interfuisse eum arbitror. Est quidem adolescens, non tamen ueretur ne obliuionis caussam dicere cogatur ab adolescentibus. Tum Theon, ut cui afferebatur uis, Enimuero, inquit, si ita censetis faciendum, non æmulabor tuum Aristodeme factum. Tu quæ hic dixerat, ueritus es usurpare: ego ijs utar quæ à te dicta sunt. Rectè meo iudicio, diuisisti in tria genera homines: primum iniustorum & facinorosorum: alterũ plebis illiteratæ, quos idiotas uocant: tertium bonorum & prudentium. Iniusti & facinorosi modò pertimescant pœnas omnibus æquè imminentes et supplicia, nec admittere scelus audeant, & eo magis, coërciti metu, nihil moliantur, uitam iucundiorem, minusque anxiam degent. Epicurus aliud nullum remedium sceleris coërcendi reperit, nisi metum supplicij. Quare inculcanda est eis super-

 stitio

stitio quo ad expleantur, concitandæ in eos undiq; à cælo terraque formidines, hiatus, terrores, suspiciones: ita demum fiet, ut his rebus in pauorem adducti cicurentur, & modestius se gerant: quibus est conducibilius inferorum metu terreri, quo abstineant à maleficijs, quàm ubi se inquinarunt labe scelerum, cum timore & periculo uitam degere. Vulgus hominum autem non modò umbrarum metus in officio continet, sed illius æternitatis fabulosæ etiam spes, utque alicubi sint cupiditas, amore antiquissimo, maximoque illicit: tum uoluptate tum dulcedine sua terrorem illum orci puerilem superans. Cuius impulsu, cùm amittunt liberos, coniugem, amicos, facilius sibi persuadent eos alicubi esse & manere, uel cum cruciatu, quàm omnino sublatos & ad nihilum redactos euanuisse, libenterque audiunt illas uoces: E uita migrare mortuos, aliò concessisse, quæque indicant supremum diem afferre commutationem loci aio, non extinctionem: & ita dicunt,

Ast illic capitis non ducam obliuia chari. &

--Quid uis marito nuntiem aut nato Hectori?

Consuetudine hinc nata, arma, omne instrumentum, uestem de mortuis familiarem, utque Minos cum Glauco,

--Cressas

Maculis notati tibias prædam hinnuli:
Vnà ſepeliunt, doloremque ſuum eo pacto ſubleuant. Si quid petere illos ſuſpicantur, aut enixè flagitare, læti impertiuntur, ut Periander rogo uxoris mundum eius omnem (quòd algere illa ſe diceret, id precibusque contenderet) non grauatè impoſuit cremauitq;. Aeacos uerò Aſcalaphos, Acherontas non ualdè reformidant, cùm & choros & theatra, omneque modulationis genus, quo ſe oblectent, his tribuerit uetuſtas. Illam faciem mortis, ut formidabilem, tetram, tenebricoſam, cuncti horrent: amiſsionem ſenſus, obliuionem, ignorantiam. & cùm hæc audiunt: Interijt, Extinctus eſt, Nuſquam eſt, expaueſcunt: illa dici ferunt indigniſsime.

Putreſcet humi tabe ſolutus,
Epularum exors dulcisque Lyræ, &
Quem grata dedit tibia cantus.

Tum illud:

At non uita hominum redit in præcordia, nuſquam
Præda manet cuiquam, ſimul oris ſepta profugit.

Aut potius enecat imperitos eorum oratio: Semel homines nati ſumus: bis ut naſcamur natura non patitur: morte obita nihil & nuſquam, æternum erimus. Huius etenim uitæ ſpatium, ut

exig

exiguum aut ne tantulum quidem potius si cum uniuersa æternitate conferas, fructu omni iucunditatis uacuum transmittunt, uirtutem & actiones præclaras negligunt: uelut à se ipsis desperati, se obijcientes tanquam breuis æui, fragiles, caducos, temeritati sortis obnoxios, nullius magnæ rei gratia factos. Neque enim sensu uacare, dissipatum iri, quod caret sensu nihil ad nos: & alia eiusmodi, liberant nos terrore mortis, sed eius metum quasi certa demonstratione confirmant, quia id ipsum est quod maxime natura pertimescit:

At uos terra omnes & aqua in se quæque resoluat

ne ita dissoluatur animus, ut intelligentia sensúq; spolietur. Cuius dissolutionem cum aliud nihil Epicurus esse statuit, quàm dissipationem in atomos & inane, multo adhuc magis spem infringit, & conuellit immortalitatis. Qua omnes pene dixerim, uiri fœminæque adeo tenentur, ut parati sint

Cum cerbero certare morsu, & condere
Aluo rapaci frusta:

quò in rerum natura solum maneant, nec omnino deleantur. At enim qui illa metuant, quemadmodum dixi, ut matrum & nutricum præcepta, fabulosaque, non admodum multi sunt: siqui pertimescant tamen sacrificijs quibusdam solennibus

& exp

& expiationibus credunt ea procurari. In quibus si se integros & sanctos præstiterint, fore ut apud manes ludum, & choros in perpetuum exerceant: ubi splendor & liquidus aër, & soni dulces. At orbari uita,

-- curis acuit iuuenesque senesque
Insanus agit nos amor huius
Quē conspicimus lucere solo. ut ait Euripides
Nec illud Audimus facile absque molestia,
Talia dicentem aura diei
Splendida, rapidis uecta iugalibus,
Fugit ambrosia. Ergo cùm opinione immortalitatis unà tollunt suauissimas uulgi spes, maximasque. Quid bonis, integrè, iusteque transacta uita censes animi esse? qui nihil apud inferos mali, plurima maximaque bona prorsus diuina expectant? primum Athletæ, nisi certent haud coronantur, sed qui decertarint in stadio uicerintque. Ad hunc modum hi rati præmia bonis triumphalia uitæ anteactæ post mortem aßignari, præstoq; esse: dij boni quàm sibi placent fiducia uirtutis? spe illius status, cùm est futurum, ut qui opulentia potentiaque se nunc efferunt insolenter, & alios se præstantiores summa fatuitate rident, ipsis inspectantibus graues iustasque pœnas luant. Deinde ueri inueniendi, & eius quod est cognoscendi,

di, nullus amatorum in hac uita ſuam expleuit cupiditatem: quia interiectu corporis tanquam caliginis aut nubis, utitur quiſque pingui ac turbato ſenſu animi, ſed in morem auiculæ, cælum aſpicientes ut mox euolaturi & è uinculis corporis ad amplam & ſplendidam fortunam, expeditum & alacrem deſpicientia rerum humanarum præbent animum, idque philoſophia duce, quæ meditatio mortis eſt. Ac mea quidem ſententia boni tantum cumulatè ſecum affert Mors, ut tum demum uerè ſit animus uicturus, cùm exceſſerit è uita: hîc non uiuat re uera, ſed inſtar ſomnij nutet. Proinde ſi recordatio amici uita functi modis omnibus grata eſt, ut ait Epicurus, uel ex hoc conijcias quantum ſibi detrahant uoluptatis. Exiſtimant ſe amicorum lumine carentium uiſa & umbras excipere, uenarique, in quibus neque ſit mens neque ſenſus. Iidem non exiſtimant iterum aliquando cum eis ſe conſuetudinem habituros: nec charum genitorem, charam matrem, coniugem frugi uſquam uiſuros: nec ea communicatione uitæ congreſſuq; familiari, qua qui perinde ſentiunt animam eſſe immortalem, ac Pythagoras, Plato, & Homerus, ubi deceſſerint ſe uſuros ſperant. Cuiuſmodi autem ſit motus iſte, quo afficiuntur, multo ante expreſſerat Homerus, cùm Aeneæ

ſimulac

ſimulacrum, quaſi iam extincti proijcit in aciem mediam, mox illud ipſum præbet ſuis conſpiciendum,& inquit,

Lætatur Troïa pubes
Illum ut conſpexit uiuum,incolumemq́; reuerti
Robore adhuc firmo,

& imagine relicta illum ſequuti ſunt. Quamobrem nos etiam hoc ſtabilito & fixo, qui exceſſerint è uita ſine dubio conueniri poſſe

fisque eſſe amanti tactu amantem agnoſcere,
Sanoque ſenſu uiuidum & amicè frui.

*

qui adhuc ſimulacra modis uolitantia miris, & exuuias corticemq́; nequeant abijcere, quibus addicti uitam in luctu & angoribus tranſigunt. Ad hæc autem qui morte aliam uitam inchoari putant meliorem, ſi utantur rebus proſperis eo magis gaudent ſpe ſtatus amplioris: ſin autem uiuunt haud ex ſententia, non admodum iniquè ferunt: ſed ſpes qua tenentur,fore ubi deceſſerint, ut maximis fruantur bonis: cui mirabilis uoluptas & expectatio comitatur,huius uitæ compenſat incommoda: ſiquid offenſionis inſederit animo,eluit & aufert. Quia enim ſentiunt in uia ſe tantum eſſe, aut potius in diuerticulo ſanè quàm

breui, omnes casus æquo animo ferre didicerunt. Contrà qui extinctione sensus, naturæ dissolutione uitam terminari uolunt, eis mors, quia minimè secum affert mutationem in melius, utrocunque in statu fuerint, molesta & odiosa est: magis tamen beatis quàm laboriosis. His eripit solum incertam spem, qua sibi lætiorem fortunam pollicebantur: illos explorato bono, uita iucunda spoliat. Quemadmodum uerò medicamenta quæ parum commoda, uerùm salutaria sunt ægrotantibus, aliquid laxamenti afferunt, bonam contrà ualetudinem labefactant, sanos cruciant malis exemplis, ita Epicuri de morte oratio, calamitosis & ærumnosis nihil quidem quod faustum sit ostentat: tamen adhibet mortis remedium, qua extingui oportet animum & dissolui: eadem homines consideratos, sapientes, omnibus affluentes copijs, nunquam sinit animo esse tranquillo & alacri, quando huc redigentur, ubi uixerint beatè, ut uita careant, nulli sint. Nemini porrò dubium est, quin illa cogitatio, Bonis esse cedendum, pariat tantum molestiæ, quantum iucunditas sperata uel adiuncta procreat uoluptatis. Dicunt hi tamen, formidine malorum quæ nec finem habitura sint, nec modum ita se liberari, ut ea sublata suspitione certißimum ipsis bonum relinquatur: notio qua præ-

uident

uident diſſolutionem & interitum: & id aſſequi ſe oratione Epicuri mortis metum terminantis animi extinctione. Quod ſi iucundißimum eſt, malorum innumerabilium metu in illa æternitate immenſa expediri: ergo etiam ſpe bonorum, quæ nunquam interitura ſunt, excidere moleſtum, atque adeo ſumma illa fœlicitate ſpoliari. Bonum certè quidem non eſt utrocunque in ſtatu ſis luce priuari, ſed ijs omnibus quæ ſunt, nihil & nuſquam eſſe, natura inimicum & infeſtum. Quibus autem ſupremus dies affert malorum uitæ finem, nempe interitu, habent quo ſe conſolentur, ſenſus uacuitatem cùm quaſi fuga euaſerunt: contrà qui in ſtatu proſpero uiuunt, tamen eò recident, ut mortui nulli ſint, haud dubitem quin ultimum tempus illud, quo interpellabitur beatæ uitæ curſus, maximè reformident. Non enim quia noui quicquam moliatur, amißionem ſenſus timet natura: ſed quia huius uitæ commodis nos priuat. Illud uerò, Nihil ad nos pertinere mortem: cùm quidquid eſt noſtri iuris penitus eripiat, eo ipſo ad nos pertinet, ſaltem qua eius mali nos ſuſpicio tangit. Neque, Extinctum iri ſenſus, ijs qui tum nihil erunt moleſtiam exhibet, ſed ijs qui ſunt: quia demerguntur eius opera in perniciem ut nulli ſint,

haud tamen ſubmergi, & in orcum irrepere queant. Itaque non Cerberus eſt, non Cocytus, qui nobis inijciat mortis immenſum terrorem: ſed illa comminatio, Futurum ut ad nihilum redigamur, quæ nullam uitæ recuperandæ ſpem, ubi mortuus ſis, relinquit. Bis enim naſci minimè contingit: ſed æuo immortali erimus nuſquam & nihil, ut Epicurus, inquit. Etenim ſi hoc ultimum eſt in rebus humanis, Nullum eſſe: idque fine cariturum, ſtabile & immutabile, priuatio uitæ utilitatum malum ſempiternum, ſibi comitem inuenit ſenſus uacuitatem, nullis ſeculis deſituram. Et Herodotus longè quàm iſti ſapientius, Deus, inquit, æternitatis dulci guſtu ſolus fruitur, ex quo inuidum & iniquum eſſe apparet, ijs præſertim quos beata uita florere iudices. Nam his iucunditas uitæ eſt inuitamentum & eſca ad dolendum, cùm ea guſtant quibus mox carituri ſunt. Quam enim lætitiam? quem fructum iucunditatis? quam hilaritatem? non excutiat iſtis, non detrahat? qui uoluptate ſummum bonum & honeſti uim omnem metiuntur, ea ſuſpicio mortis in animum ſemper incurrens? Cum animo neceſſe eſt ſuas cogitationes in hanc infinitatem futuri temporis ut in mare uaſtiſſimum explicare. Iam uerò ſi, ut cenſet

ſet

ſet Epicurus, non ſine cruciatu magna ex parte intereunt: nihil prorſus relinquitur, quo mortis queat ſubleuari metus, quæ interuentu malorum bonis exuit. Hæc licet ita ſint, nunquam deſinent pugnare, uiq́ue homines eò impellere, ut malorum amotionem bonum exiſtiment: uitæ commodis priuari, malum ne putent. Illud tamen apertè dictitant, Neque ſpei, neque lætitiæ quidquam reſiduum eſſe à morte: uerùm eius aduentu omnia iucunda & bona intercipi: cùm intereà loci multa præclara, magna, diuina, ſimulac ceſſerint fato, ſibi deſpondeant, qui æternos animos & immortales cogitant eſſe, aut multis ſæculorum curſibus conuerſionibusque manſuros, nunc terris, nunc cælo inſiſtentes, donec tandem in illa diſsipatione mundi cum Sole & Luna in flammam conuerſi ſola mente comprehenſibilem igneſcant. Tam uberem uoluptatum ſegetem, tamq; copioſam excæcat Epicurus. Idem hac opinione fixa, Nihil à Dijs ſperandum boni, non tangi eos gratia, uim eneruauit utriuſq; partis animi, tam eius quæ in contemplando, quàm quæ in agendo cernitur: huius ſtimulos, quibus incitatur ad gloriam, retudit: illius aciem, rebus cognoſcendis intentam occæcauit. Idem cùm ait, Quod lætetur animus, corpori acceptum

 ferri

ferri debere: in angustum ſanè locum, ac ne purum quidem, compulit & detruſit naturam: perinde ac ſi nullum maius bonum, mali declinatione, quo frui queat, haberet.

FINIS.

LOCA QVAEDAM EX PLVTARCHI LIBELLO CONTRA COLOTEN.

Καὶ τὸν περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν.] *sub.* τὸν πόλεμον. *nam est prouerbium Dimicare pro carnibus: quò Aristophanes respexit in Ranis* 191. νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν. *Sudas in uoce,* κρέας. Pag. 307. Vers. 31.

Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ.] *Vers. Odyss.* 4. 605.*quem Horatius uertit Epist.lib.* 1.*Epistola,* 7. *uersu,*40. *Non est aptus equis Ithacæ locus.* -- *Et Cicero citat,ad Att. lib.*2.*epist.* 11. 308. 34.

Ἐπίκουρος.] *Vide Cicer.* 2. *de Finib.* 309. 33.

ὦ δεινὰ τῇ πόλει.] *Lege,* ὠδῖνα τίκτειν φιλεῖ. *uers. ex fabul.* ἱκετίδες. *quem locum Victor. correxit,lib.*23. *cap.*21. *In quo illud requiro, quòd uocem illam* πόλει *neglexit: quæ mutanda in* φιλεῖ *uidetur esse.* 41.

Λαχάρους.] *De quo Pausanias, (ait Plutarchus in uita Demetrij) Hunc ex oratore Cassander fecit Tyrannum,Demetrius appulit.* 310. 15.

Οὐδετέροις.] *Nec Epicureis,nec bestijs.* 311. 28.

Νεκύιαν.] *Plin.*35. *lib.cap.*11. *Cic. Tusc.*1. *numero* 58. *euocatio manium* Ὀδυσ. λ. *Victor.lib.*5. *cap.*15. *Cic. ait. lib.* 9. *epist.* 14. & *epist.*24. 312. 23.

313. 43. τοῖς Σαμίοις.] *Quia Neocles pater Epicuri Samum concessit Athenis agripeta. Cic. de Nat. Deor. 1. 97. Streb. 14.*

314. 15. διαχεῖ τὸ χρωματικόν.] *Idem sentit Vitruuius l.b. 5. cap. 3. contra Psellus in Musica:* γοερὸν τὸ χρωματικόν.

316. 19. ἀριούσιον.] *Vergil. Eclo. 5. uers. 71. Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Plin. lib. 14. cap. 7. apud Strabo. 14.* ἀριούσιον *Lesbi promontorium. & Galen. Stephanus uerò* Ἀρσυσίαν. *est autem promontorium Chij.*

319. 41. Τὸ λόγιον.] *Forte quod datum est Chærephonti, uers. 818. 27.* ἀνδρῶν ἁπάντων σωκράτης σοφώτατος. *Plato in Apologia.*

322. 5. γλυκὺν γεύσας.] *Valla sic uertit: Dulci gustu aspergens uitam hominum. Ego malui hoc pacto: Gustum æternitatis percepit.*

FINIS.



PLVTARCHI
CHAERONEI IN COLOTEN LIBER POSTERIOR,

*

Quo refellitur Colotis liber ad Ptolemæum Regem ſcriptus, laceſſens & irridens philoſophandi omne genus à Democrito, Empedocle, Parmenide, Socrate, Platone, Ariſtotele, Stilphone, Arceſila, Academicisq́; inſtitutum.

AD
DIAM CATHARINAM
Mediceam Auguſtam Francorum
Reginam.



LVGDVNI, APVD SEB. GRYPHIVM,
1555.

AVGVSTAE FRANCORVM REGINAE CATHARINAE, ARNOLDVS FERRONVS S. D.

ET antea, incenſus eram eruditorum hominum ſermonibus, de quibus audieram, quàm à te eſſent humaniter excepti: & cõmotus ueteri fama, qua Medicea in familia honos conſtitit ſemper literis: & mea quoq; ſponte prius dabam operam: eò accedebat hortator frequentiſsimus Godofredus Calmontius, ut tibi horum ſtudiorum amantiſsimæ, neſcio quid è ueteri philoſophia deprom- ptum offerrem. Sed quando pudore quodam ſubruſtico adhuc deterritus ſum, cur hoc potiſsimùm tempore hæc aggreſſus ſim paucis expromam. Quo primum tempore, nobiliſsima Regina, ciuilibus auſpiciis à me inſtitutum fuit, ut ad naturæ ſcita per gentium atq; populorum prudentiam

quandam mihi uiã communirem: perſpexi ſplendorem Regni ueſtri diuinitus conſtitutũ ciuili quoq; ſapientia temperari. Obſeruaui uos Reginas, quas deorum immortalium ſatu ortas, uetus eſt opinio, quarum & uoluntas ſacroſancta, & nomen uenerabile in terris habetur, omnia ueſtra cõſilia, omnium cogitationũ rationes, ad ueſtrorum populorum commoda dirigere, emeriq́; eorum officioſas functiones: nõ tam poteſtate, quã ſummam nacti eſtis, quàm ſapientia, quæ nos Deo optimo maximo ſimiles reddit. Cuius ſpecimen illud immenſum atq; ſempiternum, cùm rebus gerendis, tum reliqua uitæ perfectione præberetis. Sæpe igitur, ac multum hoc reputanti mihi ueniebat in mentem, ita me eſſe comparandum, ut uirtutis ueſtræ imitatione eius fierem particeps ſapientiæ, quæ in principibus moderatoribusq́; maximarum urbium ſplendeſcere conſueuiſſet, eorum præſertim qui philoſophiæ ſacra ſtudia à Reipublicæ gubernaculis auocanda nunquã ſibi putauerunt. Quare cùm in eorum cœleſtem illam memoriam intuebar, equidem incredibili deſiderio incendebar ad

parem

parem operam ciuibus meis nauandam. Hanc igitur animi mei propensionẽ, cùm aut ætas, aut propositæ gloriæ spes, in partes distraxisset, unus ille finis mihi uisus est dignus in quem uires meas intendere conarer, si omissis aliis uitæ officiis partim non necessariis, partim periculosis, admouerem animum ad Iurisprudentiam, atque in hanc demum laudem incumberẽ. Cùm enim omnium penè scientiarum regiones, limitesq́; id unum præscribant nobis, ut ij, qui illas deorum immortalium beneficio adepti sunt, meliores fiant atque augustiores, tum esse illa præclara merito ac uerè diuina uidetur cuius præsidio, & tute per te sapias, & alios errantes cohibeas, dubitantes confirmes, sua cuiq; aut possidenti serues, aut opem imploranti reddas. Hanc prouinciam cùm assiduis operibus, atque equidem laboriosis, ad perfectionẽ meam destinassem, incredibile dictu est, quantis impedimentis tantæ laudis cursus retardatus sit. Qui enim à sapientibus illis uiris didiceram, minimã partem quandam ueteris Philosophiæ Iurisprudentiã hanc nostram esse: hoc quoque rebar æquum esse,

integram illam, & ſuis numeris conſtantem uirtutis indagatricem, legum magiſtram, Philoſophiam, cuius à primis temporibus ætatis noſtræ amore flagrauimus, huic ſtudio adiungere. Quo factum eſt, ut cùm ab iis, qui antea hiſce in Iuriſprudentiæ ſtudiis elaborauere, hoc deſiderarem: tum uerò mirarer, quid id rei eſſet, quod illos à tam præclaræ laudis propoſitis præmiis auertiſſet. Ego itaq;, nobiliſsima Regina, qui omnibus numeris abſolutam Iuriſprudentiam à maioribus noſtris poſteritati traditam intelligerem, Philoſophiæ ſtudium quonam animo contempſiſſem? Ita factum, ut ſi quæ ſucciſiua tempora incurrerint in hanc ſtudiorum rationem, ea neque perire paſſus ſim: & ea, quibus accidit ut plus otio abundarem quàm uellem, traduxerim ad hoc omne ſtudium. Atq; equidem cùm à prima ætate ſummæ ueteris huius Philoſophiæ ſtudioſus fuerim, ac quæ ſummo ſtudio à ueteribus ſcripta ſunt perlegerim, ſedulo dans operam, ne philoſophicos libros M. Tullij, quibus admodum delectabar, minus intelligerem. Tamen ita hodie hoc ſtudium ingraueſcit,

habeam

habeamus ut admodum nihil in quo libentius acquiescamus. Credo & annorum progressu ad usum rerum, & hac labe temporum quo ita prostrata atq; perculsa diuinarum atq; humanarum sanctissima iacet sapientia prædicetur ut ab omnibus, ostentandi credo gratia, à paucis intelligatur: Ego uerò illam ut adeptus uiderer, quod nullus non hodie iactitat, nunquam operam dedi. Id uerò laboraui, in illamq; curam sedulo incubui, ut intelligerem de ea ueterum sententias, quarum paßim reliquias habemus in M. Tullij Philosophicis libris. Neque uerò unius ac alterius, qui hodie extant: at eorum etiam, qui iniuria temporum exciderunt, placita pernoscenda mihi putaui. Qua in re principem ad ingrediendam rationem horum studiorum è ueteribus unū Plutarchum Chæroneum proferre possum: cuius libro hoc in Coloten scripto plenæ argutiarum sententiæ leguntur. Alterum autem eiusdem argumenti cùm tibi placuisse intellexissem, nefas esse putaui non hunc sub tui nominis titulo paßim legi. Qui si tibi minus disertus uidetur, uel ipsi id Plutarcho adscribas li-

cebit, qui ſibi olim Latinum ſermonẽ minus ex animi ſententia fluxiſſe ſcribit: uel ſubtilitati operis, corruptoq́; codici, & lacero multis locis lacunisq́; referto: uel ipſi Calmontio politiſsimo homini, qui ſacras Muſas dum minus tardas eſſe uult, ſoluitq́; legibus Quintilij Horatiani, Martium neſcio quid ſpirans cum Neoptolemo philoſophandum quidem ſibi putat, ſed paucis, qui me adeo feſtinanter compulit ad hunc tibi offerendum prius ut pene ad calcem, dum illius uoluntati pareo, ueniſſe, quàm ex carceribus promouiſſe me uiderim. Hic autem labor meus ſi ſerius ad te peruenerit, quàm tu pro uetere tua in litteratos beneuolentia merebare, eſt humanitatis tuæ æqui boni conſulere. Nunquam enim parum me tibi officioſum uiſum iri putaui, qui non continuò officioſus fuerim. Poſthac quidem certè dabimus operam, ut quemadmodum in offerendo hoc genere ſtudiorum poſteriores tulimus, ſic in te deinceps colenda priores feramus.

Vale.

PLVTARCHI

CHAERONEI IN COLOTEN EPI-*cureum Liber po-sterior.*

INTERPRETE ARNOLDO Ferrono Burdigalensi regio Consiliario.

COLOTES, *quem solitus est Epicurus blandiens appellare Colotulum & Colotillum, edidit cum hac inscriptione librum, Saturnine: Qui pareat decretis cæterorum philosophorum, ne quemadmodum quidem uiuat, eum posse reperire. Illud autem scriptum dedicatum est regi Ptolemæo. Quæ mihi aduersus Coloten disputanti uenerint in mentem, ea literis mandata; tu, quem omnia pulchra delectant, quem studium antiquitatis tenet, (cui dignissimum uidetur principe viro, in commentarijs ueterum re-*

colendis, & perpetuo, quoad fieri poteſt, euoluendis, operam collocare) non ſine uoluptate lecturus es. Cùm itaq; proximis ſuperioribus diebus recitaretur liber, unus è neceſſarijs meis Ariſtodemus Aegienſis (quem probè noſti) uir ex Academicorum illo choro, æmulus Platonis, non Thyrſiger in eius ſacris & initiatus tantùm, ſed qui bacchari conſueuerit in eis acerrimè, ſibi (neſcio quo pacto) ſilentium, præter quàm ſolebat, imperarat, & auditorem ad exitum uſq; ſe moderatum præbuerat: finis ut recitationi eſt impoſitus, Sint iſta uerò, inquit, at quem excitabimus ex hoc conſeſſu qui cum iſto pro philoſophis dimi- *addidi *cet? Haud enim*conſilium & factum Neſtoris facilè probem, qui ex illis nouem principibus cùm deberet præſtantiſsimum deligere ſuo arbitratu, Fortunæ temeritati rem permiſerit, ſorteſq; coniecerit in urnam. Atqui uides, inquam, quo etiam modo ille ſortiendi partes ſibi deſumpſerit. Hinc eſt factum, ut illa deſcriptio ſortitioq; ductu hominis prudentiſsimi perageretur. Tum,*

Dat ſeſe è galea ſaltu ſors, omnibus æquè
Optata, in Telamoniaden.

Cæterùm ſi deligere nos iubes qui reſpondeat:

Quînam ego cœligenæ tandē obliuiſcar Vlyßis?

Tu te compara ad hoc certamen: proſpice atq; medita

meditare, quem in modum eius impetus propulsare, & Vlcisci uicem philosophorũ uelis. Hic Aristodemus, At inquit, te non fugit, quid aliquando fecerit Plato: cui cùm seruus quispiam mouisset stomachum, ei noluit ipse plagas infligere: sed tradidit Speusippo cædendum, se iratum eße dicens. Tu ergo ipsum arripe, & tractato ut tibi commodum uidetur: sum enim ipse iratus. Cùm alij me, idem ut facerem, hortarentur: Dicendum igitur est, inquam: sed & multum ipse uereor, ne pugnare aduersus eum librum instituens, studio incensus præter modum iudicer: tanta est diritas & scurrilis importunitas hominis, aceruum conuitiorum Socrati, tanquam fœnum quo uesci debeat proijcientis, & ex eo querentis, qui tandem cibum indere in os consueuerit, & non in aurem. Verùm ista quod rideas forte prebeant si apud animum reputes lenitatem Socratis. De toto agmine cæterorum philosophorum (in quibus sunt Democritus, Plato, Empedocles, Parmenides, & Melißus, contumelijs verborum male accepti) non modo turpe est agere silentium, sed etiam nephas cedere ulla ex parte, aut de summa libertate pro ijs dicendi quicquam remittere, qui philosophiam eo dignitatis prouexerunt: Enimuero quòd uiuimus, parentum est se-

cundum

cundum deos beneficium: at Ius, fas, leges, rationem, quæ legibus adminiculo est, cupiditatum nostrarum moderatricem, à philosophis, quò rectè uiuamus, accepisse nos credimus. Rectè porrò uiuere quid est aliud, quàm delectari societate hominum, præstare se omnibus amicum, iustè ac sobriè uiuere. Hæc omnia prorsus euertunt, qui esse in ventre summum bonum clamitant: qui omnes uirtutes in unum adductas locum, seiuncta & expulsa penitus voluptate pertuso teruntio non emant: quorum disciplinæ congruens non est de dijs deq; animo uerba facere: quippe hunc dissolutum interire autumant: illos humanarum rerum minime tangi cura. Tamen ij cæteros in repræhensionem uocant philosophos, sua illa sapientia freti, quòd nullam uiuendi materiam relinquant. His cæteri obijciunt, quòd ignobilem & fœdam instituant rationem uitæ. Attamen diffusa hæc sunt & sparsa per Epicuri disputationes, eiusq; philosophiam totam peruaserunt. Quemadmodum autem Colotes librum conscripserit quibusdam uerbis arreptis sententias mutilatas & truncatas, ijs quæ faciunt ad confirmandum propositum aut intelligentiam & fidem spoliatas, in suum usum trahens, ueluti auctionem faceret, aut tabulam refertā monstris proponeret, uos inquam

optimè

optimè tenetis, qui è manibus ſcripta ueterum nunquam dimittitis. Atq; is mihi uidetur non unũ aperire in ſe oſtium, ut Lydius ille: ſed plurimis Epicurum, & maximis difficultatibus implicare. Sumit initium maledicendi à Democrito: is egregiam percipit à diſcipulo mercedẽ, pretiumq; doctoris: nam longo tempore ſe Democriteum prædicauit Epicurus, ut teſtantur cùm alij, tum Leonteus unus è nobiliſsimis Epicuri diſcipulis ad Lycophronem ſcribit, Democrito plurimum honoris detuliſſe Epicurum, quòd ante ipſum attigiſſet ueri notitiam, opinione recta imbutus. Deniq; totam eam diſciplinam appellari Democriteam, quia is ante Epicurum in vera principia naturæ incidiſſet. Metrodorus de hac philoſophandi uia perſpicuè ait, Niſi præluxiſset Democritus, nunquam ad ſapientiæ culmen euaſiſset Epicurus. Quòd ſi ex inſtituto Democriti nullo modo tranſigi uita queat: ridiculus eſt Epicurus, qui eius ueſtigia ſequitur uiam ad altiora monſtrantis. Obijcit primum ei, quòd cùm percenſuiſſet ſingulas res, nihil potius hoc modo eſſe affectum quàm alio quouis, dixerit: & ob eam rem confuſiones tetras in hominum uitam inuexerit. Atqui tantum abeſt ut Democritus in ea fuerit ſententia, nihil exploratè eſſe tale potius quàm tale, ut etiam

Protagore authori huius opinionis aduersatus sit. Et in eum multa & probabilia scripserit: quæ quoniam Colotes ne in somnis quidem inspexerit, neq; legerit, non assecutus est eius uerba, cùm subtiliter docet ipsum Δὲν nihilo esse uerius in rebus quàm Μηδέν. Δὲν appellat ipsum corpus, Μηδὲν uerò inane: scilicet uim aliquam & naturam sibi peculiarem etiam habere inane in rebus sentiens. At iste ratus, uoluisse eum dicere, nihil hoc modo esse affectum potius, quàm illo, utitur Epicuri decreto, Visa omnia quæ obijciuntur sensibus uera esse. Proponamus ergo duos, alter austerum esse uinum censeat, alter dulce: horum neuter fallitur. Quid est caussæ quamobrem potius austerũ dicetur uinum, quàm dulce? Quid quòd utuntur eodem balneo, hi frigido, illi calido? cùm hi iubent frigidam infundere aquam, illi uerò calidam? ferunt ad Beronicen Deiotari uxorem aliquando uenisse quandam Spartanam, & cùm prope alteram altera constitisset, statim utramq; auertisse uultum: hanc, quia unguenti odorem scilicet ferre non poterat: illam, quia butyrum auersabatur. Si harum altera sensus perceptio non magis fallax est quàm altera: consentaneum est, illam aquam non magis calidam quàm frigidam esse, nec unguentum aut

*butyrũ ſuauis potius quàm tetri eſſe odoris.*Quòd ſi dixeris, ea uiſa quæ inter ſe differant etiam à rebus diuerſis elici, duo in idem concurrere dicis imprudens. Ad hæc, illæ proportione concinnatæ dimenſiones quas uenditant ſæpius, uiarumq́; concentus in ſedibus ſenſuum, & multiplex illa permixtio quæ inſperſa omnibus humorum, odorum, colorum generibus, (ſic enim dictitant) alium atq; alium ſenſibus motum, alia atq; alia qualitate afferunt: an non opes iſtorum apertè compingunt in ſalebras opinionis quam ipſi damnant? Nihil magis hoc modo affici quàm illo? Etenim qui putant ſenſus ideo falli, quia uident contrariè affici pleroſq; dum ſenſu percipiunt rem eandem, ijs ut ſatisfaciant, docent quemadmodũ permixtæ confuſæq́; ſint res ferè omnes inter ſe. Cumq́; aliud alij congruens & aptum ſit, non eadem qualitas ſemper mouet contactum & perceptionem, nec ſubiecta ſenſibus res afficit eodẽ modo ſingulos cũctis ſuis partibus. Sed cùm in ea quiſq; incurrat ſolum, ad quæ percipienda ſenſus habet cõcinnatos pro rata portione: non rectè homines tantopere inter ſe pugnant, bonum aut non bonum quippiam, album aut non album eſſe contendentes, ſuasq́; perceptiones cùm quid ſenſu diiudicant, ſe confirmare ita demum rati, ſi labefactent cæ-*

*obſcurus

Epicureorum opinio & uerba de ſenſibus

terorum

terorum de eadem re iudicia sensus. Aequum est autem non oppugnare sensus: namq; singuli rem aliquam attingunt, cùm ex illa multiplici permixtione seminum, tanquam ex fonte, quod sibi accommodatum & cognatum est quisq; amplectitur: neque par est totum genus uituperare, quando in aliquam solum partem incurris, nec existimare, omnes qui rem ullam sentiant eodem modo affici debere, cùm alius alia eius qualitate afficiatur: quid censes? num adhuc contra eos disserendum? Ecquis uerò est, qui æquè opinionem illam (nihil magis) agglutinat rebus atq; illi homines, qui rem quamq; sensilem ita temperatam esse dictitant, ut omnium qualitatum, que usquam sunt, colluuione mixta confusaq; sit,*

* scilicet, hoc modo rem affectam esse q̃ illo.

Vt dulce mustum præmium Tibicinis.

Etiam ipsi fatentur suas ratas sentẽtias regulasq; pessum iri, funditusq; conuelli uim eam qua iudicamus, si res ulla sensilis pura simplexq; sit ullo modo, & non relinquantur multa in uno quoq;. Iam uide quæ Polydini sit oratio de uini calore qua usum in Symposio finxit Epicurus. Nam eo dicente nunquid Epicure is inficias, uino ad calefaciendum inesse uim? Respondit quispiam, Non in uniuersum calefaciendi uim esse in uino se arbitrari. Et paulo pòst: Vinum in toto genere non

uidetur

uidetur calefaciendi habere uim: sed hunc calefieri hoc tantulo uino facilè dixeris. Rursus ubi subiunxit causam, atomos quasdam collidi & uariè per quanque rem dißipari: Aliâs, cùm admiscetur uinum corpori humano, inter se commisceri & copulari. Ad extremum ait: Quare dicendum non est, in uniuersum adesse uino calefaciendi uim: sed in hac natura hoc modo dispoſita hoc uinum tantulum gignit calorem: aut in illa hoc tantulum, frigus parit. Sunt enim ea corpuscula in hac congerie, ex quibus coalescere queat frigidum, quæ si aptè cum alijs copulentur, ut res monet, refrigerationis naturam statim expresserint. Hinc manauit error, ut alij uino calefaciendi in uniuersum, alij refrigerandi tribuerint uim. Cæteros qui errare dicit, cùm in eo quod calefacit esse uim calefaciendi arbitrantur: aut in eo quod refrigerat refrigerandi. Si putat non ex ijs consequi quæ profert in medium, nullam rem potius hoc modo affectam esse quàm illo, ipse penitus errat. Ille uerò his attexit generis eiusdem alia. Non raròm, inquit, penetrat in corpus uinum, neque uim calefaciendi secum afferens ullam, nec refrigerandi: tamen concitata uini totius mole & concedentibus ex alio loco in alium corporibus, quæ pariunt calorem atomi nunc in unum

coëuntes & confertæ numerosæq; procreāt æstum & ardores in corpore: nunc elisæ ac dissipatæ refrigerant. Insuper Colotes in eam se necessitatem fuisse abductum, ut hac oratione uteretur (quæ habentur & dicuntur amara, dulcia, purgantia, soporifera, luminosa, quasi id constet, in rerum natura esse nihil, cui certas & proprias qualitates re uera inesse censeas, aut uim peculiarem: nihilq; reperiri, quod agere dicas potius, quàm pati: sed cùm insinuant sese qualitates in corpora, tum rem quanque diuersis permixtionibus non unam præbere speciem, sed subinde uariari) non obscurè præ se tulit. Iam ipse Epicurus libro aduersus Theophrastum secundo, cùm ait, Non insitum esse corporibus quenquam colorem, sed effici quadam recta collocatione & ordine atomorum in aspectum incurrentium, ut res præditæ hoc aut illo colore uideantur. An non ait his uerbis potius expertem esse coloris quamlibet naturam, quàm ullo præditam colore? Idem paulò superius scribit hunc in modum: Quamuis id causæ non esset, haud reperio quemadmodum quæ in tenebris latent colorata esse dicendum sit. Atqui sæpenumero fit, ut eodem aëre circunfuso, nubibusq; inuoluto, alij sentiant discrimina colorum, alij caligantes acie obtusa non sentiant. Tum

uerò

*uerò cùm serena luce ingredimur domum tenebris obsitam, nullum colorem omnino perspicimus: si paulisper ibi consistimus, mox perspicuè uidemus. Ergo nullum corpus est quod potius coloratum dixeris quàm expers coloris. quod si color est in ijs quæ comparantur cum alio, nihilq́; exploratè denotat, tum & candor in eisdem erit, ac cæruleum, quæ si comparantur cum alio, dulce amarumq́; comparabuntur. Ex quo efficitur ut connexum hoc uerè de qualitate omni dicatur, non magis eam in natura rerum esse quàm non esse: quoniam res ipsa ei quem hoc modo afficit, huiusmodi erit: (fac esse albam dulcem nigram aut amaram) ei uerò cui non affert hanc motionem, haud erit: denique luto illo, ac * stercore, in quo dicit eos uolutari, qui de rebus singulis pronuntiant illam sententiam: (* nihil magis) seipsum perfundit Colotes, suumq́; præceptorem. Nunquid hoc duntaxat loco se uir egregius præbuit talem, qui medicetur alijs, ipse uulneribus scatens? Minime uerò. Sed adhuc multò apertius libro reprehensionum secundo, Epicurum è uita cum Democrito exturbat imprudens, nanque ait, Democritum ita censuisse: tantum opinione colorem esse, ac dulcedinem solùm comparatione, cum atomi sensibus admouentur, qua in sententia*

*

* scilicet, tale quàm tale.

Vide Galen. libro de Elementis.

qui persistat, esse aut uiuere illum, se non posse suspicari. Aduersus ista quæ dicam non habeo. Quod dicam id unum restat: Hæc non magis à decretis Epicuri posse segregari, quàm figuram & pondus ab atomo, ut sentiunt ipsi. Democritus quid ait tandem? Esse naturas quasdam infinitas numero, indiuiduas, discrepantes, tum expertes qualitatum: non patibiles, easq; dispersas per inane ferri, cùm inter se coeunt, aut concurrunt, aut mutuo complexu tenentur, ea coaceruatione, nunc aquæ speciem præberi, nunc plantæ, nunc hominis: re uera hæc esse atomos omnia, quas ideas uocat: nisi atomos nihil in rerum natura inueniri: siquidem ex eo quod non sit nihil procreari, neq; gigni quicquam ex ijs quæ sunt: quia nec accipere quicquam atomi & quasi pati, nec mutari queunt propter soliditatem: ea re nec colorem in eis existere, quæ colorari nequeunt: nec ullam naturam, aut animum, ex rebus ijs effici, in quas non cadit perpessio. Vocandus in reprehensionem est Democritus: non quia quæ consequuntur incommoda ex principijs ab ipso positis non negat, sed quia huiusmodi ponit principia ex quibus hæc incommoda sequantur. Par erat non id ponere, quæ prima sint esse mutationis expertia, non autem cum id esset positum non animaduertere

Lucretius libro primo.

tere qualitatis ortum labefactari. At id consequi negare, cùm intellexeris, quàm sit absurdum, summæ impudentiæ fuerit: quod tamen fecit Epicurus. Ponere se ait principia eadem quæ Democritus: non tamen dicere colorem esse duntaxat opinione, aut dulce, album, cæterásue qualitates. Si illud ipsum non dicere, idem ualet quod non fateri, suo more facit. Prouidentiæ locum non relinquens, tamen cultum deorum & pietatem non se ait tollere. Amicitias uoluptatis causa consectatus, pro amicis se non recusaturum maximos ferre cruciatus. Hoc uniuersum esse infinitum se statuere, tamen superum inferumq; non tollere. *
Quodam uerò loco se ait poculo accepto quantum uelit bibere, quod residuum sit reddere: hoc uiri sapientis scitè dictum memoria potißimùm debemus recolere, Quorum principia non sunt necessaria, finis est necessarius. Non necesse fuit ergo id ponere: imò uerò detrahendum opinioni Democriti erat quod inquit, Omnium rerum principia esse atomos. Nunc quia & posuit pronuntiatum iisdem rationibus quibus in speciem probabilibus ille usus est, initio suæ disputationis adornat eam sententiam, ebibat cum illis necesse est & suscipiat incommoda quæ eum sequuntur: aut certè doceat quonam modo expertia omnis

qualitatis corpora omnis generis exhibeant qualitates sola concursione. Verbi causa, ne repetam longius: Quod appellatur calidum uti fert opinio uestra, quibus tandem ex oris delapsum est? aut quo pacto infusum atomis adhæsit? si neque appulerunt, prædita calore, nec calefieri, quamuis in unum coëant, possunt? nam illud est eorum quæ calida sunt, hoc eorum proprium quæ nata sunt ad excipiendum, quasiq; patiendum. Vos affirmatis neq; hoc neque illud in atomos cadere quòd æternæ sint. At enim an non usuuenit Platoni, Aristoteli, Zenocrati, ut aurum ex non auro, lapidem ex non lapide, ac cætera omnia ex illis quatuor simplicibus corporibus primisq; generarint? Sanè uerò. At hominum istorum opinione statim ipsa principia concurrunt, ut quicque generatur, qualitatesq; sibi mixtas, tanquam symbola præclara secum afferunt: & cùm in eundem locum conueniunt concurruntq;, humida & sicca, frigida & calida, dura & mollia: corpora, dum mouentur ab alijs alia & patiuntur, mutanturq; secundum omnes partes, coniuncta pariunt, aliam alia permixtione naturam. Verùm atomus quæ sua sponte ac per se considerata omni ui genitali destituta & nudata est, siq; in alteram incurrat eiusdem generis, fragorem edit,

quod

quod refractaria sit ac dura, motum alium quem afferat nullum habet, nec aliud quicquam molitur, sed feriunt se inuicem, feriuntur ab illis sine intermißione: tantumq́; abest ut animal poßint, aut animam, aut naturam aliquam edere, ut multitudinem conflare nequeant suo concursu, non aceruum aliquem communem, quia semper uibrantur & dißiliunt. Colotes uerò quasi apud illiteratum regem uerba faceret rursus adoritur. Empedoclem ita spirantem inflatu musarum,

Nunc aliud pandam, nulla est natura caducis
Rebus, & horrifici nulla est generatio leti,
Solũ quæ miscentur habes, quæ mixta resultãt
In diuersa: eadem naturæ nomine dicunt.

Equidem non perspicio quid sit quamobrem ista pugnent cum ipsa ratione uiuendi, præsertim cùm eorum instituto, qui nec id oriri quod non est existimant, nec id interire quod iam est posse, sed concursu quorundam corporum facto nomen ortus adhiberi: rursus cùm eadem illa dissoluuntur id appellari mortem. Nam quod usurpauerit naturæ uocabulum ortus loco, sydus eximium Empedocles, cùm ei opponat mortem, facile declarat. Iam si neque uiuunt nec possunt uiuere qui ortus rerum permixtione facta, interitum dissolutione fieri arbitrantur, quid aliud sibi proponunt isti?

Quanquam Empedocles elementa conglutinans & inter se temperans calore, mollicie, humore, mixtionem & concretionem qua concilientur eis penè iustam admoueat, cùm ij in unum locum atomos, quæ nec mutari neque quicquam perpeti queunt, contrudant, éq; ipsis quidem nihil fabricantur, sed ictus earum complures & continuatos comminiscuntur. Nam quòd amplexu se mutuo continent, eò fit, ne dissoluantur: eoq; magis earum collisio increscit, adeò ut nec fiat permixtio, nec conglutinatio, sed pugnas & tumultum cieant, quod illi ortus nomine appellari aiunt. Quæ autem uix manent punctum temporis, & interdum auolant propter collisionem: interdum accedunt, cùm scilicet ictus languescit. Illæ ipsæ amplius quàm duplo temporis spatio dissident & seiunctæ inter se consistunt: ita ut neque se tangant, nec admoueantur proximæ: quo fit, ut ne animum quidem ex eis effici quicquam possit. Sensus uerò, anima, intelligentia, mens, ne cogitatione quidem, ut maximè uelis, informare possis, quemadmodum procreari queat in ipso inani ex atomis, quæ nec qualitatem sua sponte habent ullam: nec pati, uel mutari, cùm in unum coëunt, solent. Immò uerò earum congressus ijs nunquam est, qui eas ita temperet ut misceantur & coalescant:

scant:

ſcant: facit enim ut impingantur alijs aliæ, mox reſultent. Quare talium decretis (cùm huiuſmodi ponant principia, quæ nihil perpeti ualeant quæ inanima ſint prorſusq; impia, tum haud explicabilia: quæ temperari deniq; inter ſe non poßint) uita tollitur, animalis natura nulla relinquitur. Quî dum ergo naturam, animam, & animal relinquunt? nempe ut iuſiurandum, precationem, ſacrificium, uenerationem, uerbis & nomine tenus dictitando, ſimulando, crebris uſurpando ſermonibus, quæ ſuis tamen principijs & decretis conuellunt. ad eundem ſanè modum id quod natum eſt, naturæ, quod eſt ortum, ortus nomine appellant: ut qui lignationem ligna, concentum, ea quorum fit concentus per translationem uocant. Cæterùm quid ei uenit in mentem ut Empedoclem his uerbis inſectaretur? Cur, inquit, excruciamus nos, & tantopere quæ opus ſunt curamus? Cur alia conſectamur, alia defugimus? Nec enim ſumus nos, nec rebus ullis ipſi fruimur, nec uiuimus. Sed enim dicat ei facile quiſpiam: Bono animo ſis optime Colotille, nemo tibi cura tuæ ſalutis interdicit, cùm id docet, Coloten ipſum eſſe naturam Colotæ, nec præterea quicquam. Nemo uetat, inquam, ne rebus ipſis fruare, quæ uobis autoribus ſunt meræ uoluptates, cùm oſtendit

 eſſe

esse nullam in rebus matulæ uim, aut odorum, aut congressus uenerei. Tamen matulas in rebus numerari, & unguenta, & mulieres, non magis quàm grammaticus qui uim Herculeam dixerit pro ipso Hercule. Neque uerò qui concentus fidium & commißiones trabium, esse tantum deflexiones uerbi asserunt, continuò negant in rerum esse natura sonos & trabes: cùm etiam sint qui funditus tollant animum & intelligentiam, munus tamen uiuendi ac intelligendi non euertere uideri uolunt. Cæterùm quod Epicurus inquit, Rerum natura sunt corpora & forma: utrum intelligendum ita est, quasi naturam diuersum quiddam à rebus, uelit docere? an uerbo naturæ nihil aliud quàm res ipsas declarare? quemadmodum certè inanis naturam pro inani, atque adeo naturæ uocabulum pro re quaque solet usurpare. Tum si quærat ex eo quispiam, Quid Epicure? tu censes aliud esse ipsum inane, aliud naturam inanis? Minime uerò, inquiet: sed inueterata est duntaxat hominum sermone appellationum istarum discrepantia, Vtrum, inquies, certa lege opinionis, an alio modo? Isto, inquiet, modo. Quid Empedocles fecit aliud? cùm docet inter naturam & id quod nascitur, mortem & id quod moritur, nihil interesse? Nam ut sæpius

Poëtæ

Poëtæ fictis personis utuntur, & sic canunt,

Hic fera mors uolitat, bellum, discordia tetra: Iliad. ς. XVIII.
ita uulgò, ijs quæ coalescunt modo aut dissipantur, ortus nescio cuius nomen, aut interitus ascribunt. Qui, tantum abest, ut de suo statu ea quæ sunt dimoueat, aut ijs quæ perspicuè apparent, aduersetur, ut neq; uocem suam deflectat à consuetudine loquendi sed amolitus ea solum quibus decipi, magno detrimento rerum cognitionis, posses. in cæteris suo nomine designandis ab usu non recedit.

Aetheris & lucis quando est concretio facta,
Gens hominũ uenit in lucem, uirgulta, feræ'ue,
Aut uolucrum genus, atq; ortus hoc nomine dicunt.
Cùm dispersa uolant eadẽ, mors horrida fertur
Aduentasse: nec his dictis tamen ipse repugno.

Quæ uerba cùm protulisset in medium Colotes, non animaduertit Empedoclem sustulisse è rebus uiros, feras, uirgulta, uolucres: quæ quidem omnia perfici elementorum permixtione dicit: cùm autem eos qui concretionẽ istam aut segregationem, naturæ, aut infausti leti, mortisq; funestæ, nomine appellant, erroris sui admonet, conuincitq;, non eripuit nobis usum uocabulorum, quæ trita sunt ad ea designanda. Ego uerò non arbitror ab Em-

pedocle

pedocle mutari ſanè receptam explicationem uerborum: ſed ut antè dixi de rebus ipſis eum inſtituere concertationem puto, nempe de ortu ex eo quod non eſt, cui naturæ nomen ſunt qui tribuant: id quod maxime iudicat his uerſibus,

Ignari, aßiduis quia non obnoxia curis
Corda gerũt, quicquã gigni quod non fuit antè,
Occidere aut ſperant, penitus peſtemq́; ſubire.

Qui uerſus hominis ſunt clamore magno contendentis, (niſi planè tibi aures obſurduerint) ſe non labefactare ortũ funditus, ſed huiuſmodi ortũ, qui ſit ex eo quod non eſt: nec interitum, ſed eum qui ſit omni ex parte: id eſt, qui redigat rẽ in id quod penitus non ſit. Iam uerò, qui uelit nõ adeo immaniter, & ſtolidè, ſed paulò moderatius calumniari quæ conſequuntur, quod in contrariã partẽ criminetur reperiet: uerbi gratia cùm dicit Empedocles,

Hæc animo ſapiens qui poßit uaticinari:
Quãdo agitant æuum, quod uitæ nomine dicũt:
Eſſe homines tantiſper amaris, dulcibus uſi
Nondum cõcretos, nihil eſſe, aut morte ſolutos?

Cùm hæc, inquam, dicit, non inficiatur eſſe ac ſpirare eos qui uiuunt, aut aliquando fuerunt: ſed potius eſt in ea opinione, ut qui nondum fuerunt, quiq́; ſint mortui, putet eos eſſe. Quod tamen non ei obiecit Colotes: uerùm ait eius opinione effici,

ut

ut nec incidere in morbum, neq; uulnerari quis unquam debeat. Quonam modo credibile est, eum qui amara & dulcia mortalibus suppetere dicit ante quàm prodierint in lucem: & cùm decesserint, ijs qui fruuntur uita nullum perpetiendi usum relinquere? At quibus tandem ò Colota usu uenit, ut eos nec uulnerari nec ægrotare consentaneum sit? Vobis qui conflati ex atomis & inani coaluistis, quorum neutrum cõmunione sensus uiget. In quo quidem nihil dum est incommodi, sed in eo maximum, uobis nihil, ad procreandam uoluptatem reliqui esse, quando atomus ea quæ agendi uim habent, aspernatur & refugit, nec inane quicquam ab eis potest perpeti. Quoniam autem Colotes democrito profligato deinceps conatus est Parmenidem cum eo defodere atq; opprimere, atq; eius omissa defensione, quæ pertinebant ad Empedoclem refutaui, quod illa propius reprehensiones primas attingere uidebantur, nunc redeamus ad Parmenidem. Colotes eum turpibus fœdisq; captionibus dicit esse usum: quibus tamen nec amicitiam uir ille reddidit ignobiliorem, nec studium uoluptatis nequius & importunius: nec honesto detraxit illecebras & inuitamenta, quibus ducit homines: nec obstitit quo minus per se omne honestum honoratum expetendumque sit:

nec

*nec informatas de dijs notiones opinionesq́; conturbauit. Verùm quando ait, uniuersum hoc esse unum: credo ne uitam degeremus impedimento fuit. Atqui Epicurus, cùm hoc uniuersum esse infinitum ait, nec ortum habuisse nec interitum habiturum, nec augeri nec diminui, de uniuerso, ut de eo quod unũ sit, disserit. Deinde principio suæ disputationis quando rerum omnium naturam his duobus complectitur, Corpore ac Inani: quod sua sponte unum erat, diuisit in duo. Quorum alterum reuera nihil est, à uobis modo sic appellatur. Intractabile, inane, uacans corpore. Quare uestra etiam sententia hoc uniuersum erit unum: siquidem uultis non inani uerborum strepitu de inani uti, tam cupide cum antiquis futili disceptatione pugnantes. At enim censet Epicurus, infinita numero esse corpora, & ex illis cuncta quæ cernimus oriri. At uide cuiusmodi procreandis rebus principia ponatis, infinitionem & inane. Hoc ignauum, non patibile, uacans corpore, illam inordinatam stolidam, uastitate immensam quæ dissipet seipsa, turbasq́; sibi moliatur, quæ coërceri suis finibus ac determinari præ multitudine nũquam queat. Enimuero Parmenides nec ignem sustulit, nec aquam, nec * præcipitium, nec urbes (ut ait Colotes) in Europa, Asiaq́; habitatas: quippe qui*

*aliàs, glaciẽ nẽpe κρημνόν.

pe qui

pe qui prodidit literis quemadmodum exornatus distributusq; sit mundus: Idem ubi inter se elementa miscuit, luminosum & tenebricosum, ex eis, perq; ea omnia quæ cernuntur usquam efficit. Nam de terra pluribus agit, deq; cœlo, sole, Luna, syderibus. Sed homini ortum adimit: neq; silentio quicquam in explicatione naturæ, ut unus ex antiquitate illa, prætermisit, uerùm edito peculiari scripto, non alieno, quid ea inter se differant, quæ principatum in rebus obtinent, docet. Primus omnium uidit, etiam antè quàm Socrates extitisset, in natura quod sub opinionem cadat reperiri, tum quod queat intelligentia percipi. Quod autem cadit sub opinionem, est instabile, patibile, idq; multis modis, ac mutationibus, qua ex parte minuitur, augetur, alio atq; alio modo aduersus hoc & illud afficitur, neq; respectu eiusdem, quod ad sensum attinet, semper eodem modo. Eius autem quod intelligentia percipitur, est alia forma. Nam sanum, solidũ, firmumq;, & originis expers, ut inquit ipse, constatq; sibi natura, sui simile. Quæ Colotes nomine tenus calumnijs extrahens, & uerborum uestigijs, non rei subiectæ persequens hanc disputationem, conuelli omnia suis sedibus à Parmedine ait, cùm is unum esse, quicquid usquam sit affirmat. Ille

uerò

uerò neutram labefactat naturam, uerùm sic utramq; describit appositè, ut sub ideam regulamq; unius, ac eius quod est, redigat illud ipsum quod intellectu est comprehensibile (cui sanè tribuit nomen eius quod est, ut æterno ac immortali, & unum appellauit, propter similitudinem qua se ipsum attingit, & quia nullam uarietatem admittit) Sensile autem sub ea natura collocet, cuius quies nulla, quæq; certum ordinem non habet. Quorum utriusq; sedem & uim iudiciariam facilè cognoscas.

Cana fides illam sequitur, uis certaq; ueri.

Mentem uidelicet, quæ rem intelligentia comprehensibilem, & semper in eodem statu persistentem, arripit tangitq;:

Illa uirũ comes est placitis, quæ haud cõscia ueri.

Quia uersatur in ijs rebus, quæ omnis generis mutationes, tum affectiones, & uarietates inæquabiles in se recipiunt. At profectò explicare uerbis queat nemo, qui tandem locum reliquerit sensui & opinioni, si omnino sensibile atq; opinabile sustulisset: uerùm ei quod re uera est aptum & congruens fuerit, in rerum statu manere perpetuo: hæc autem nunc sunt, interdum non sunt, imò semper interpellantur & naturam mutant. Ita nomen aliud quærendum istis potius quo de-

ſignentur, quàm ut eius quod ſemper eſt appellationem ſortiantur. Quapropter illa diſputatio qua quicquid uſquam eſt, unum eſſe probatur, non inſtituta eſt in perniciem rerum ſingularum quæ ſub ſenſum cadunt, ſed ut intelligatur quid inter has & id quod mente comprehenditur ſit diſcriminis. Quod cùm adhuc dilucidius Plato exponat in ea quæ de moribus eſt diſceptatione, etiam criminandi materiam Colotæ dedit: quo fit, ut quæ aduerſus hunc dicuntur, expromere deinceps non alienum putem. Ac primùm hominis philoſophi accurationem, exquiſitamq́; doctrinam diſpicere nobis certum eſt. Platonis, inquit, decreta hi ſecuti ſunt & comprobarunt, Ariſtoteles, Xenocrates, Theophraſtus, & omnes Peripatetici. Arbitror enim te librum in aliqua ſolitudine exaraſſe, uti cùm hæc fingeres crimina, ne in eorum ſcripta incurreres, nec in manus ſumeres, quæ de cœlo, deq́; anima Ariſtoteles edidit: quæ Theophraſtus contra Phyſicos: Heraclidiſ'ue Zoroaſtrem, de ijs quæ feruntur apud inferos, quæ in explanatione naturæ in dubium reuocari ſolent: tum Dicæarchum de anima: quibus libris quæ maximi ſunt momenti apud Platonem in Phyſicis, quæq́; grauiſſima, oppugnant, & in eum perpetuò agunt cuniculos. Quin & Stratoni

coryphæo Peripateticorum cum Aristotele locis plerisq; non conuenit: Platoni multis opinionibus idem aduersatus est, de motu, mente, anima, ortu. Tandem eò est progressus, uti asserat, mundum non esse animal: tum quæ secundum naturam sunt ea consequi ex fortuna: esse enim casum qui rebus initium præbeat: eo præeunte singulas rerum naturalium motiones atq; perpessiones ad exitum perduci. Iam Ideas (quarum nomine cùm Aristoteles incesšit Platonem, turbans locis omnibus, & nullum non incommodum eis imputans in Ethicis, in Physicis, in libris populariter scriptis, quæ uocauit ἐξωτερικὰ: sunt qui magis ambitione quadam, & studio concertandi, quàm ueri ex instituto Philosophiæ indagandi fecisse id eum existiment) idem Strato labefactare nititur suis decretis: quippe cui erat propositum Platonis superare aut fastidire philosophiam, tantum abfuit ut eum consectaretur. Ergo quanta præcipitantia est, non cognito & intellecto quid hi sentiant, eis quæ non probent falsò tribuere? Cumq; aliorum te opiniones conuincere tibi persuadeas, manu tua obsignatam proferre contra te ipsum testificationem inscitiæ ac temeritatis? eos inter se consentire dictitando, qui dissentiunt: etiam æmulos eius esse, cui contradicunt?

dicunt? At enim quos appellamus equos, Plato incassum equos & homines arbitratur esse. Quo loco Platonis operum id Colotes clausum & occultatum repperit? Nos sanè locis omnibus ita scriptum comperimus, legimusq́;, Qui homo sit, hominem: qui equus, equum: qui ignis, ignem eum opinari. Hinc est factum, ut hæc opinabilia suo quodq; loco nominet. Verùm Colotes, ut is qui ne tantulum quidem abesset à sapiẽtia, nil interesse credidit utrum dicas, Non esse hominem: an, Esse non ens hominem. Plato arbitrabatur plurimum referre utrum dicas quippiam non esse, an esse non ens: altero declarari prorsus nullam rei naturam esse, altero quid inter se differant, quod communicatur, quodq; communicat. Quam differentiam qui consecuti sunt eius ætatem ad genera, formas, communiones nescio quas, & proprietates, quæ nomine qualitatum insignitæ sunt, postea transtulerunt, & in ijs dumtaxat collocarunt, ad altiora non progressi, in argutias dialecticorum & quæstiones perplexas imprudentia delapsi. Est autem eius quod communicatur aduersus id quod communicat ratio planè eadem, quæ causæ erga rem compositam, & exempli alicuius imaginis erga ipsam imaginem, eiusq́; quod agendi uim habet aduersus id quod patitur.

uerùm in quo maximè quod est per se, in eodemq́; statu semper, ab eo quod per aliud est, nec unquam seruat unum tenorem, differt, hoc inuenitur: illud nunquam fuit, nec erit in ijs quæ non sunt: & idcirco uerè omninoq; est in ijs quæ sunt: hoc ne eatenus quidem stabile firmumq́; est, quatenus ei contigit in partem aliquam naturæ alterius beneficio uenire, sed propter imbecillitatem sæpius è statu suo dimouetur. Cuius rei causa est, materia sæpe formam excutiens motu lubrico, quæ ut afficiatur sæpius, muteturq́; in uarias imagines, natura diuersas, quod ad formam attinet, comparata est: adeo ut multum agitetur ac fluctuet. Ergo quemadmodum is qui negat imaginem Platonis loco Platonis accipiendam, non ei sensum & locum in rebus, quâ est imago, adimit: sed ostendit interesse quidpiam inter id quod per se constat, & quod ad eius similitudinem expressum factumq́; erat: sic neq; naturam, nec usum rerum, nec hominum sensum euertunt, qui unumquenq; nostrum communis cuiusdam naturæ participatione quam idæam uocant factum, eius rei appellant imaginem, quæ in ortu nostro illam similitudinem præbuit. Non enim qui negat ferrum candens idem esse quod ignem, aut lunam quod solẽ, sed aliud quiddã hanc dicit, uerbi causa,

Nocte

Nocte ſolum peragens alieno lumine lumen: ut inquit Parmenides, non inquam tollit uſum ferri, lunæ'ue naturam. Qui autem negat eam eſſe corpus præditum lumine, is iam pugnat cum ſenſibus, æquè atque ille, qui corpus & animal, ortum ſenſumq; nullum relinquit. Iſta uerò qui eſſe ſuſpicatur, qua participant in aliquo, uidetq; quantum ab eo quod ſemper eſt, quodq; eis præbet ut ſint in rerum natura, ſuperentur, non id aſpernatur quod cadit ſub ſenſum, ſed eò ducit inferius, quòd ſola mente comprehenditur: nec eas tollit affectiones quæ in nobis cernũtur & exiſtũt. ſed eſſe alia ijs firmiora & diuturniori natura quòd nec oriuntur, nec intereunt, nec accipiunt, nec patiuntur quicquam, probat ex conſequentibus, & meliori fide uerborum differentiæ manũ admolitus, docet hæc appellanda eſſe eorũ quæ ſunt nomine, illa eorũ quæ fiunt. Quod & illo recentioribus pleriſq; uſu uenit. Multas enim res, magniq; momenti, eius quod eſt appellatione ſpoliant: inane, tempus, locum, genus deniq; totum eorum de quibus diſputari ſolet, ſub quo etiam quæ uera ſunt continentur: quædam enim ex his ita in rebus numerari cenſent, ut etiam re uera ſint, quædam non eſſe arbitrantur: quibus tamen perinde quaſi conſtent ui ſua & cohæreant, in uſum adhibitis

ſuum, uitam philoſophando tranſigunt. Sed ex ipſo aduerſario lubet quærere, an & ipſi in rebus à ſe conſtitutis non obſeruant & perſpiciunt hoc diſcrimen eſſe, nonnulla quæ fixa ſunt & non mutabilia natura? ut aiunt atomos, tum quia ſint ab omni affectione uiq; aduentitia immunes: tum quia ſolidæ, perpetuis ſeculis in eodem ſtatu permanere: contrà uerò quicquid ex eis conflatum ſit, in fluxu & mutatione uerſari, & quoad fiunt & intereunt ſolum eſſe, ſexcentis ſimulacris abſque intermiſſione dilabentibus à re quaque, & effluentibus: ſexcentis item alijs (ut eſt
* conſentaneum) ex aëre circunfuſo affluentibus, & coagmentationes molesq; totius rei complentibus quaſi lacunas, re ſæpius in faciem nouam huius ſucceſſionis opera mutata, & multiplici permixtione uariata: quia ſcilicet, quæ in imo
* fundo receſſuq; ultimo concretionis cuiuſque atomi latent, abſtinere nunquam poſſunt à motu, colliſione, uibrationeq; mutua, ut dicunt ipſi. Cæterùm eſt in rebus, inquient, hæc naturæ diſcrepantia, tamen Platone ſapientior Epicurus eo nomine quod æquè omnia in ijs numeret quæ ſunt, tam inane illud non tractabile, quàm corpus ſolidum, quod alteri ſemper obnititur ſua duricie, tum princi-
* pia, & concretiones. Qui cùm id quod ſempiter-

num

num eſt, ne in ſubſtantia quidem, quæ communis eſt omnibus natura conſtantibus, loci habere quicquam exiſtimet, uocat eum in reprehenſionem, qui rebus aliquando natis ſempiterna præponit: & intereuntibus eas naturas quæ nulla ui aduentitia premuntur: & eas quæ diuturnitate ac firmitudine ſemper ſibi conſtant neque mutari, nec deleri unquam, aut è numero rerum excidere poſſunt, his ducit præſtabiliores quæ quia perpeſſioni ac mutationi patent, quoad in rerum natura ſunt, nunquam in ſtatu eodem manent: ſed ut maxime in his exponendis abſque controuerſia ſit erratum à Platone, debuit reus poſtulari confuſionis uerborum ab iſtis præſertim qui tam accuratè loquuntur Græcè, tamq; ſyncero dicendi genere utuntur: non eo crimine, quòd res ipſas funditus perdat, nosq; uita exuat, notari. Nempe quod ea quæ fiunt, non quæ ſunt, quemadmodum hi uocant, appellauit. Quoniam autem defenſione Socratis qui Parmenidem conſequebatur proxime, ſuperſederamus, etiam huius cauſa ſuſcipienda eſt. Colotes hic ſtatim à ſacra linea mouet teſſeram: cumq; expoſuiſſet, quod Chærephon dei reſponſum de Socrate retulit à Delphis, oraculum illud inquam omnibus notum his uerbis illud repudiat: Fabulam illam de Chærephonte, quia

Vide Pollucé in Chiliad. Eraſ. in Prouerb. Sacra linea.

 prorſus

prorſus eſt inſidioſa, fallax, & importuna ſilentio prætermittemus. Nempe igitur importunus eſt Plato, qui oraculum hoc literis mandarit? Vt nihil de cæteris dicam importuniores Lacedæmonij, qui oraculum de Lycurgo proditum in antiquiſsimis tabulis exaratum & conditum aſſeruant. Captioſa erat Themiſtoclis interpretatio: qua cum Athenienſes ut urbem relinquerent, naues conſcenderent, impuliſſet: nauali prælio Barbarum illum regem profligauit. Importuni putidiq́; Græciæ legumlatores, qui maxima plurimaq́; ſacra iuſſu & authoritate Pythij Apollinis primum inſtituerunt. Quòd ſi oraculum quo eſt pronuntiatum eſſe ſapientem Socratem, (quem uirum conſtat inflatu diuino incitatum ad uirtutem fuiſſe,) tum eſt putidum & inſolens, tum captioſum & appoſitum ad fallendum: qua tandem uoce, pro eo ac indignitas rei poſtulat, fremitus, ululatus, plauſus, uenerationes, obteſtationes ueſtras deſignabimus? quibus & nos ad uoluptatem impellitis, & eum qui author eſt atque hortatur, ut nullum tempus ab earum perceptione uacuum tranſmittamus, diuinis laudibus celebratis: qui in ea quam ad Anaxarchum ſcripſit epiſtola ſcribit hunc in modum: Ego uerò cenſeo te addicas uoluptatibus perpetuò idemq́; moneo, ne uirtutes futiles,

Lego σεβάσεις, ut infrà.

futiles, irritas, impeditas ſpe fructus percipiendi turbulenta, conſectere. Nihilo tamen ſecius Metrodorus ad præclara ſtudia incitans Timarchum inquit: Cumulemus ſemper aliquod facinus pulchro facinore, ingreßi propemodum pari ſtudio quo ille princeps philoſophorum, ut expediti hac terrena ſordidaq; uita, in ipſa penetralia ſacrorum Epicuri & orgyorum, quæ ſunt uerè diuinitus prodita, euadamus. Colotes ipſe cùm audiret Epicurum uerba de natura facientem, ſubito ei ad genua accidit. Quid quòd Epicurus glorians his uerbis utitur? Tibi uerò, ut qui ueneratione proſequebare quæ à nobis tum dicebantur, cupiditas ualde abhorrens à ratione explorata naturæ inceßit, meis genibus applicari & aduolui, nec ullum genus honoris, precationis, cultus omittere, quo qui furoris afflatu tenentur uti ſolent: quo facto nos impuliſti, ut te uicißim ſanctè coloremus & ueneratione proſequeremur. Quid ergo mirum eſſe quoſdam qui dicant, neminem reperiri qui nolit eius ſpectaculi expreſſam in tabula imaginem pretio quouis redimere, quo intueretur alterum ad genua procidentem & prehenſantem, alterum contrà ſupplicantem & ado rantem? Ex quo obſequio tamen Colotes, licet apte inſtituto ad aſſentationem, fructum pro eo

ac merebatur non percepit. Non enim declaratus est ſapiens, ſed tantum ait: Immortalem te eſſe qua inambulas ſcito, immortalesq; uos ducito. Talium uerborum, motuum, perturbationum, ſibi conſcij importunos uocant cæteros. Et uerò Colotes his fundamentis de miniſterio ſenſuum pulchrè ſapienterq; iactis (Nos quidem frumento in cibum utimur, non fœno: & traijcimus maiores fluuios nauibus: cùm eò redierint, ut facilè transmittentur, pedibus) emittit ad extremum hanc uocem: Tu te Socrates ad oſtentationem & iactationem dicendo diſſerendoq;, comparaſti: tuus ſermo apud familiares cum factis pugnabat. Quid ni arrogans oratio Socratis, ſe nihil ſcire dicentis, ſed quotidie doctiorem fieri, uerum indagare? Si incidiſſes, Colota, in huiuſmodi Socratis uoces, cuiuſmodi ſunt quæ ſcribit Epicurus ad Idomenem: Quare mittito ad nos primitias, quibus ſacroſanctum corpus noſtrum curemus: idq; tam nomine tuo, quàm liberorum. quibus demum uerbis atrocioribus & magis inhumanis uterere? Iam orationem Socratis cum uita pugnaſſe, tibi mirum in modum quæ ad Delium geſsit ſuffragantur, & ad Potidæam, quæ ſub triginta Tyrannis: tum qualem ſe præbuit aduerſus Archelaum, atq; populum Athenienſem: tum uiri mors: an non iſta ſermonibus*

monibus

monibus à Socrate habitis congruentia? Ita demum, ne diutius erres, apertè Socrates ut is cuius oratio discreparet à factis, conuinceretur, si ultimo bonorum in uita uoluptaria posito, uixisset, quemadmodum uixit, hæc ad contumelias uerborum. Quemadmodum autem ipse qui alios in crimem uocat, religionis uiolatæ, ut intestabiles & sacros, eiusdem criminis contagione imbutus sit, non perspicit. Vnum hoc Epicuri Decretorum est: Neminem esse cui persuadeatur ita quicquam, ut de sententia deduci nunquam poßit, nisi sapientem. Ergo cùm sapiens non fuerit Colotes, etiam perfunctus illis uenerationibus, eat nunc & præclaras illas quæstiones sciscitetur: Qui dum uescitur cibo, non autem ori fœnum admouet uir tam deditus uirtuti? quamobrem induit corpus ueste potius quàm columnam, quando nec cibum esse cibum, nec pallium esse pallium, explorata & non mutabili opinione induxit in animum? Hæc tamen si facit, siq; fluuios qui magni sunt pedibus non transmittit, fugit serpentes, & lupos, non eam ob causam quòd unumquodq; horum aliter esse ac uidetur haud mutabili persuasione credit: uerùm quia eius quod uidetur, cùm hæc agit, solùm habet rationem: ne Socrati quidem obstare debet illa quam de sensuum infirmitate concepit,

opinio,

opinio, quo minus ijs quæ apparent æquè utatur atque ille. Non enim propterea Colotæ uisus est panis esse panis, quòd cælitus missas illas regulas Epicuri legerat: nec interea Socrates uanitate et impudentia quadam elatus, panem esse fœnum, aut fœnum esse panem cogitatione sibi finxit. Decreta rationesq́;, quibus sapientes isti utuntur longe meliora sunt nostris: at sentiendi, & impressas rerum imagines recipiendi, omnibus est communis affectio, quam inchoant, & absoluunt causæ penitus expertes intelligentiæ. Illa uerò disputatio, qua sensus ad fidem faciendam, tum ineptos, tum minus firmos esse ostenditur nequaquam prohibet, quo minus quale est quidque nobis tale uideatur: Sed cùm eorum opera in actionibus, prout res quæ obijcitur mouet, usi fuerimus, uetátne ijs, ut ex parte ueris & stabilibus fidem habeamus. Satis est, eis, credere quoad necesse & commodum fuerit, quia quod præstabilius firmiusq́ue sit, nihil in eis est. Scientiam ullius rei, certámue cognitionem, ad quam homines imbuti præceptis Philosophiæ semper aspirant, suppeditare nullus sensuum potest. Cæterùm de his alio rursus loco dicendi materiam præbebit Colotes: quippe qui pluribus idem crimen hoc intentauit: quo loco mirificè Socratem irridet, insulsitatisq́;
damnat

damnat quærentem quid homo ſit, gloriantem (ut inquit) ſe neſcire quid ſit: facilè apparet, ipſum de ea re nunquam diligentius paulo cogitaſſe. Atqui Heraclitus quaſi magno & nobili facinore functus, Ego memet, inquit, quærere cœpi. Nec in Delphici Apollinis æde ullum aliud eo ſcripto diuinius habetur, NOSCE TEIPSVM: quod quidem Socrati, ut hunc in modum anquireret, dubitaretq́; cauſam præbuit, ut Ariſtoteles in libro de Placitis Platonis ſcriptum reliquit. Colotæ tamen ridiculum uidetur de eo quærere. Cur & ſuum præceptorem in eodem crimine deprehenſum, ſicubi de natura uiq́; animæ, de totius rei iam coagmentatæ primordio ſcribit, aut diſſerit, ludibrio non habet? Nam ſi id quod conflatum ex utroq; eſt, ut cenſent ipſi, ex anima inquam & corpore, quod certo modo habitum ſit, eſt homo, quiſquis animæ naturam diligentius exquirit, hominis naturam perueſtigat, exorſus à principio cauſaq́; potiori. Cuius uim explicari nunquam poſſe diſſerendo, nec cogitatione percipi, neq; ſenſus beneficio teneri, non ex diſciplina Socratis, Sophiſtæ audacis, fronteq́; perfricta ſupra modum arrogantis, ſed ex horum ſapientum inſtitutis in noſtrum uſum transferamus licet. Nanq; naturam animi, qua ex parte functiones

in corpore habet,quarum ui calorem, molliciem, certum tenorem huic præbet & firmitudinem, ex quopiam quod eſt calidum, animabile, atq; aëreum conglutinantes, ad principalem eius naturam non pertingunt,ſed onere uicti manus dant. Vim eam, qua iudicat, meminit, amat, odit, ſapit deniq; ac intelligit ex quadam qualitate quæ minime nominari poteſt, in corpore dicit exiſtere. Totum iſtud, MINIME NOMINARI, *apertam eſſe confeßionem ignorantiæ, cuius eos ipſos piget,pudetq;,quando ſe non reperire nomen rei dictitant, quam intelligendo aſſequi non poſſunt, nos quidem haud fugit. Nihilo ſecius condonabitur iſtud etiam, ut ſolent dicere. Quantum enim apparet, non leue id, contemnendumq; eſt, nec promptum,ut à quouis è Plebe intelligi queat, ſed abdidit ſe in locum ſpinoſißimum ad quem nullus patet aditus, ſeq; mirificè occultauit ſi quidem nullum è tot nominibus explanationi eius aptum & congruens eſt. Nihil eſt ergo quod Socratem inſulſum iudices, operam in eo ponentem ut ſeipſum quærat. Sed omnes qui aliud quicquam quærere instituunt, antequam de iſto ponant quæſtionem: cuius cognitio neceſſaria cùm ſit, naturam inuenire uſq; eò arduum ſit. Non enim facilè ſperabit alterius ſe cuiuſq; rei poſſe*

ſcient

ſcientiam tenere, cuius notitiam quod in ipſo præcipuum maximèq; eximium eſt, fugerit. Verùm ut demus ei nihil æquè inutile importunumq; eſſe, ac ſeipſum indagari: ſciſcitemur ſanè, Quæ tandem iſta uitæ confuſio? aut, Quî dum in uita durare non is poteſt, qui ſuam forte naturam ſecum expendit hunc in modum? Age quis tandem ſum, qui hìc conſedi? utrum quædam concretio, quæ ſit facta ex permiſtione animi & corporis? an potius nihil aliud quàm ipſe animus utens miniſterio corporis? quemadmodum eques ille eſt, qui utitur equo, non quædam moles ex homine conflata & equo? an uis illa cuiuſque, quæ principatum in nobis obtinet, qua ſapimus, intelligimus, agimus, is eſt quiſq; noſtrum, ita ut cætera omnia ſint particulæ quædam animi quæ in corpore ut inſtrumenta ſeruiunt huic facultati? An nulla prorſus natura eſt animi eſſentiæq;, ſed corpus ita temperatum eſt, ut ſua ſponte uim habeat intelligendi, ſpirandiq;? At enim Socrates uitam non eripit his indagandis de quibus Phyſici omnes ponunt quæſtionem: cæterùm illa in Phædro quæ maximè intolerabilia ſint rerumq; omnium ſtatum conuellant reperiuntur, cùm idem cenſet ſibi ſe inueſtigandum eſſe, utrum ſit fera multo aſtutior uerſatiliorq; Typhone multoq; magis inflamm

flammata & elata: an sit animal diuinæ cuiusdā sortis communione, quā nulla suspicio fastus attingat, diuinitatis natura particeps. At his cogitationibus nō uitam sustulit, sed audaciam cæcam & attonitam, nec non arrogantiam è uita expulit: tum uoces odiosas, tinnulas, nimis magnificas, omnemq; iactationem: Ista enim sunt Typhon ille & fastus, quem uobis plurimū indidit præceptor, cùm aduersus deos hominesq; diuinos ita præliatur. Post Socratem & Platonem oppugnatur Stilpho, ac uera eius decreta sermonesq;, (quibus laudem sibi peperit: ornamentum patriæ, amicis, regibus, qui eum impense coluerunt, attulit) nullo modo literis mandauit Colotes: nec eius magnitudinem animi, coniunctam lenitati & æquanimitati: unius autem dicti mentione facta, quod ciens risum & ludens obiecerat sophistis sui temporis: nec tamen eo reprehenso nec refutato, qua ex parte quiddam habet simile ueri, tragœdias excitat in Stilphonem, uitam eius oratione labefactari inquiens, cùm alterum de altero nunquam nisi temerè dici autumat. Vitæ enim quæ spes relinquitur nobis, si hominem bonum non licet dicere, nec hominem esse imperatorem: sed suo quidq; loco separatum: Homo est homo, Bonum est bonum, Imperator est imperator? Nec equitum

decem

decem millia, nec urbem munitam: ſed equites eſſe equites, dena millia eſſe dena millia: itemq́; in cæteris. Cui tandem iſta ut deterius uiueret cauſam præbuerunt? Quis cùm audit ea non intelligit eſſe orationem hominis eruditè iocantis, & feſtiuè? aut exercitationis gratia hæc in medium proponi ad diſcernendum? Non eſt intolerandum facinus Colota, ne hominem bonum dicamus prohibere, aut equitum decem millia: ſed ne Deũm pronuntiemus Deum aut cenſeamus: quod facitis, qui neq; Iouis Natalitij, nec Cereris Legiferæ, neq; Neptuni Satoris numen uultis agnoſcere? Iſta diſtinctio uerborum fallax eſt & malitioſa, uitamq́; contemptionis uerborum & ſceleratæ audaciæ plenam reddit, quando nomina cum deorum maieſtate coniuncta eis ui detrahentes, eadem opera conuellitis ſacra, ceremonias arcanas, pompas, dies feſtos. Nam cui primordia rei diuinæ in ara exhibebimus? cui uota pro ſalute nuncupabimus, aut perſoluemus? Quomodo agitabimus Phoſphoria, Bacchanalia, ſacrorum in nuptijs prima tyrocinia, ſi nullum relinquimus Bacchanalis numen, nullos luciferos, nullos qui præſtent ut auſpicato quæ facimus, faciamus: nullos Soſpitatores. Hæc enim res præcipuas momentiq́; maximi tangunt, earumq́; firmitudinem ten-

tant: nec in uocibus nescio quibus aut uerborum compositione, aut nominum usurpatione, sed in rebus ipsis uersatur ista fallacia. Quòd si error etiam in uerbis omnem uitam euertit funditus, quis est usquam gentium qui magis in usu loquendi quàm uos peccet? Genus uerborum, quæ profamur, tanquam fundamentum orationi subijcitis, tamen uoces penitus è medio tollitis: ijdem rebus fortuitis locum in natura solum relinquitis: res interiectas quasi in anchoris stent, fluctuantes, quibus ferè omnes perceptiones fiunt: tum cognitiones, prænotiones, intelligentias, appetitiones, assensiones, usquam esse negatis omnino: uerùm ut pro Stilphone respondeam, hoc modo res se habet. Si equo, inquit, uerbum currit attribuimus, quod dicitur non erit idem cum eo de quo dicitur: sed alia est ratio definitioq; hominis, boni alia. Rursus equum esse, differt ab eo quod est currere: cùm enim utrumuis horum iubemur definitione explicare, non una & eadem describimus utrunque: quo fit, inquit, ut errore ducantur qui de altero quicquam enuntiant. Etenim si bonum est idem cum homine, aut cum equo res subiecta currendi uerbo, quidni etiam bonum dicetur idem esse cum cibo & pharmaco? atque adeo cum leone & cane ipsum currere uicissim? Sin autem

σαλεύομαι, id est, σαλεύοντα.

quod

quod de alio dicitur cum eo non eſt idem, de quo dicitur, uide ne haud uerum ſit, hominem dicere bonum, aut equum currere. Demus hoc loco grauiter impegiſſe Stilphonem, ea quæ ſunt in ſubiecto, aut de ſubiecto dicuntur, negantem cum ſubiecto penitus copulari: & exiſtimantem, nullum ex eis (niſi cum eo de quo dicitur planè idem ſit) de alio dici, nec attribui ſubiecto debere quicquam quod accidentis inſtar obtineat: tamen facile apparet hominem uerborum tendiculis eſſe paulisper litigioſum, & argutijs quibuſdam exagitari uſitatum dicendi morem, non de ſuo ſtatu dimouere uitam, nec ipſas res. Colotes reprehenſione priſcorum perfunctus ſe conuertit ad philoſophos ſui ſæculi, nec tamen cuiuſquam eorum nomen adſcripſit. Atqui hos refutare nominé citato fuit uerum, aut ne priſcos quidem nominare, Quando autem tot locis Socratem, Platonem, Parmenidem ſtilo ſubiecit, perſpicuum euadit, coërcitum metu eum à uiuis abſtinuiſſe, non eis honoris cauſa peperciſſe, quem uiris longe nobilioribus minime detulit. Conſilium eſt eius, quantum ſuſpicor, Cyrenaicos refellere priores, tum Arceſilam Academicum ſecundo loco. Hic is erat qui ſuam aſſenſionem in re quaque ſuſtineret. Illi, cùm affectiones & uiſa interius in ſe *

ipsis abdidissent, negabant in ea quæ ex ijs nascitur approbatione satis esse præsidij ad assequendam solidam rerum cognitionem, ita relictus, uelut in obsidione fit, ijs quæ extra sunt, se intra mœnia ipsarum affectionum recipientes ijs quæ * *proximè nos tangunt adijciunt,* VIDETVR. *De ijs uerò quæ sunt extra nos, & cadunt sub sensum, non item ipsum* EST *pronuntiant. Quamobrem ait Colotes eos uitam degere nequire, aut rebus uti. Deinde mordens comicè, isti hominem, inquit, & equum, & murum sermone non usurpant: uerùm sibi muralem imprimi speciem, aut equinã, aut humanam dicunt. Quibus nominibus ad instar sycophantarum malitiose utitur: Haud negarim ex eorum uerbis opinionem hanc consequi: tamen debuit eisdem uerbis sententiam ipsorum super ea re exponere. Nam dicunt quidpiam dulcescere, exacerbari, illuminari, tenebrescere, ita ut singulæ horum affectionum sibi coniunctam, usque adhærentem, in se contineant actionem suam. Mel autem esse dulce, ramum oleaginum amarum, grandinem frigidam, temetum calidum, noctem tenebricosam, refelli testimonijs multorum huic iudicio repugnantium, tam ferarum & aliorum animalium, quàm hominum: Cùm alij mel auersentur, alij succum lignorum*

Ficta uocabula Græcè, τοιχοῦσθαι, ἀνθρωποῦσθαι, ἱπποῦσθαι.

oleæ gustent cupidè, aut urantur grandine, aut refrigerentur uino, aut caligent in sole, aut perspicaces noctu sint. Itaque cùm persistit in affectionibus, uel ultra progreditur opinio, facile se ipsam tuetur ne decipi queat: cùm extra suos fines euagatur, & iudicare, sententiamq; de ijs quæ extra sunt (ultra modum curiosa) ferre nititur, sæpius turbat sese, aduersaturq; alijs, quos eædem qualitates contrario modo afficiunt, & imaginibus admodum diuersis percellunt. Sed Colotæ idem error aciem præstringere uidetur, qui pueros recens literarum cognitione imbutos tenet. Hi enim formulas literarum in tabulis exaratas uti recognoscant assuefacti, si eas alibi uspiam scriptas uiderint, perturbati & incerti ambigunt: ita Colotes quæ in Epicuri scriptis amplectitur, probat, admiratur: eadem cùm ab alijs dicuntur, nec intelligit nec agnoscit. Epicurei cùm dictitant quoties incurrit in sensum alicuius nostrum imago rotunda, tum alia inflexa, sensui quidē ueram speciem imprimi, non tamen de eo quod præbuit eam speciem ultra quicquā decernere sinunt: nempe arcem rotundam esse, aut remū inflexum, suas affectiones suaq; uisa confirmant: ac ea quæ extra sensum posita, hanc speciem attulerunt, isto modo affecta esse, scilicet uolunt inficiari. Vt

ergo Cyrenaicis, equinam sibi speciem aut muralem obiici, dicendum est, non equum, nec parietem esse quidpiam, sic Epicurei, rotundari aspectum & imbui quadam specie inflexa, non remum inflexum aut arcem rotundam esse, dicant necesse est. Nam simulachrum quo feritur & afficitur aspectus, est inflexum: remus, à quo promanat illud simulachrum, non item. Itaq; cùm inter affectionem illam, & subiectam extrinsecus rem plurimum intersit, aut in ea motione diiudicanda consistere opinionem, uel ultra progredi oportet: aut si, postquam sibi uideri quicquam opinio pronuntiauit esse sic reuera, quæ posita sunt extra sensum insuper pronuntiant, futurum est ut in manifesto errore teneantur. Quod uerò clamat & sensuum nomine, quos uult propugnare his tantopere irascitur, quoniam non dicunt id quod extra sensum est calidum esse, sed huiusmodi affectionem extitisse in sensu, improbè facit: Quid enim inter hanc orationem, & illam de gustu interest? Non censet id, quod subiectum extrinsecus est, esse dulce: uerùm affectionem & motionem talem gustatui obiectam fuisse? Insuper ei qui ad se accidisse speciem humanam dicit, sed num homo sit nec'ne, iudicare sensu se haud posse, quis præbuit occasionem ita sentiendi? Nónne ij qui

dicunt

dicunt se informare uisum rei in speciem curuæ, id autem esse curuum quod obijcitur, aspectum minimè iam statuere nec rotundum quidpiam esse, uerùm informatam esse animo uisa recipiente umbram & figuram, quæ rotunda uideatur? Demus ista, inquies: at enim ubi accessero ad arcem propius, aut remum tetigero, nil cunctatus pronuntiabo hunc esse rectum illam multis angulis præditam: Cyrenaicus uerò, quamuis prope admotus, sibi uideri, ita apparare, non præterea quicquam, fatebitur. Sanè uerò melius quàm tu, bone uir, quid aptum & congruens proposito sit perspiciens, ita censet: hocq; sedulo tuetur: Omnem uisionem æquabiliter esse fidelem, quoad suis finibus continetur, si alias res quàm se ipsam complectitur, nullo modo exploratum est cuiusmodi sit, uerùm æquè declinat in utranque partem. Interea conuulsa est euersaq; opinio tua, sensus omnes esse ueros, nullum dubia fide, aut falsum, si quidem censes, cùm hi proxime rem admotam percipiant, iam de ea pronuntiandum: illis uerò, qui longo interuallo à re distant, nisi quatenus afficiuntur, nullam fidem esse habendam. Enimuero si proximè sensus admoti, longiusq; distantes, ualent perinde ad faciendam fidem, aut omnibus eorum perceptionibus ex æquo est assentiendum, aut

neque in his quæ fiunt re propius admota, quod obijcitur sic esse statuendum, quando falsum est, existere quicquam in affectione discriminis, cùm absumus longius & accessimus propius, propterea quod uisum aut perceptio sensus una nunquam sit euidentior quàm altera: quo fit, ut illa contraria (quæ uocant) multorum testimonia, non à sensu proficiscantur, sed ab opinione. Cùm igitur nos iubent arbitratu horum testimoniorum, de rebus extra sensum positis in alteram partem statuere: opinionis iudicio sic esse quidpiam intelligi, sensus uerò affectione uideri quidpiam existimantes munus iudicandi & cognoscendi ab eo quod uerum omnibus modis est, ad id transferunt quod sæpenumero labascit & intercidit. Quid autem opus est in præsentia, quàm hæc plena sint cõfusionis, quantum à se ipsa dissentiant explicare? Ad Arcesilam nunc uenio, cuius gloria non mediocrem dolorem quantum apparet, Epicuro attulit, unum qui ea tempestate unus omnium Philosophorum maximè diligebatur. Hunc ait, de suo nihil proferentem ea opinione imbuisse homines illiteratos, uti se literatum, omniq; doctrina liberali excultum esse existimarent. Cæterùm Arcesilas gloriam nouitatis adeo non consectabatur, nec inuenta priscorum uenditabat pro suis, ut etiam à Sophistis*

*Nempe sensu, ut Epicurei uolunt.

sui

ſui ſæculi reprehenſus ſit eo nomine, quòd Socrati, Platoni, Parmenidi, Heraclito, ſententiam illam de ſuſtinenda aſſenſione, tum nihil percipi (quam Græci ἀκαταληψίαν uocant,) quaſi labẽ inurens, aſcripſit, de quibus illi nunquam cogitarint, ſed autoritate hominum laude florentium, ad ea confirmanda & ſtabilienda uelutq́; in præſidio collocanda, ſic uoluit uti. Gratia quidem habenda eſt Colotæ de iſto, tum ei, quiſquis Academicam rationem philoſophandi ab antiquitate illa perueniſſe ad Arceſilam ſenſerit. Aſſertionis uerò in re omni retentionem ne illi quidem potuere, qui plurimum in eo deſudarunt, eamq́; libris editis, ac diſputationibus multis exagitarunt, loco pellere: ſed cùm parum ſucccederet, ad extremum illam Stoicorum ἀπραξίαν, id eſt, inertiam, eis tanquam Meduſæ caput intentantes, dederunt manus. Quibus omnia expertis, omnemq́; mouentibus lapidem, non paruit appetitio, ut abiret in aſſenſionem, uel ſenſum, ut ſuæ declinationis impetusq́; primum incitamentum agnouit: ſed eam ſibi ducem ad actiones ſatis idoneam eſſe, nec pati, ut loco ſit acceſsionis, perſpicuum euaſit. Aequum enim aduerſus illos hi certamen inſtituunt.

ἐποχή. M.Cic. lib. 4. Academicarũ quæſt.

Qualia dicta dabis, reddentur talia contra.

Iam uerò Colotes meo quidem iudicio, cùm audit quæ subtiliter disputantur de appetitione & assensione, asinus lyram audit: At eorum qui huius disciplinæ sunt æmuli, & ista cognouerunt, hæc esse solet oratio: Cùm tres animi functiones sint, uisa capiendi, appetendi, assentiendi, impulsionem qua uisa recipimus, quamuis id enitamur, non possumus eximere. Sed cùm incurrimus in ipsas res, quin aliquo simulachro feriamur, et ab eis aliquid recipiamus, facere nequimus. Tum etiam fit, ut appetendi uis ad ea quæ sibi cognata sunt, ab altera facultate quæ uisa recipit excitata, hominem facto quasi nutu & lapsu eius partis, quæ præcipua in animo est, ad actiones impellat obeundas. Itaq; non præripiunt locum his functionibus, qui suam sententiam in quauis re cohibent, sed utuntur appetitione ad id naturaliter ducente, quod aptum & cognatum uidetur. Quid ergo est quod solum fugiunt? Id scilicet, in quo solo mendacium & error nascitur. Opinari, inquam, & assensionem ulli rei adiungere recusant: qua qui utitur, desperatione uirium suarum, eius quod in speciem apparet ductum sequitur: nec in ea quicquam inest commodi. Nam actio his duobus absoluitur, eius quod est cognatum uisione, & impulsione ad id quod semel uisum fuerit cognatum,

tum,

tum, quorum neutrum cum aſſertionis retentione pugnat: quia non à uiſione aut impulſione, ſed ab opinatione nos eorũ abducit oratio. Si quando igitur quod eſt ſuaue, cognatum uidebitur, ut ad illud incitemur & feramur nihil opus eſt opinione, ſed ſtatim offert ſe appetitio, quæ motus eſt animi & incitatio. Quin & iſtorum ſententia modò uigeat in nobis ſenſus, beneq; corpus habitum ſit, uoluptatem bonum eſſe apparebit: ac proinde qui ſuam aſſertionem ſuſtinet, ei bonum apparebit. Eſt enim ſenſus particeps, idemq; conflatus ex carne, idem ſimul ac bonum uiſione complexus eſt, appetit, eoq; aſpirat, enixè dans operam ne ſibi, quod eſt proprium, elabatur è manibus: né ue unquam ab eo ſegregetur quoad eius fieri poteſt: nulla ui geometrica, ſed naturali tractus: adeo ut motiones illæ præclaræ, lenes, tractabiles, propitiæ corporis uiſa nullo præceptore edoctos ſua ſponte alliciant, ut aiunt iſti: quibus inſuper eum qui minimè uult uideri, quiq; ſedulo negat, tamen flecti & ſubiugari putant. At enim, quî tandem accidit, ut qui aſſertionem retinet in balneum eat non ad montem curſu contendat? quia dum ei uenit in mentem cùm exurrexit, in forum cogitarit proficiſci, ad ianuam rectà pergere, non ad parietem? Túne iſtud ex me ſciſcitaris, qui domicilia

micilia sensuum esse firma, uisiones ueras & fideles ais? Nempe quia uidetur eis balneum, non esse mons, uerùm balneum: nec ianua esse paries, uerùm ianua: itemq; in cæteris. Institutum enim sustinendæ assertionis non euertit sensus, nec affectionibus & motionibus illis, ope nulla rationis genitis, affert eam commutationem, quæ uim recipiendi uisa de gradu deijciat & turbet. sed opinionibus in rerum natura locum denegat: cætera, pro eo ac natura cuiusq; postulat in usum suum conuertit. At fieri non potest, inquies, ut assensionem ab euidenti aliqua re cohibeamus: siquidem longè absurdius est, ea negare quibus omnino tribuitur fides, quàm neq; negare, neq; ponere. Quis demum ea quæ creduntur de statu dimouet? quis pugnat cum euidentibus? Ii profectò qui tollunt diuinationem, non cognoscant prouidentiam deorum, negant animatum esse solem & lunam, quibus omnes mortales sacrificia, cultum, preces, uenerationem exhibent. Nomine liberorum saluti prospicere parẽtes naturæ instinctu quod omnium consensu approbatur, uos euertitis? Nónne ijdem pronunciatis, inter uoluptatem & dolorem nihil esse medium, contra sensum communem? eos lætari quos haud urgeat dolor, affici dolore nisi lætetur, dictitantes? Iam ut reliqua prætermittam,

* quid

quid euidentius & certius, quàm hominis aſpectum & auditum, in acrioribus morbis quos atra bilis excitat, obtundi & deprauari, cùm huiuſmodi perturbatio mentem concuſsit?

En mihi furiæ incinctæ facibus,
Nigro tegmine pullatæ, oculos
Flamma effodiunt, matremq́; ſinu
Ardente fouent.

Hæc aliaq́; multo atrociora & mirabilibus portentis illis Empedoclis paria, (ſemibubus, inquam, humana facie, ac ueſtigijs errabundis) omnemq́; ſpeciem & monſtruoſam naturā in unum coaceruantes ex inſomnijs & delyrationibus, negant in horum ullo aſpectum daprauari, falli, ſibi repugnare: ſed uiſiones has omnes ueras eſſe, ſolida, formasq́; ab aere circunfuſo in aſpectum cæterosq́; ſenſus peruenire aſſerunt. Quid ergo uſquam reperias à quo ſuſpendere non licet aſſenſionem, ſi hæc uera eſſe perſuaderi cuiquam poteſt? Quando enim eiuſmodi ſimulachra & ludibria ſerio eſſe ſtatuunt qualia nemo fictor perſonarum, nemo figulus, rerúmue admirabilium artifex, nemo deniq; pictor quamuis ingenioſus, unquam auſus eſt operi ſuo fallendi gratia adhibere. Imò niſi hæc reuera eſſent nihil cui credas, quod firmum certumq́; ſit, aut de quo uerè iudices, relinqui aſſerunt:

ſerunt: illi ipſi ſtuporem & tenebras omnibus rebus inducunt: metum cuiuſq; iudicio afferunt, & actionibus ſiniſtram ſuſpicionem: ſi quæ perficiuntur, quæ approbantur, quæ nota & familiaria nobis ſunt, quæ quotidie uerſantur in manibus, eadẽ firmitudine (quod ad uiſionẽ attinet & fidem) nituntur, qua illa ſpectra quæ furioſo offeruntur, quæ obſcœna ſunt & à naturæ inſtituto abhorrentia: Nam æquabilitas illa, quam omnibus quæ uſurpantur opinione uolunt quadrare, potius fidem detrahit nouæ inauditæq; ſententiæ, quàm conciliat. Hinc eſſe factum ſcimus, ut Philoſophorum non nemo libentius fuerit affirmaturus uiſionem prorſus nullam eſſe ueracem, quàm omnes æquabiliter niti uero: potiusq; nec cuiquam homini in quem haud incidiſſet, nec rei, nec orationi penitus crediturum, quàm ſibi, uel unam modo earum uiſionum eſſe ueram & ſolidam perſuaſurum, quas furioſi, aut numine afflati, aut dormientes imbuunt. Quare ſi multa ſunt quæ partim licet tollere, partim uocare in dubitationem haud licet, hæc una oratio tam ſibi repugnans, ut aliud nihil ſit quod eis obijciatur, facile declarat iſtorum peruerſitatẽ & ſtuporẽ in rebus dijudicandis: nec ſynceri ab eis quicquam proferri, ſed omnia plena tenebrarum & tumultus. Infinitas quidẽ illa mundorum,

dorum, & natura iudiuiduorum corporum & multiplex ratio declinandi, quanquam plerosq; commoueant: est tamen quo excusari poßint, nempe quod in propinquo minime sint: imò quod unumquodq; horum de quibus ponitur quæstio, quàm longißimè cõcesserit à sensibus. Ista uerò, quæ ante oculos, in auribus, manibusq; dubitatio, diffidentia, error, ignoratio, turba deniq; uersatur, sint'ne ueri an falsi sensus, & uisiones, cuius sententiam non concutit? quam assensionem, quod iudicium, non inuertit? Nanque mirum, si homines, non ebrij, non afflictati morbis, non delirantes, sed sobrij, sed qui rectè ualeant, qui libros edant, de uero, de regulis generalibus, uiq; iudicandi, sensus motionibus, & affectionibus quibus nihil est euidentius, aut ut ueris assentiendum putant, nec tamen cohærere: aut ut falsis, nec item sibi constare. Nec incredibile est inueniri qui de rebus obiectis sensui sententiam non ferant, sed inueniri qui contrariè iudicent. Non æquè mirum est, esse qui neutram in partem de contradictione pronuncient, sed assertionem suam retineant, quàm certos homines contrariam opinionem de una eademq; re habere, ac sibi contradicere: quoniam cum eo qui aliquid opinione usurpat, minus ille pugnat qui id ipsum nec ponit, neq; negat, quàm qui negat: minusq; cum

eo qui negat, quàm qui ponit. Quod si assensio in his cohiberi potest, certè in cæteris etiam non nequit, modò uera sit sententia uestra: sensus omnes perceptiones æquè probabiles, omnia uisa, æquè certa esse. Igitur disputatio illa, qua retinendam esse assertionem probatur, neq; fabula est, nec aucupiũ ad inescandos pueros audacia & temeritate perditos, ut arbitratur Colotes: sed hominum certa disciplina & institutio, cautionem adhibentium, ne falli & decipi queant: néue iudicium suum perceptionibus sensus adiungant, quæ tam facile refelli, adeo titubare uideantur. Hominum, inquam, prouidentium, ne in istorum incidant errorem, qui rerum in obscuro latentium demõstrationem ab ijs peti quæ perspicua sunt & incurrunt in sensus, dictitant: cùm in his ipsis quantæ tenebræ, quot errores, quantæ sint fluctuationes facile intelligant. Verùm infinitio illa, & simulachra sunt fabulæ: & is demum adolescentiæ fenestram aperit ad temeritatem & audaciam, qui de Pythocle nondum octodecim annos nato scribit, Nullum in Græcia tota ingenium esse præstantius, seq; plurimum eius admiratione duci: quiq; mulierculαrum exemplo, ei adolescenti omnia fausta imprecatur, ne quid aduersi eueniat, ne sinistris fatis aut inuidentiæ malo tanta bona interpellentur.

tur. Sophistæ uaniloqui, arrogantes sunt, qui aduersus uiros authoritatis summæ adeo superbè, petulanter, contumeliosè scribunt. Nempe contradixit Plato ijs qui præcesserant eius ætatem: contradixit Aristoteles, Theophrastus, Democritus: at librum aduersus omnes pariter inscriptum in lucem proferre nemo, præter hunc, ausus est. Quo factum est, ut in exitu penè libri, sua proferens in mediū flagitia, perinde ac ij solent, qui aliquod scelus in deorum numen admiserunt, ita loquatur: Qui primi condiderunt leges, iuraq; descripserunt, ciuitates moribus informarunt, quiq; instituerunt, ut regum imperio administrentur, ut principibus pareant, hominum uitam in portu securitatis & ocij collocarunt. Hæc si deleas, uitam ferarum degemus, & alter alterum ut in quemq; inciderit, penè deuorabit. Id Colotes his uerbis pronunciauit, non ex æquo & bono, nec uerè. Sublatis enim legibus, si Parmenidis, Socratis, Heracliti, Platonis decreta modò relinquas, nihil minus fiet, quàm ut alij alios deuoremus, aut bestiarū more uiuamus: nam deos, bonos principes, ac dæmonas, huius uitæ custodes & præsides esse rati, quæ turpia sunt metuemus, iustitiam plurimi (quippe quibus placitura sint omnia honesta) faciemus: neq; aurum omne quod supra terram expositum est, quodq;

ſub ea cõditum latet, arbitrabimur quicquam momenti, ſi cum uirtute conferatur, habiturum: quæq; nunc imperio legis coërciti, facimus, uoluntariè ductu rationis, ut Xenocrates inquit, exequemur. Quando igitur efferata, immanis, belluina reddetur, adeo ut ſocietatem nullam ferat, noſtra uita? quando legibus quidem in uſu hominum locus relinquitur, ſed una locum habuerit præclara illa philoſophandi ratio, quæ nos incitat ad uoluptatem: nec deorum prouidentia recepta ſit opinione: ſapientes iudicentur, qui honeſtum deſpicatui ducunt niſi acceſſerit uoluptas: qui hæc irrident & habent ludibrio,

Eſt oculus æqui, conſpicaturq́; omnia. *Et,*

Deus è propinquo cernit, aßiſtens prope.

Tum illud, Deus (ut priſca fert illa ſententia) principium, medium, exitum huius uniuerſi continens, recta ſuum munus obit, impulſu naturæ ſe circum agens: huic comes iuſtitia, in eos animaduerſura, qui à diuina lege defecerint. Qui hæc, inquam, aſpernantur ut fabuloſa, & ſummũ bonum uentris ambitu metiuntur, atq; ijs laboribus, quibus paratur uoluptas: ijs adhibendæ leges, intentandus metus, & flagra, opponenda regis alicuius ſeueritas, aut principis, expeditum in manu ſupplicium geſtantis, ne homines gula perditi

quam

quam deorum contemptio & impietas ad omne facinus armauit, proximũ quenq; deuorent. Quippe uita huiusmodi ferarum est: nihil norunt quod uoluptate sit pulchrius: æquitatem deorum inuentum nesciunt, pulchritudinem uirtutis nihil pensi habent: uerùm si quid eis naturæ beneficio uel fortitudinis, uel calliditatis, uel animorum ad efficiendum quicquam obtigit, eo utuntur in adeptione uoluptatis, quæ in corpore existit, cupiditatibusq́; satiandis. Ac proinde Metrodorus sapienter ait: Omnia pulchra, docta nobilia, animi inuenta, ad eam uoluptatem qua corpus delinitur eiusq́; firmam spem esse comparata, omniaq́; facta prorsus irrita censeri nisi tendant in hunc exitum. His rationibus præceptis, modò leges tollantur nihil aliud deest, quàm ungues luporum, dentes leonum, uentres boum, camelorum colla, quibus expleant suas libidines. Hanc turpitudinem perturbationum, & decretorum feræ (quia usu disserendi & scribendi carent) hinnitibus, & rugitibus, atq; cantu exprimunt: earum omnes uoces ad uentris & corporis pertinent uoluptatem: dum obuijs ulnis & cauda blandiente aut præsentem accipiunt, aut expectant futuram: eas solum excipio, quas parum uocales, & loquaces natura finxit. Nunquam igitur satis dignè laudari possunt,

 qui

qui fræna legũ his belluinis perturbationibus inijciunt, qui respublicas constituerunt, & magistratus, qui in ordinem leges optimas redegerunt. Quis porrò ista conturbat, quis euertit funditus? Nónne ij, qui coronam ocij & securitatis, comparari cum maximo principatu non debere, cùm sit præstabilior, aiunt? Nónne qui regium munus obire, peccatum, graueq; delictum esse autumant? quiq; scribunt his admodum uerbis: Se explicare, instituere, quo quisq; pacto naturæ propositum finem optimè tueri queat. Tum quomodo quispiam, quoad eius facere potest, ne accessurus quidem sit ad imperia in multitudinem capessenda? Quibus hæc etiam adijciunt: Non est salus iam Græciæ propugnanda: neq; ut coronam sapientiæ nomine in Græcorum consessu promereamur opera dãda: sed comedendum & bibendum, Timocrates, magno uentris commodo & uoluptate. Cæterùm in ea quam Colotes ita prædicat conformatione legum, caput primum est ac præcipuum concepta de dijs opinio, qua Lycurgus Lacedæmonios, Numa Romanos, Ion ille uetus populũ Athenienſem, Deucalion Græciam uniuersam imbuit sanctè, quasiq expiauit, precationibus, iureiurando, oraculis elogijs propositis: mortales ita aduersus numen animarunt, ut eos tum spes bona, tum metus in

offici

officio contineret. Excute autem ſingula, urbes ſine muris, ſine literis, rege, tectis, opibus, reperias quæ nummos nihil morentur: theatra, gymnaſia nunquam expertæ ſint. At urbem deſtitutam templis, ſacris, deorum religione, quæ nullis precationibus utatur, nec ſacramento, nec oraculis, nec ſacrificijs re benè geſta, nec deprecationibus malorum, nemo eſt, nemo erit, nec fuit, qui uſquam gentium uiderit. Ac ciuitas, ut mea quidem fert opinio, nullis poſitis fundamentis ſolo extrui poteſt facilius, quàm reſpublica initium & incrementum capere prorſus deleta religione: aut ſi cœperit, id ipſum tueri. Hoc tamen uinculum omnis ſocietatis columen, & fundamentum quo nititur legum authoritas, non ambitu facto, nec occultè & tectè, nec inuolucris dicendi adhibitis, ſed amota omni diſsimulatione, dirimunt & euertunt, primam omnium maximiq́; momenti opinionem ſtatim adorti, mox uelut furijs agitati, ſe obſtringi ſcelere cùm leges ita conturbant, iura uiolant, conformationes legum diſsipant, ipſi fatentur ne ueniæ ſit eis locus ullus. Decipi quidem & falli opiniones, ſi minus iſti ſolent, certe humanum eſt. At quando, quæ ipſi faciunt, in alijs reprehendunt, quis demum eſt qui temperare ſibi poſsit à uerbis huic flagitio accommodatis?

tis? Etenim ſi contra Bionem ſophiſtam ſcribens, aut Antidorum, feciſſet legum mentionem, aut Reipublicæ, aut legum conformationis, an non ei ſtatim occineret quiſpiam? Mane quietus, miſer, in iſtis ſtragulis, nempe curans cuticulam, meum uerò inſtitutum qui familiarem aut publicam rem aliquando adminiſtrarunt, in reprehenſionem uocent. Sic autem fuit eorum omnium uita, quos maledictis petit Colotes. Quorum unus Democritus monet, ut in ſcientiam rei militaris, quæ maxima ſit, omni ſtudio incumbamus: utq; conſectemur labores, quibus ornamenta homines ampliſsima conſequantur. Parmenides uerò legibus optimis patriam ornauit: ita ut ſingulis annis magiſtratus ſuis ciuibus iuſiurandum in hæc uerba præeant: PAREBO LEGIBVS A PARMENIDE SANCITIS. *Iam Empedocles primores ſuorum ciuium reos peregit eo nomine, quòd fortunis omnium illuderent, quòd è bonis publicis prædas agerent. Idem intercluſo montium aditu prærupto quà diſsidebat, quáq; notus in planiciem agri peruadebat, regionem omnem à ſterilitate peſteq; liberauit. Socrates iam capitis damnatus, cùm ei fugam neceſſarij adornaſſent: uti noluit eorum conſilio, ne illius cauſa legum authoritati quicquam decederet:*

ſed

ſed iniuſto ſupplicio affici maluit, quàm eripi periculo contra leges. Plato ſermones de legibus req́; publica, pulchros illos quidem, literarum monumentis conſignatos reliquit: at multo plus in excitandis alijs profecit. Huius præceptis animatus Dion liberauit Siciliam, Python & Heraclides, Coty interfecto Thraciam. Chabriæ & Phociones apud Athenienſem populum ex Academia ad imperatoris faſtigium aſcenderunt. Epicurus in Aſiam miſit, qui obiurgarent & conuitijs peterent Timocratem: quiq́; ex aula regia exterminarent quod Metrodori, cuius frater eſſet, uoluntatem offenderat: idq́; ſcriptum in libris eorum inuenitur. Plato unum è neceſſarijs emiſit Ariſtonicum, qui rempublicam Arcadum conſtitueret: tum Phormionem, qui Eleorum: Menedemum, qui Pyrrheorum. Eudoxus uerò Cnidijs, atq; Ariſtoteles Stagiritis, quorum uterq; aliquando familiaris erat Platonis, leges ſcripſerunt. Quid quòd Alexander à Xenocrate præcepta petijt quibus in regno uteretur. Qui porrò miſſus ad Alexandrum fuit, ab ijs qui Aſiam colebant Græcis, qui unus maximè eum inflammauit, utq́; bellum aduerſus barbaros ſuſciperet, incitauit. Delius Epheſius Platonis erat neceſſarius, tum etiam Zeno Parmenidis auditor inita conſpira-

tione in Demylum tyrannum, cùm ei res parum fœliciter ceßiſſet, dictum Parmenidis in flamma uelut aurum ſyncerum & probum exhibuit, ſuoq́; facto comprobauit: Vir magnus turpitudinem ſolam pertimeſcit: dolor pueris, mulierculis, quiq́; muliebri ſunt animo affert metum. linguam enim mordicus conuulſam in os tyranni expuit. At quis Epicuri monitis, præceptisq́; inſtitutus & adiutus, non dico tyranoctonus extitit, aut in bello inſignem præ cæteris nauauit operam? non quæro, ecquis legum lator fuerit, ecquis princeps, quis regis conſiliarius, præſes populi, ecquis in cauſa honeſta cruciatus pertulit, mortémue ſubijt: ſed quis tandem ex illo grege ſapientum nauim conſcendit patriæ cauſa? quis legationem obijt? quis ſumpti quicquam fecit? Quo loco demum literis teſtatum reliquiſtis, quenquam ueſtrum facinus egregium in Rep. edidiſſe? Et tamen quemadmodum in Pyræa deſcenderit Metrodorus ſtadia quadraginta emenſus, ut Mithræ Syro, uni è ſeruis regijs recens capto ſubſidiũ ferret, omnibus quos unquam nouerat, ſcribit, omnibus epiſtolis laudat illud iter magnificè & ad cælum tollit Epicurus. Quid ſi tale factum cuiuſpiam horum extaret, quale fuit Ariſtotelis, qui patriam ſuam funditus euerſam & deletam à Philippo

rurſus

rurſus erexit, aut Theophraſti, qui ſuam bis è tyrannica ſeruitute uindicauit? an non prius deficeret nilum papyrus, quàm hi ſtudium de eo ſcribendi ponerent, aut remitterent? Neque id facinus indigniſsimum eſt, ex tanto Philoſophorum numero, iſtos ſolos cùm in commune nihil conferant, nihilo ſecius quicquid eſt in ciuitate commodi, æquè eo frui ac cæteros. Sed & illud non ferendum, quod, cùm tragici Poëtæ comiciq́; ſemper aliquid conentur in medium proferre, & adumbrare, quod ad leges pertineat, quo exprimant ſtatum ciuitatis: hi ſi quando ſcribunt auocandi gratia ſcribunt: ut de Republica, ne eam capeſſamus: de arte dicendi, ne demus operam eloquentiæ: de regno, ne cum regibus uitam inſtituamus degere cauendum. Quin eos qui aliquando in luce Reipublicæ uerſati ſunt, ut irrideant, ut ſua gloria exuant impensè laborant. In Epaminunda boni aliquid fuiſſe aiunt, ſolum nomine tenus, idq́; ualde puſillum: (nam hoc ipſo uerbo μικκὸν rem eam deſignant) ipſum uerò ferrum uiſcus nominant: & ſciſcitantur quibus intemperijs actus per mediam Peloponeſum ibat armatus: ac non domi ſcilicet in ocio latitans, tectus pileolo deſidebat, uentris curationi intentus. Nec ſilentio prætermittendum arbitror, quod in

 libris

libris de Philoſophia ſcribit Metrodorus, quo explodat Rempublicam gerendi ſtudium: Quidam, inquit, ſapientes gloriæ uana cupiditate nimis profuſi uſque eò Reipublicæ gerendæ munus auidè complexi ſunt & agnouerant, ut pari contentione ac Solon & Lycurgus, de uita cuiuſque ac uirtutibus diſſerant. Vanitas ergo fuit, imò uanitatis profuſio, Athenas ſui eſſe iuris, Spartam legibus rectè adminiſtrari, adoleſcentiam non efferri audacia, non ſuſcipere ex meretricibus liberos, nec diuitias, luxum, nequitiam, ſed leges, æquitatem, iuſtitiam in ciuitate dominari. Hæc enim erant in quibus magnopere contendebat Solon. Addit his quæ dicta ſunt, ad extremum conuicia Metrodorus: Quamobrem par eſt, libero riſu cum omnes mortales, tum Lycurgos iſtos & Solonas proſequi. At riſus iſte non liberalis eſt Metrodore, ſed ſeruilis, & effuſus, indexq́; ſtultitiæ: nec eo flagro coërcendus quo ingenui cæduntur, ſed altero illo talis præfixo & nodato, quo Gallos in ſacris magnæ matris cùm deliquerint, ſolent punire. Quod autem non cum legumlatoribus, ſed ipſis legibus bellum gerebant facile ex Epicuro ſcias. In libro quæſtionum ſecum ipſe quærit, An facturus ſit quicquam ſapiens quod legibus prohibetur, ſi exploratum habeat ſe

id

id celaturum. Et respondet, haud explicari simplex attributum tam facilè posse. Hoc est, Delinquamus sanè, cæterùm nolo id fateri. Rursus ad Idomeneum scribens, ni fallor, ita degendam esse uitam monet, ut legibus & opinioni plebis non seruiamus, nisi quoad facessunt nobis negotiū, plagas admouentes. Igitur si nullum uitæ degendæ locum relinquunt, qui leges, resq́; publicas tollunt, si Epicurus & Metrodorus id agunt, cùm suos familiares à Rep. gerenda auocant, ijs qui uersantur in eius administratione infesti sunt, cùm eos qui principatum inter legumlatores obtinent, quorum in hoc genere summa sapientia fuit, contumelijs uerborum uexant: cùm hortantur, ut leges (nisi consequatur metus uerborum & supplicij) contemnamus, nullum uideo crimen tam graue inter ea quæ Colotes falsò obijcit cæteris, quantum illud est, quod sermonibus & decretis Epicuri, eius opera, uerè insedit.

FINIS.

Pag. Græci Codicis.

809. 44 τὸ φαινόμενον ἕτερον. *locus obſcurus.*
810. 30 ἔτι δὲ προσεπανέστη.
811. 1 σύγκρισιν.



PLVTARCHI

CHAERONEI PRO NOBILITATE LIBRI FRAGMENTVM.

ARNOLDO FERRONO
Burdegalensi regio Consiliario interprete.

AD

MARGARITAM VALESIAM, *Henrici regis Franciæ sororem, Biturigum ducem.*



LVGDVNI, APVD SEB. GRYPHIVM,
1556.

MARGVERITAE VALESIAE HEROINAE ARNOLDVS FERRONVS S. D.

INter mille neces, duriq; incommoda belli,
Quis putet Aonias posse iuuare deas?
Me Regina iuuant.

SIT enim hæc tui nominis cõpellatio uerisſima, dum te Regiam prolem, Regno omnes dignisſimã fatẽtur: præſertim ſtudioſi omnes, qui mirabiliter fauemus dignitati tuæ, quã ſtudiorum prouehendorũ cauſſa (ſi quid accedere poteſt ad ſummũ erga te ſtudium incredibilemq; uoluntatẽ) iampridem geſtimus cumulatã omni ornamentorũ genere & uidere, & uenerari. Ego autem etſi nemini concedam, priores ut ferat partes, in te obſeruanda & colenda, denuntiationem tamen beneuolentiæ huius, cur tandiu diſtulerim, uolui ſuauisſimi Poëtæ uerſibus declarare. Quod enim tempus tranquillitati ſtudiorum meorum reſeruaram, id tanta mole agitatum eſt mo-

lestiarum, qua domesticis naufragijs, qua publica calamitate, qua acerbissima peste grassante, omnia ut iam ita affecta, imminuta, debilitata, haberentur deleta ut conuulsa, extinctaq; uiderentur: uixq; reditus ad uetera studia excolenda patuerit. Vt autem primùm patuit, hortante Godofredo Calmontio politissimo homine, tibiq; deditissimo, disquirere cœpi ut tua dignitate non indignum aliquid tibi è ueteri philosophia offerrē, cuius studia iampridem renouanda nobis existimauimus, ut & ingenium curis hisce releuaretur, & oblectaremus homines ab ijs non abhorrentes qua re cumq; tandem possemus. Hoc autem tempore offerimus Plutarchi Chæronei libellum, magna cura conscriptum in obtrectatores nobilitatis. Cui enim patrociniū nobilitatis potius quàm tibi deferendum putarē, prorsus habui neminē, quæ nobis Paulinas, Sulpitias, Telesillas, Eurycleasq; refers: cuius modestia summaq; potius eruditio, non solùm notissima est studiosis, sed etiam admirabilis sæpe doctis uisa est. Accidit autē olim cōmentantibus hæc nobis risu res nō indigna: familiaris eñ meus, unus ex ijs qui militiā sequūtur, cū uideret

Plutarchi librũ pro nobilitate,excãdeſcere cœpit. Diuûm hominũq; fidẽ implorare, rogare ubi illud eſſet ſcelus,ubi ſemiſsis homo, ubi ſimiolus, qui ſic in nobilitatẽ inueheretur:uix erat cõpos animi,ita ardebat iracundia,referret ut uultu ipſo & uerbis è ueteri comœdia iratũ hominẽ, qui ipſum ſe extincturũ minatur,primũ qui illud produxit ſcelus:tũ autẽ illum ipſum obtrectatorem nobilitatis(inquiebat)uah quibus lacerarẽ modis? Sublimem mediũ arriperẽ, & capite primũ in terrã ſtatuerẽ,ipſi eriperem oculos,poſt hæc præcipitẽ darẽ: cæteros ruerẽ,agerẽ,raperẽ,tunderẽ,& proſternerẽ: reliquias omniũ ſanie delibutas diu uexarẽ,ſaxa ſpargerẽ tabo & atro ſanguine. Ridet ille nobilitatẽ uerbo? At ego cupio hũc gladio ἀντιμυκτηρίσαι? quid quæris?uix tandẽ ad ſe redijt, uix placare hominẽ potui,cùm docerẽ nõ ita philoſophorũ diſsidentes ſentẽtias gladio eſſe dirimẽdas, illis potius uerbis, DISSEREBANT. EGO CONTRA NEGABAM. In mentẽ tum mihi uenit Lucij Gellij hominis non mali, de quo nõ infacetũ illud, & à multis ſæpe cauillo impetitũ relatũ eſt. Cũ proconſul Athenas ueniſſet,Philoſophos domũ ad ſe

euocasse, stoicos, Academicos, Cyrenaicos̃ Epicureos, Peripateticos, hisq́; authorem fuisse, ne ita pro dogmatibus suis cōtenderēt: æquū esse tandē aliqñ litium aliquē facerent finē: si paululū de iure suo remittere unusquisq; uolet, posse hæc cōciliari docebat, operā se illis suā deferre qua sæpe Romæ dissentientes etiā de rebus grauissimis arbiter cōciliasset. Acutū hominē, qui Philosophorū cōtentiones ad forū arbitriūq́; reuocaret. Atqui nō tā benè cū rebus humanis agitur, ut meliora quæ sint pluribus placeāt. Est omnino cōtentionū Philosophicarū, quā forensiū alter exitus: ut qui uictus sit, melior peritiorq́; euadat: qui uicit, modestior & diligētior. Neq; uerò in tanto unquā honore philosophia fuisset, nisi peritissimorū disceptatiōibus dissēsionibusq́; uiguisset. Paucis hæc cōtēta iudicibus, multitudinē cōsulto auersatur. Sed hęc alterius sunt tēporis. Tu uelim ut soles humanitate tua litteras tueare: ego quæ ad tua ornamēta eximiūq́; erga eas animū pertinere uidebo, omnia, ignotáne sint posteritati (si quid possunt mea scripta,) dabo operā : quæ cū exequar, humanitatē tuā erga litteratos æmulabor, Beneficia non assequar. Vale.

PLVTARCHI CHAERONEI PRO NOBILITATE LIBRI FRAGMENTVM.

ARNOLDO FERRONO Burdegalensi Regio Consiliario interprete.

NIHIL *est minus probabile, quã ea calumnia Sophistarum, qua utuntur in nobilitatem: quippe qui res propositas omnium oculis & peruagatas non uident, nec expendunt. Ad initus equarum, equi nobiles: ad canum congressus quæ catuliunt, generosi canes emuntur & usurpantur: ad uites, oleas, cæterasq; arbores propagandas, optimæ uiuiradices deliguntur: hominis tamen nobilitatem nihil momenti ad spem posteritatis moresq; filiorũ afferre*

existimant. Neque interesse quicquam sibi persuadent, utrum Barbaris, an Græcis parentibus uitam debeas: neque censent arcana quædam primordia uirtutis & igniculos in ortu cuiusque spargi ut Telemacho uirtus impressa fuit Vlyssis: quod insigni admodum uerbo Poëta designauit:

–Infusum nobile Patris Robur.

Nempe indicans, unà cum uitæ seminarijs, quorum quasi stillæ non ita multæ influxerint, uirtutis emolumenta et incitamenta in quemq; delabi.

Laudatur ab Homero Nestor multis nominibus, & tamen prior hæc illius laus:

-Neleïo sanguine creti.

Et Agamemnon Vlyssem compellans,

Diue Iouis Laërtiadæ sate sanguine magni.

Narrat idem alium ab alto Meneo genitum, & alium Strophio genitum, & alium magno Dolopione satum. Et sæpe Dardanidas uocat claro è sanguine natos, Docoona potenti Pergaso genitum, & alios natos genitore Dyocleo.

Cui genus Alpheo Pylios qui gurgite campos

Influit. Et alium Amynto genitum. Rursus alium è Selago, alium diuino Mentore, alium sanguine natum Tryntæi, alium Agenore natum. Idomenæum ad Deiphobum hæc facit loquentem,

Aspicies qualis ueniat Ioue natus in armis:

Vnde

Vnde ſatus Minos, qui Deucaliona parentem.
Edidit illuſtrem.

Suum quoq; Achillem ſanguine ſatum Pelei dicit: & Aeneam ſatum ſanguine Priami, quem ſic facit alloquentem Achillem:

Vnde tuũ genus, unde meum, primiq́; parentes,
Scimus ab antiquis: neq; enim cognouimus illos.
Te perhibent claro Pelei de ſanguine natum
Diua parens Thetis eſt. Sed nobis inclyta ſurgit
Magnanimi Anchiſæ & Veneris materna propago.

Eodem quoque loco: quid enim nocuerit plura referre?

A Ioue progenies, nobis Ioue Dardanus ortus,
Vrbem Dardaniam qui condidit: Ilion ingens
Nondum erat, in magnis habitabant uallibus Idæ.
Venit Erichthonius poſt te, tua Dardane proles,
Ante alios præſtans opibus: ter mille uagantes
Qui paſcebat equas, lambentesq́; ubera pullos.
Concupit has Boreas, faciemq́; imitatus equinã
Nigricomas ſectatur equas, uotoq́; potitur
Vernat ubi tellus, & florida paſcua: nati
Bis ſex alipedes Boreæ de ſemine, quorum
Quilibet intactæ ſegetis per ſumma uolaſſet
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

Vel mare per medium fluctu suspensus in ipso
Ferret iter celeres, nec tingeret æquore plãtas.
Tros ab Erichthonia satus est de sanguine Trois.
Ilus & Assaracus, similisq; Deo Ganimedes
Egregius forma, raptus sublimis in auras
A superis cœlo positus diuûm inter honores,
Pulcher ut ante Iouem misceret pocula mensis.
Laomedonta Ilus genuit, Priamum Laomedon,
Tithonum, Lampum, Clytiũ, fortẽ Hicetaonta.
Assaracus Capin, Anchisen Capis: hinc ego natus,
Hinc mihi nobilitas, hinc surgũt nomina gẽtis.
Hectora rex Priamus genuit mortalibus istis.

Et ereptum sibi uidens illum Achilles ait,

Incassum nec se Veneris de sanguine natum
Iactabat. Priamus quoq; alium
Credo equidem sanctos qui te genuere parẽtes.

Non opinor toties parentes, genus, nobilitatem, uates prudentißimus commemoraret, nisi ea inter laude res dignas numerandas existimasset. Tyrteus hortaturus in prælium suos, Herculis inuicti progeniem dixit eos esse. Quoties apud Simonidem, Pindarum, Alcæum, Ibycum, Stesichorum, nobilitas maiorum commendatur? Quin & Plato gloriam parentum cùm magnum thesaurum ait esse, non se contemnere docet nobilitatem.

tatem. Horum esse proprium ait Philemon, ut in mortem ruant & bellum, non aliter atq; uictimæ. Quin nescio quo pacto in summis Rerumpublicarum inclinationibus id accidisse uideas, ut hæc ignobilibus rempublicam occupantibus acciderēt. Ita Demades à Philippo captus funesta illa ad Chæroneam pugna, rogante Philippo, ubi esset nobilitas Atheniensium, ubi Cecropidarum illud genus, ubi robur. Tu quidem, ait, agnosceres Rex urbis robur, si Philippus Atheniensibus, Chares Macedonibus imperaret. forte enim tum Chares præfuerat. Quid igitur impudentius Alexide, qui cùm agricolam nobili militanti præferat, non agnoscit quantum seruile opus ab herili differat. At nos quoq; ignobiles (inquit) militamus. Sed certè non eadem præmia utrisque, non idem semper animus, idem ardor: quin si uerum excutias non eadem alacritate parent ignobili qua nobili. Reuocas me ad uetusta tempora? An ad Deucalionis? & si quæ à Chaldæis aut Aegyptijs uetustiora prodita sunt? At hoc fuerit, ad rudem illam indigestamq; molem & primordia nascentis seculi nos reuocare. Auctas urbes, consitos agros, exculta uineta, nolis reuocare ad uetustatem illam inconditam: ita nec generosum illum sanguinem par fuerit reuocare ad initia

exornati

exornati mundi. Vísne igitur ad ea redeamus tempora quibus,ut ille ait,

Sectantem uideas qui errant per pascua porcos
Ad Coracis saxū iuxta, fontemq́; Arethusam.

Sed eo tempore deprehendes suum honorem delatum nobilitati. Inter pastores educatus Romulus uides quo pacto Martium sanguinem spirarit, uelut insignia regni inter pastores quoque affectans. Cyro quoque idem accidisse proditum est. Quando uerò ad Amasis peluim me reuocas: age uerò loquentem Herodotum audiamus, aut forte deprauantem Amasim & contaminantem regium fastigium. Sed quando ita uis, audiamus Herodotum : ille quidem sic : Principio quidem regni Amasin Aegyptij contempserunt, nec in ulla magna & illustri parte duxerunt : quippe qui de plebe,non illustri loco natus eßet. Post uerò calliditate quadam, non benignitate, eos ad se pellexit. Erant ei cùm aliæ diuitiæ innumeræ, tum peluis aurea, in qua ipse omnesq́; conuiuæ semper pedes lauabant. Ex ea statuam dei fecit, quam in clarißimo urbis loco statuit. Aegyptij uerò ad signum concurrentes, maxima id religione uenerabantur. Quod cùm Amasis ex oppidanis & ciuibus comperisset, Aegyptios conuocauit, eisq́; exposuit, simulachrum illud, quod

tum

tum colerent, ex ea pelui, in quam prius & uomerent, & meierent, & in qua pedes lauarent, esse factum. Similis (inquit) mei quæ peluis ratio est. Si enim antehac de plebe fui, at nunc certè (inquit) rex sum uester. Atque ijs, ut se & colerent & uererentur, imperauit. Hac quidem ratione Aegyptios conciliauit, ut æquo animo seruitutem ferrent. Si falsò hæc prodidit Herodotus, qualia utinam nulla essent apud eum authorem, nihil est quod inde facessamus negotium nobilitati. Si uerè, nec ex Amasis quidem unius simulatione & nefario in Deos facinore aucupanda ratio qua contemnamus nobilitatem. Imò per Iouem uidetur ille nobilitatis defensor, qui contemptum docuerit Amasin à suis, quòd illustri loco natus non esset: quin per simulationem nefariam modum cùm inuenit quo se colendum exhiberet ob plebeios natales rex contemptus: satis indicauit, si adfuisset nobilitas, nihil opus fuisse uana ea seductione & comparatione ex pelui ducta. Sed quando me quoque reuocas ad exordia Regnorum & Deiocen Medum rursusq; tuum illum Herodotum ueluti umbonem undique opponis, excutiamus quoq; de Deioce illius scripta: enimuero ille sic: Vir erat apud Medos sapiens, cui nomen erat Deioces, Phaortei filius. Hic Deioces

ioces cùm tyrannidem affectaret, hæc gerebat. Cùm Medi in uicis habitarent, apud suos cùm antea in honore erat, tum studiose iustitiam æquitatemq; excolebat: eaque faciebat cùm magnæ iniuriæ in agro Medorum magnaque uis oriretur quòd sciret ius iniustitiæ repugnare. Medi autem qui eandem Viciniam incolebant perspecta Deiocis sapientia & iustitia, ad eum de iure referebant. Is autem qui imperium affectaret, æquum se præbuit, ex quo ab omnibus ciuibus magnam est laudem consecutus, ut in alijs uicis cum Deiocem intelligerent unum esse qui æquitatem in iudicando seruaret, ij qui prius iniquis sententijs condemnarentur, ultrò ad eum de controuersijs suis & causis referent: postremò eo uno erant contenti nulli alij id permittentes. Vbi autem multitudo augebatur occurrentium, ex his qui rescissent æquè ferri iudicia, Deiocesq; perspiceret in se unum omnia deuolui, desijt eo loco sedere quo ius prius dicere solebat, neque iudicia facere uolebat. Neque enim aiebat sibi esse utile si integros dies re familiari neglecta terminandis litibus uacaret. Cùm itaque patrarentur delicta, rapinæq; passim per uicos impunitate maiore etiã quàm antea, accidit ut Medi habito concilio quo statu essent res communes deliberarent. Mihi

quidem

quidem uidentur Deiocis amici præclarißima usi oratione. Si hoc uitæ genus, uiri Medi, semper sequamur, in hoc agro nostro diutius habitare non possumus. Itaque rex constituendus est nobis. Sic enim & ager æquitate constituetur, & ipsi nos ad opera conferemus, nec iniurijs prememur. Medis ut regi se subijciant hac persuadet oratione. Cumque statim deliberarent, quem tandem regem constituerent, Deioces cùm ab omnibus laudatus & propositus esset, rex est constitutus: Enimuero Deioces ille tuus quid quæso nobilitati detrahit? quid enim nobilitati honorificentius quàm à diuina illa æqui boni disceptatione, æquitate, iustitiaq; originem sumpsisse? Nolo enim eò me peruenisse putes, ut uirtutem cum sola nudaq; nobilitate conferam, ne illud iure audiam,

Iuppiter eripuit sensus de pectore Glauci,
Aurea Tytidæ qui amens mutauerit arma
Pro factis ex ære bouesq; ualentia centum
Illis quæ fuerant bobus pendenda nouenis.

Sed tamen Herodoti ille Deioces, qui ius ex æquo bono dicit, cùm undique rapti æqui boni cupiditate ad eum omnes confluant, Regnum etiam deferunt, Regno se dignißimum & nobilitate ostēdit. Nec uerò regnum adeptus temporariam ostendit fuisse simulationem iusti æqui qui ius

quoque

quoque semper dixerit moderatißimè. Violentosq; & sceleratos coërcuerit cum iudicia exerceret. Regnum etiam adeptus maiore authoritate. Nec negabo nobilitatem generis initia duxisse à uirtute, eadem fulciri, eiusdem radijs illustrari. Nihili autem eam fieri molestè feram, quin potius dignißimam esse quæ extollatur contendã, quiq; uirtuti duci comitem nobilitatem adiunctam possederit iure præferri his, qui nobilitate generis destituantur profitebor. Ne me autem circunuenias uerbi ambiguitate, nobilitatẽ eam laudo, eam tueor, eam orno, quæ uirtus dicitur generis, quæ à maioribus ueluti per gradus ad nos delata, & auos proauosq; nobis in memoriam reuocat, & nos excitato eorum nomine ijs satos, notos illustresq; reddit. Non enim displicet Sapphus uersus si hîc detorqueamus,

Opes citra uirtutis eximium decus
Domum malè incolunt: sin has commisceas,
Fœlicitas hinc summa bellè nascitur.

Quin igitur, ais, tueris ipse uirtute tibi partam nobilitatem? nisi enim tueare, desinis id esse quod posteri fuere: Enimuerò qui tuetur relictam à posteris gloriam & uirtutem, ipse quidem multis nominibus generosus dici potest: si non tuetur, non ideo incessenda abigendaq; nobilitas: non

minus

minus hercule quàm Musica, aut Geometria, aut ius ciuile, aut Medicina, aut ars militaris, si inciderint in nequam hominem. Ita uides diutius non esse quod nos torqueamus, dum anxiè disquirimus, cur ex antiquis opibus, aut uirtute antiqua, nobilitatem metiamur. Neque uerò, quem subinde ad has partes uocatis, Aristoteles tam iniquus æstimator fuit nobilitatis, quàm illum facitis. Nam eius quidem hæc propemodum sententia est in libris de Repub. tametsi aliud quærens eo loco incidat in hanc nobilitatis quæstionem: Ostendimus, alios ad libertatem, ad seruitutem alios institui à natura: & illis quidem imperare, his obsequi, & par esse, & ad felicitatem humanam pertinere. Quòd autem ij qui in diuersa abeunt, & omnem seruitutem indignam putant, non omnino absurda sentiant, hinc facile colligi potest: nam bifariam seruum ac seruitutem definimus, lege scilicet ac natura. Est autem lex, gentium consensus: quo ita ab omnibus sancitum est, ut quæ bello capta sunt, ea cedant uictoris mancipio. Hoc ius pleriq; legumlatores iniquæ rogationis accusant: indignum putantes, quem uictum ac subactum in seruitutem eius abire, qui uiribus præstet, & uim afferre poßit. Quæ sententia à multis sapientũ asserta est, à multis item explosa.

Huius uariationis causa est, quòd uirtus nixa potentia plurimum pollet, & quodammodo in reluctantes manum potest inijcere. Quicquid enim fortius ac præstantius est, id alicuius boni prærogatiua uidetur excellere. Hinc latè illa persuasit opinio, uim non longè abesse à uirtute. Sed in hoc uno quæstionis nodus uersatur, quòd iustum alij putant beneuolentia sibi imperium parare: alij contrà, malunt eum qui uiribus præstat uim ac dominatum exercere. Verùm inter dißidentes sententias animaduertendum est: eos qui negant uirtutem priorem præsidere ac dominari debere, nihil afferre se dignum, aut quod facile alijs poßit persuaderi, etsi ipsi sibi uideantur nonnihil affine iustitiæ in medium afferre. Siquidem lex quid iustum & dicitur & putatur: lege autem introducta est seruitus, qua bello capta corpora uictori cedunt. Hanc itaque seruitutem iustam arbitrantur. Sed enim iustam & iniustam fateantur necesse est. Iustam quidem, ut proposito seruiant: iniustam, si bellum iniustum, & ex iniquis causis susceptum fuisse cõuincatur. Præterea quis tam amens qui ingenuum, & seruitute prorsus indignum, seruum dixerit? Sic enim & clarißimis ortos natalibus, seruos esse contingat. Quin & ex seruitute in seruitutem relabi,

si aut

si aut rursus capiantur, aut captiui iure belli ueneant. Licet ij ut suam tueantur sententiam, huius fortunæ homines non seruos, sed barbaros uocent. Sed hoc ferunt, inuiti superiorem illam sententiam asserunt: de qua diximus, non alios esse seruos, quàm eos, quibus seruitutem natura ingenuit, alioqui nulli omnino sint serui. Hos autem ubique & perpetuò seruos esse fateri oportet: illos autem nusquam & nunquam. Eadem fermè de nobilitate sentiunt: Quosdam scilicet esse nobiles, non domi tantùm, & quando suæ spontis sunt: sed ubiq;, etiam si per iniuriam fortunæ in seruitutem cadant. At barbaros domi tantùm esse nobiles. Ceu uerò quædam sit simplex & absoluta seruitus, quædam conditione præfinita. Ad quod Helena apud Theodectem uidetur allusisse,

Prognatam utrinque me deorum sanguine
Quis, oro, seruam iure nuncupauerit?

Cæterùm huius sententiæ assertores seruum ac liberum, nobilem & ignobilem, non aliter uidentur, quàm uitio & uirtute definire: existimantes sic è bonis bonos, ex ingenuis ingenuos nasci, ueluti ex homine homines, ex feris feræ generantur. Quod sanè perpetuum est naturæ institutum, uerùm quod non semper ad exitũ potest perducere.

Tantum abest, ut nobilitati eo loco detraxerit

Aristoteles, ut eam extulisse uideatur. Primùm, dum ostendit, iniquum esse si ita accidat, ut optimè nati & animi summe generosi existimationem adepti, ac nobiles, si fortè capti ueniant, serui sint, atque numero mancipiorum teneantur. Hoc quidem si indignum ut nobilißimus uir oppressus bello aut ui seruiat, qui indignum esse ait non explodit nobilitatem. Deinde dum & distinctionem refert nobilium, & qui barbaris non alibi quàm nobilitatem domi concedunt, haud satis probat. Quin Theodectis Helena cumulo omni nobilitatem ornat ut utrinque cùm fuerit parens nobilißimus uerè nobilißimam uocet. Siquidem & Hermodorus iniquam controuersiam natam ait, neque uerò indicio æquo, ac ne armis quidem satis finitam, fratrum eorum, quorum alter paternam, alter maternam nobilitatem præferebat. Denique satis ostendit, non satis se eorum probare orationem, qui non alia quidem re quàm uirtute & uitio nobilem & obscuro loco natum definiunt. Ex hominibus enim homo quamuis prodeat natura, tamen hos discerni. Alioqui si ex hominibus homines prodeuntes eodem loco, eodem numero habendi, nec uirtute quidem excellentißimus à sceleratißimo & improbißimo differret. Id certè (ait) frequenter natura cupit, sed

enim

enim perficere non poteſt. Quid autem prodeſt corrogata ex Ariſtotele teſtimonia in nobilitatem proferre, quem libro edito de Nobilitate, Nobilitatem laudaſſe ornaſſeq; apertè uideamus, boniſq; adnumeraſſe? Rurſus autem quando urges opponiſq; eundem Ariſtotelem: age uerò exquiramus, an tantum labis ille nobilitati aſperſerit, quantum ipſe iactitas. Sic enim ille ijſdem in libris alio loco:

Dicat forſitan aliquis, propter cuiuſcunq; boni præſtantiam, etiamſi reliquis in rebus omnibus nullum ſit diſcrimen, nec ſint inter ſe diſsimiles, tamen oportere eſſe inæquabilem magiſtratuum diſtributionem. Differentibus enim aliud diuerſumq; ius eſſe, pro cuiuſque eorum, quibus reddendum eſt, dignitate. Atqui ſi iſtud uerum eſt, ijs qui colore & magnitudine, & quouis alio bono uincent, melior erit conditio, parſq; maior earum rerum quæ diſtribuentur in ciuitate. An hoc uitium falſi non abditum eſt, ſed apparet in ſummo? Perſpicuum enim in alijs ſcientijs & facultatibus. Nam ſi tibicines arte ſimiles ſunt, nobilioribus genere danda non eſt amplior tibiarum conditio, nihilo doctius inflabunt tibias: ſed ei qui munere canendi cæteris præſtat, maior eſt inſtrumentorum exhibendus honos. Si quod dicitur à

nobis, nondum perſpicuum, id poſtea longius progredientibus dilucidum erit. Si quis excelleret arte tibiarum, multoq́; inferior eſſet nobilitate uel pulchritudine, etſi utrunque bonum, nobilitatem dico & pulchritudinem, maius eſt quàm ars tibiarum, & id ex proportione & comparatione multo magis tibicinum artem, quàm tibicen ille canendi præſtantia reliquos ſuperat, tamen illi dandæ quæ excellunt tibiæ. Nam quod plus eſt diuitiarum nobilitatisq́;, eo pertinere debet, ut ratio canendi ſit perfectior: at neutra res eò pertinet. Deinde hac ratione omne bonum cum omni bono eſſet conferendum. Etenim ſi qua magnitudo ut corporis excelleret, omnino magnitudo cum diuitijs atque libertate quadam æmulatione certaret. Et ita ſi plus haberet hic uirtutis, minus ille, & maior eſſet huius uirtute illius magnitudo, conferenda eſſent omnia. Si enim tanta magnitudo quanta eſt in uno, ſuperat tantũ uirtutis quantum in altero eſt, perſpicuum eſt eundem modum magnitudinis & uirtutis æquabilem eſſe. Quum autem iſtud eſſe non poßit, manifeſtum eſt in rebus ciuilibus nõ propter omnem inæquabilitatem de magiſtratibus ciues meritò contendere. Nam ſi alij tardi ſunt, alij celeres, non idcirco par eſt ut hi plus, illi minus accipiant ciuilium bonorum: ſed

in gym

in gymnicis certaminibus illorum contentio precium aufert. At ex quibus constat ciuitas, in ijs controuersiam oboriri necesse est. Est igitur cur nobiles & liberi & diuites de honore contendãt, Ciues enim liberos esse, & ex censu in ærarium pecuniam ferre oportet. Non enim si pauperes tenuesq́; sint omnes aut serui, constet ciuitas. Atqui si his opus est, non est dubium quin & iustitia atq; bellica uirtute sit opus, propterea quòd fieri non potest, ut illa si desint, habitetur retineaturq́; ciuitas. Veruntamen sine prioribus ciuitas esse, sine his pulchrè frequentari non potest. Vt sit igitur ciuitas, aut hæc omnia, aut aliqua non iniuria de bono maiore contendunt. Vt autem benè uiuatur disciplina: Virtusq́;, quemadmodum prius est dictum, optimo iure de ampliore præmio certare poßit. Quòd igitur nec ex omnibus æquabilem capere partem debent ij qui tantùm in una aliqua re sunt pares, nec inæquabilem qui in uno sunt impares, necesse est eas respublicas in quibus inest hoc mali, à recta uia deflectere. Sed & anteà diximus ciues omneis iure quodammodo de cõmodis quæ ex ciuitate percipiuntur, contendere, absoluto iure & simplici non omneis. Diuites quidẽ se dignos honore arbitrantur, quoniam illis est plus loci. Locus autem commune quiddam: præ-

terea in pactis conuentis sæpius plus illorum fidei committitur. Quæstionem afferunt etiam liberi & nobiles, quasi ad eandem propè dignitatem accedant. Potius quidem ciues habendi genere illustriores, quã obscuro loco nati. Nobilitati quisq; domi exhibet honorẽ, quia uerisimile est, ex melioribus prodire meliores. Nobilitas autem, uirtus generis est. Non aliter quoq; dicemus & uirtutẽ de principatu iure cõtendere. Nam uirtutem qua societas humana continetur, dicimus esse iustitiã, quam aliæ necessariò comitantur omnes. Sed etiã plures ciues si cum paucioribus conferuntur, uidentur esse præponendi: etenim potentiores & ditiores melioresq́; sunt, quandoquidem plures cũ paucioribus cõparãtur. An igitur si in una ciuitate essent omnes (dico bonos, & diuites, & nobiles, & aliam præterea ciuium multitudinem) an inquam si una essent, ambigetur quos oporteat imperare, an uerò dubium non erit? Certè in omni republica de qua mentionem fecimus, ambiguum iudicium nõ est quibus imperandi munus incumbat. Hæc ab illa differt imperantium discrimine, ut hæc quòd diuitum imperio constet, illa quòd uirorum bonorum, & eodem modo unaquæq; reliquarum. Veruntamẽ si uno & eodem tempore insint hæc ordinum genera, quærunt quonam pa-

cto sit

cto sit explicanda dirimendaq́; controuersia, & cui imperium deferendum. Quòd si omnino pauci numero sunt ij quibus est uirtus, quis erit modus explicandæ controuersiæ? an paucitas cum munere & onere imperandi conferenda? possint'ne pauci administrare ciuitatem, an tot numero præficiendi, ut ex illis efficiatur ciuitas? Atq; etiam dubitationis affertur aliquid in eos omnes qui de ciuitatis honoribus certant. Nam qui diuitijs itemq́; genere freti se dignos arbitrantur imperio, nullo iure suam causam defendere uidentur: quia si quis unus rursus omnium ditißimus est, unum cæteris omnibus præesse debere eodem iure apertè ostenditur. Eodem modo si quis nobilitate excelleret, unus imperaret omnibus ijs qui libertate freti de imperio contendunt. Sed & ciuitatibus quibus optimi præsunt, similis forsan orietur de uirtute contentio. Nam si quis unus uir melior esset alijs qui probi in administratione reip. uersantur, eodem iure cæteris eum præesse oporteret. Quum igitur multitudo, quia paucis est potentior, imperare debeat: si unus aut uno plures, sed multitudine pauciores, reliquis essent potentiores, illi potius quã multitudo summæ rerum præessent. Sanè hæc omnia planum facere uidentur, nullum ex his rectè præscriptum esse finem propter quem isti uolunt

imperare, & alios omneis à se regi. Certè enim in eos qui nomine uirtutis administrationi reip. præesse uolunt, itemq; in eos qui diuitijs abundantes arrogant sibi principatum, ostendere possent ueram iustamq; rationem ij qui in ciuitatibus numero plures sunt.

*At enim his uerbis Aristoteles tantum abest ut detraxerit nobilitati, ut eam etiam ornarit. Bonum esse ait nobilitatem, quam si non semper præfert, nec planè eodem illo loco uirtutem. Tantum indicat improbare se absurditatē eorum qui putant, secundum præcellentiam etsi in cæteris sint æquales, necesse esse inæqualiter magistratus dispartiri. Paribus in arte tibicinibus dandam negat prærogatiuam *fistularum & qui sit nobilior, nihilo enim melius caneret: at his qui ea in arte super excellunt. Quid enim eo loco nobilitas facit ad peritiam fistularum? Quin potius ostendit opus esse ciuitati nobilibus, liberis, opulentis, & multo magis iustitia & uirtute bellica. Denique quid illud? num satis ostendit nihilo hîc labefactatam nobilitatem? Cùm nobilitatē apud omnes in honore haberi ait, quasi uerisimile sit ex melioribus ortos meliores: Quid igitur quæ consensu generis humani in precio habita est nobilitas, à nobis contemnitur, conuellitur, laceratur? Ac ne bilem*

**tibiarum, non fistularum*

bilem nobis moueas tam sæpe accersito illo tuo Aristotele, aut placita eius esse repudianda, aut bonis adnumerandam nobilitatem ut & opes, easq; conducere ad uitam beatam negare non potes. Rursus illud deblateras:

An non existimamus omnes, ipsam nobilitatem in opibus, aut gloria, quam longi temporis progressus confirmauit, esse positam? Atqui neutrum horum est in potestate nostra: sed alterum fortunæ temeritati, alterum intemperijs hominũ est obnoxium. Itaque nobilitatis arrogans hoc nomen quod ut sumamus animo, facit, à duabus rebus, quæ propriæ nostrum non sunt, perinde nec di uitiæ reddunt filios ei similes qui illos procreauit: sed qui natus ex uirtute fuerit, impressam animo suo gerit imaginem æqui & boni, quum ea sola transmittatur à parentibus in liberos. Hæc demũ uera nobilitas est, morum similitudo secundum iustitiam. Nunquid autem opulentia Midæ nobilior quàm Aristidis inopia? Tamen hic ne in sepulchrum quidem sumptum reliquit moriens, inrygi quicquid suppetebat facile uicē sepulchri obijsset. Verùm sita non est in opibus nobilitas, (omnis autē improbitas ad instar ignis ferè est: nam utrunq; horum nisi alatur, euanescit & extinguitur.) Quid? Socratis ignobilitas, matre obstetrice, Statuario

Verba sunt Aristodemi in nobilitatem.

tuario patre, an non plus ueræ nobilitatis præ se tulit, quàm illa Sardanapali gloria? Ne uerò ne censeas nobiliorem Xerxen fuisse Cynægiro. Huic enim pro patria dimicanti manus amputata est: illæ uitæ præsidium fuga quæsiuit, & regni amplissimi gloriam mutauit cum turpitudine summæ timiditatis.

Aristodemo respondet.

Dicuntur ista quidem magnificè. Nec uerò tam iniquus sum æstimator rerum ut nobilitatẽ unam committam cum uirtute aut opibus. Non faciam, non dicam. Et tamen nobilitatis uanum esse nomen tibi hercle non assentiar. Non minus quidem, quàm & qui opes inanes & in mare præcipitandas suaserit. Non sunt ex nobis trophæi maiorum, non opes plerunq;, non aui, non proaui. Et tamen ijs excellentibus quem gaudere, ijs frui rectè meditantem opera uirtutis, nihil nocet ad uitam beatam: quin potius subsidia sunt & instrumenta sapientiæ, quæ si non fulciant uirtutem, hãc certè ornant. Non aliter quàm formosæ uirgini uestis elegans dedecori minimè est: ornat etiam & fulcit, & nescio quid decoris elegantiæq; affert pulchritudini naturæ. Ita nobilitas uirtutem ipsam quando admirabiliorem reddere non potest quum ipsa solis radijs illustrior sit, tamen nescio quid splẽdoris & ornatus uirtutis studioso affert.

Quousque

Quouſque autẽ Socratẽ Xerxi præferes? Quòd ſi Cyrus quæ in eum confert Xenophon Socraticus habuit, haud dubium quo potiora facta uerbis, quin eum Socrati etiam tuo iure præferas. Porrò Anacharſis cũ ait, Apud Scythas barbari Athe-nienſes æquè atq; Scythæ apud Athenienſes. Non dicam ſcripſit nobilitati, at potius ſuis quemq; regionibus nobilem uideri oſtendit: nec tam facilè nationibus quantumuis exteris exprobari iurè ignobilitatem. Chryſippus autẽ eo libro quo æqualitatem demonſtrat uirtutum, quiſquilias, & ramenta nobilitatem uocat, Proinde nihil referre quo patre naſcare, generoſo an ignobili. Quid Stoicæ familiæ facilè principi reſpondeam quæris? Nempe quod de me audiſti dum ſæpe perorarem in Stoicorum illam porticum, illum Stoicum Lapitham, illum ex adamante compactum, non mirum ſi non agnoſcat nobilitatem: cui cùm pectus ſit haſta traiectum, parum tamen hæc ſe ſentire ait. Nihil hoc ad ſe pertinere, qui uelut ſtipes dolori non ſuccumbat, nullum habeat ſectus ſenſum. Porticus iſtius incolæ quid mirum ſi nobilitatem homini adimunt, qui amorem, miſericordiam, clementiam, reliquosq́; affectus à natura homini datos euellunt: Hi ſunt qui in medijs ignibus ſe conflagrare negãt, neq; medio in mari obrui ſe aquis.

Ariſtodemus.

Naturæ ſcita iracundè à nobis pelli uolunt. Affectus fruſtra datos aſſerunt. Hi ſunt qui Pronœam illam anum ſagacem admodum uniuerſi huius parentem uocent: quam quæſo cur non ætate integra confinxerunt, cùm tantæ molis opificem credere nos uoluerunt? Sed hæc utcunq; ferri poterãt: cùm autẽ peculiares nobilitatis ſatellites irridet, arrogantiam, faſtum, uiolentiam, humani deniq; iuris contemptum, ſi quando obruti his ſunt nobiliſsimi aut Reges aut proceres, non agnoſcit. In pleroſq; ignobiles hæſiſſe eoſdem quoq; quos ſatellites nobilitatis procaci nomine uocat. Illorum hanc eſſe iram ait.

Innumeris quæ ſæua malis afflixit Achiuos,
Heroumq; animos tot fortis impulit orco
Membra minutatim quorum laniata moloſsis
Alitibusq; dedit.

Sed an ſolius Achillis talem ille iram putauit? An non fuit deterior aut Phalaridis, aut Agatoclis, aut Dionyſij, quos ignobiles fuiſſe legimus. Neq; uerò uates ille doctiſsimus cùm ait,

Nil magis eſt hominis natura infirmius omni
E' numero ſpirant quecunq; animalia terris.

Potius de nobili quàm ignobili agit. Vtcunque omnium ſit infirma natura, non tamen generoſus nihil ab ignobili differt. Quin potius naturæ com
moda

noda ueluti à Deo collata admiratur.

Haud uni dat cuncta Deus, formosus ut idem
Sit, pariter prudens, ac multa laude disertus.
Qui specie caruit, Deus hunc uenerabilis ornat
Viribus eloquij: quo fit mirentur ut unum.

Neque uerò si ignobiles magistratus, præfecturas, regna, inuadere uideas, si his deijci nobilissimos iu re ideo incessenda nobilitas. Non minus enim illud ad nobiles quàm plebeios pertinet.

Si lege natus Trophime tu fores ea Menander
Vt omnia ad uotum tibi quæ uelles fluerent:
Et id Deorum aliquis recepisset tibi:
Rectè doleas quidem, fefellit enim fidem,
Ac fecit absurdè. Sed ijsdem legibus
Commune quoniam tu quoq; quibus nos alij
Cœlum hauseris, ut audentius tecum loquar,
Ferenda sunt hæc fortius.

Talia, inquam, dicta sunt & plebeis & nobilibus, quibus hac in parte neq; nobilitas prodesse potest, neque natales obscuri. Ex æquo utrisq; Deorum fata ignota quandoquidem.

Nemo uenturam potuit Deorum Pindarus
Nosse fortunam: quoniam futuri
Cæca mens nobis: hominiq; multa
Præter optatam tulit ipse casus
Tristia, & rursus miseris subactam

Extulit

Extulit rebus propere uoluptas:

Redeo ad Chrysippum, qui scribit hæc à uate prudentissimo perscripta in nobilitatem,

Quicquid ego uinctum porto, uel alter Achiuũ
Tu rapis. *Quasi uerò Thersitæ improbissimi sordidissimiq́; in præstantissimorum regum sordidissima uerba huc transferenda sint. At non potius quærendus Vlysses aliquis, qui nebulonis contundat procacitatem? Rursus oblatrat: ab eodem poëta nobiliũ facta patefacta ait, dum Vulcanus adulterium Martis & Veneris deprehendit:*

Iupiter atq; alij, quorum immortalia diui
Numina, turpe deis facinus, dignissima risu
Crimina, spectatum huc cõcedite protinus oẽs.

Sed enim non peculiaria talia crimina nobilibus, quin flagrare ijs uideas ignobilissimos etiam: quibus si neq; caruere Homerici illi Heroës, minus grauiter ferendum, si nobiles in hæc impingant. Nam quid queritur Vulcanus?

Dedignata suum ac dudum pertesa maritum
Loripedem Ioue nata Venus, Martem ecce cruentum
Deperit insignem, formaq́; & cruribus altis
Conspicuũ. Sed enim claudo mihi nascier olim
Contigit. At nõ est uitium hoc à crimine nostro
Ingens, amborum potius sed culpa parentũ est,

Qui

Qui ſine defectis ſobolem perducere membris
Debuerãt. Verùm huc conuertite lumina cũcti

Si Ioue nata Venus culpatur, & qui culpat etiam Ioue natus. Nec uerò rectè exprobrare potuit Venus claudicare Vulcanum: hoc enim negat uitiũ ſuum fuiſſe. Nec ille Veneri nobilitatem exprobauit. Quid igitur ait?

Cernite ut optatis foueant amplexibus ignes
Noſtráq; ad hæc [illegible] petiere cubilia. uerùm
Hanc poſtquam uidi magno mihi uiſa dolori
Res fuit. Atqui illos ſpero non tempore paruo
Tali concubitu fruituros quamlibet acri
Coniunctos in amore quidem, fortaßis uterq;
Concupiuiſſe diu nolit, ſed dura tenebunt
Vinculáq;, inſidiæq; meæ, tantiſper ad unum,
Munera connubij donec pater ipſe remittat
Inq; uerecunda pro coniuge cuncta regente.
Præmia quæ dedimus nobis dotalia reddat.
Quandoquidem ante alias forma preſtantior omnes
Nata ſibi eſt, ſed mente carens & pectore caſto.

Quid hæc pertinet potius ad nobilẽ Venerẽ quàm ignobilem Laidem, aut ſcortum diobolare? An enim uincula illa Vulcani minus pertinent ad deprehenſum & hærentem Martem, quàm alium

quemuis plebeium? Vulcanus quidem

-Insidias imo iam pectore uersans
Huic admoliri, ac prægrandẽ imponere trunco
Incudem parat, & subitò durißima format
Vincula, non ulli textumq; solubile cudit,
Quo simul impliciti grauiter uinctiq; iacerent.
Ac postquã fabricasset opus cassesq; Gradiuo
Infensus, subitò petit alta cubilia gressu
Gratus ubi stabat thorus, & iam uincula circũ
Fulcra locat, mirumq; simul concinnat in orbẽ,
Plurima quinetiam tectum diffusa per altum
Tenuia, ceu lepidas suspendit aranea telas,
Vt quæ non hominum non ipso lumine diuum
Cernere erat, mirè abstrußis composta dolorũ
Nexibus. Hæc postquam per summa cubilia sparsit
In Lemnon simulata uia est.

Vincula planè ea pertinent ex æquo ad omnes qui se patiuntur amorum illecebris rapi: in hos planè compedes necesse est illi incidant. Neque planè peccata tegi aut uelari, quin ea pateant, posse. Agnoscis enim quid dicat unus è dijs,

Vt nihil officiunt uirtuti crimina, claudus
Assequitur celerem uelut nunc Mulciber acrẽ
Gradiuum obtinuit, quamuis præ cœlitibus dijs
Cursibus ille pedes habiles agit ocyor unus.

Claudus

Claudus enim ipse dolis usus, qui sic quoque multas
Auxit adulterij & fœdo pro crimine pœnas.

Porticus illa uestra Stoici nullos'ne deambulantes adulteros uidit? Nam si næuum in facie magis inspici dicitis quo loco magis pateat, ita planè nec rere fuit uitia nobilium magis incessi, magis pater. At tamen nisi planè uestram illam porticum deijcitis, qui peccata omnia paria alibi iactatis, cur hîc nobilium magis animaduertitis? Plebei quis abusus sit filiola, aut regis, negatis interesse: & tamen multa deblateratis in nobilium superbian, arrogantiam, amorem, incestos amores, crudelitatem, uindictæ auidos animos, quos beneficij immemores facitis, leuissimæ autem contumeliæ acerrimos insectatores. Quæ si in hos solùm quadrarent, iurè fortè declamandi in hos unus esset locus. Nunc cùm ne uos ipsos quidem Pronea illa uestra fatidica anus his liberos perturbationibus reddat, quæ in ijs castigatis prius euellite à uobis.

At nulla (ait) ratio reddi potest, cur nobiliorem alio alium iudicemus. Immò non leues uidemur initio huius disputationis attulisse: nisi mauis Aristotelem illo ipso libro de nobilitate conscripto audire. Perspicuum igitur est, inquam,

quid sentiendum de eo sit quod agitauimus iam dudum: nempe quid causæ sit, quòd ij nobiliores cæteris iudicantur, quorum opes à longinquo generis primordio repetuntur, aut quorum maiores longo interuallo fuerunt boni, quàm illi qui propius absunt à nobilitatis suæ principio. Porrò is abest propius, qui sua sponte uirtutem colit, quàm cui auum contigerit huiusmodi habuisse. Quo fit, ut nobilis demum ille sit, qui fuerit uir bonus. Inuenti sunt etiam, qui specie quadam reprehensionis id conuincere studeant, perinde quasi pertexerent iustam ratiocinationem contra nobilitatem. Quemadmodum sanè asserit Euripides, Non antiquitate maiorum æstimandam esse nobilitatem, sed uirtute: nec alium quenquam nobilem omnino esse, nisi uirum bonum. Qua tamen opinione nihil minus uerum est: Imò rectè ponunt ea de re quæstionem, qui laudem uirtutis longa uetustate confirmatam huic sententiæ adhibent. Quid esset causæ, diximus. Id autem in causa erat, quòd nobilitas est uirtus continuata gentis alicuius. Virtus bonum est, illa bona familia est, in qua complures suis posteris uirtutem quasi per manus tradiderunt. Quod tum demum usu uenit, cùm ea fluxerit à primordio nobili, bonoq;. Namque principio uis ea tributa est, uti multa eiusmodi procreet,

di procreet, cuiusmodi fuerit ipsum. Hoc munus & opus principij, alia multa sui similia gignere. Cùm igitur in gente aliqua extiterit quispiam in hunc modum affectus, adeò benè moratus, ut eius bonitas ad alios eiusdem familiæ per ætates multas peruenire poßit, eam gentem esse optimam necessarium. Etenim in ea multi erunt homines egregij, si hominum propago fuerit: sin equorum, equi, & in cæteris animalibus ad eundem modum. Quamobrem consentaneum sit, haud esse nobiles, qui diuites, aut uirtutis laude præstantes fuerint, sed eos, quorum maiores in ultima uetustatis memoria, uel diuites aliquando, uel boni uiri extiterint. Hac enim disputatione uerum indagatur: Quod autem initium est, omnium caput, si retro agas, reperietur. Neque uerò nobiles continuò sunt, quorum egregij maiores, sed ij tantum ex maioribus, qui principes in edenda familia fuerunt. Quòd si bonus quispiam sua sponte non habet eam uim naturæ ut sui similes procreare multos queat, non potest ab eo duci principium gentis alicuius. Igitur his rebus æstimandum est cuiusque gentis principium, & ij demum nobiles, qui nati in eiusmodi familia sunt: idq; ea lege, si author primus ita sit, non autem tuus pater proximus. Etenim qui est pater, non edit in

lucem duntaxat uirum bonum qua est pater, sed qua genitus ipse est in huius generis familia: Atque equidem, ut ait Xenophon, Megarensis Theognidis carmina feruntur. Hic poëta de uirtute uitijsq; hominum, nec alia re ulla sermonem instituit: nec iniuria dici potest commentarius de hominum uita: haud aliter, quàm si peritus rei equestris, ea de re scriptum aliquod edat. Huius poëmatis meo iudicio, certè institutum est principium, cùm orditur à bonitate generis. Nam ita sentiebat, nec hominem, nec aliud quicquam quod procreatur fore bonum, nisi quæ illud procreatura sunt bona sint. Quare uisum est ei cæterorum animantium exemplis uti, quæ non temerè sed accuratius aluntur, quæq; curantur & comuntur quadam arte, ut nobilissima euadant. Id quod his uersibus facit perspicuum.

Fortis equus, firmusq; aries, non uilis asellus,
Egregio qui sit sanguine, Cyrne uolunt.
Et satagunt oēs sibi habere. At fœdera iungit
Vilia, si dederit, uir generosus, opes.
Fœmina nulla thoros, quãuis generosa, recusat
Diuitis, hunc forti præferet illa uiro.
Gazæ amor est summus, uilē sibi nobilis aptat,
Vilis & egregiam turbat & arca genus.

His uersibus declaratur hominum inscitia, quod

attinet

attinet ad procreationem ſobolis : atque ob eam rem euenire, ut familiæ cuiuſque bonitas ſenſim minuatur, quòd degeneres tam ſæpe nobilibus copulantur. Non pauci tamen his uerſibus accuſari hominum cupiditatem & ſordes à poëta existimabunt, eo nomine, quòd eorum nemo recuſet, modò ſe poßit locupletare, tam degener & ignobilis, quàm uicioſus & turpis euadere. Cæterùm mea quidem ſententia, hominum inſcitiam in uita degenda potius accuſat, qui nobilitatem tam præclarum Theſaurum opum amore ſenſim delabi patiantur. Sed quando Chryſippus ex amatore ſuo Euripide nos oppugnat, age uerò proferamus quæ & ille nobilitatis præco pro nobilitate cecinit. Sic autem ille,

Quamuis familiæ haud ſuppetant nobis opes,
Generoſus animus, priſca nobilitas manent
(Proh ſancta diuûm numina) patris nobilis
Quos addit animos, quod decus fiducia?
Quamuis egeſtas nobilem oppugnet uirum,
Cunctis uerendus tamen erit : nec non patris
Secum ipſe reputans facta, creſcet moribus.
Quid noſtri egentem caſus huc te detulit?
Sperare de quo multa nobilitas iubet.
Quæ cætera aufert inopia, generis decus
Auferre neſcit.

Id uerò multum rettulit, prosapia
Sit'ne imperator nobili, fama bona:
Generosa patrum filijs uirtus inest,
Vnaq; creuit, melior opulentis thoris.
Illustre & ingens specimen in mortalibus,
Stirps clara generis nomen augescit, cui
Decus exprobari familiæ iurè haud potest.

Hæc quidem non sunt hominis oppugnantis & deijcientis nobilitatem, potius uerò laudantis & efferentis. Quid illa eiusdem?

Non prœmium ullum liberis præstantius,
Ac nosse patrem nobilem, fortem, probum:
Sociamq; lecti nobilem. Si quis mala
Libidine amens iungit obscuras faces?
Non laudo. Tanti num uoluptas, liberis
Probrum ut relinquas generis, & turpẽ notã?
Generosus animus uincit aduersa & domat,
Ignauus illis cedit. En nos ultimo
Mersi periclo, sensimus amicum fidem.
Vsque adeò puerum, sat sciò, incessit pudor,
Celebrare cœtus qui bonorum assueuerit,
Sanctosq; mores didicit. Hunc ergo malum?
Isto'ne natum genere uiciosum putas?
Hoc mihi probabit nemo, nec persuaserit.
Hos magna generis claritudo, spem facit,
Illo superba sceptra fixuros solo.

Coniunx

Coniunx uetusta gente, quamuis fœda sit,
Appetitur: hanc spes liberûm gratam facit,
Opibusq; potior dignitas multis placet.
Si, ut prædicas te nobilem, ita se res habet,
Nomen parentum & patriæ narra: ex bonis
Quicquid creatum, pollui dictis nequit.

Sed mittamus Chrysippum non uno loco contraria scribentem: nam & in libro primo de bonis, & libro de Arte dicendi, opes, nobilitatem, pulchritudinem, sanitatem, bonis siquis adscribat, non se repugnare ait. Libro quoque de ijs quæ per se eligantur, ne ab insania quidem liberat eos qui hæc nihili faciant. Ac re uera nihil illi, nihil Stoicis nobilitate opus, qui id genus philosophandi sequuti sunt, quo sibi uirgula uelut diuina omnia suppetere iactitant: se diuites, nobiles, formosos, reges esse. Diuites autem sint, sed qui ab alijs cibum emendicent: sint reges, sed quibus nemo pareat, ipsi omnibus sint obnoxij: soli omnia possideant, sed qui uix inquilini trimestrem mercedem pro domo locata persoluere possint. Philo autem nobilitati non tam iniquus fuit quàm putas: neque uerò probauit Lycophronis sententiam, tametsi retulerit. Sic enim ille: Aristodemus.

Planè dubito, quod attinet ad nobilitatem, qui tandem illi sint, quos appellare nobiles æquum esse

 uideatur.

uideatur. Nec iniuria, inquam, ſuper ea re quæſtionem ſcitè ponis. Etenim tam imperiti homines, quàm ſapientes, aut ea de re non idem ſentiunt, aut non explicant ſatis dilucidè: uerbi cauſa, Quæ demum uis huius ſit, utrum nobilitas quiddam honoratum & præſtabile ſit, an potius quod Lycophron ſophiſta prodidit memoriæ de ea, prorſus nouo exemplo, uerum iudicabimus? Nam is contendens hanc cum alijs bonis ignotam eſſe in uulgus ait eius pulchritudinem, uerbóque ſolùm, non re, dignitatem eius niti. Quippe quam opinio uana faciat optabilem, re autem uera nihil inter ignobiles & nobiles intereſſe.

Sed hæc non mirum ſcripta ab ignobili Sophiſta. Quem igitur huic opponemus? Poßidonium opinor, grauem imprimis Philoſophum hæc cum Tuberone diſputantem.

Ambigi ſolet, non modò quantum in nobilitate ſit boni, ſed etiam qui demum id nominis merentur. Alij nobiles illos cenſent, quorum parentes bonitate præſtiterint: quod facit Socrates. Qui, quoniam Ariſtides ſumma uirtute fuit, generoſam eius putat filiam eſſe. Simonidem ferũt, ecqui nobiles forent aliquando interrogatum, Eos reſpondiße, quorum maiores inde uſque à multo tempore opulenti fuerunt. Tamen ſunt qui dictum

hoc

hoc uituperent, at minus rectè. Theogius autem Poëta hos edidit uersus,

Generositatem uulgus apprimè probat:
Sed coniugem omnes ducere opulentā expetūt.

An non, quæso, est optabilius te diuitem esse, quàm proauum tuum, aut maiorum tuorum quēpiam fuisse diuitem aliquando, cæterùm nunc esse pauperem? Quid ni? inquit: ac censeo affinitatem potius cum pecuniosis quàm nobilibus esse contrahendam. Nobiles illi antiqui sunt, at præstabiliores multo qui nunc uiuunt. Quare eadem opera existimes, non magis eos nobiles haud esse quorum maiores opibus maximis multo ante floruerunt, quàm qui longo interuallo repetunt sui generis primordium à uiris præstantibus uirtute. Virtus enim recētis memoriæ longe melior, quàm illa prisca & obsoleta: propiusq; attingit quemque coniunctio patris, quàm proaui: nec non satius est uirum te bonum esse, quàm proauum aut maiorum tuorum quempiam. Est ita ut dicis, inquit. Cùm ergo, inquam, neque in hoc neque illo sit nobilitas ponenda, uti apparet, an non alio modo inuestiganda est? Quo tandem? Age, inquit, dispiciamus. Particula ἐυ, quæ prima est huius uocabuli ἐυγένεια, laudabile quid & præstans, suoq; in genere perfectū, declarat: ut ἐυπρόσωπον, honesta

honesta facie, ἐυόφθαλμον, perspicaci oculo. nam boni pulchríue quidpiam his uerbis denotatur. Maximè uerò, inquit. Igitur ἐυπρόσωπον est, quod faciei præditum est uirtute, ἐυόφθαλμον, quod oculi, Est ita, inquit. Iam uerò aliáne est egregia laude familia, quædam turpis, nec laudabilis? Maximè uerò, inquit. Præstans & egregium quidque dicimus pro natura suæ uirtutis, ac proinde idem sentiendum de bonitate generis. Est ita, inquit. Perspicuum ergo est, inquam, Nobilitatem esse uirtutem generis. Proinde quid Lycophron conatur ostendere si repetamus aut Iouem, aut Herculem, aut eius liberos & posteros, aut Theseum, aut Bacchum, aut Apollinem, Perseum, Iasonem, Cyrum. Et ex Heroibus maiorem numerum, quorum se nobilitate deinceps multi iactauere, horum originem fœdam fuisse et spuriam, etiam si excutiamus altius de Rhea, quæ prodiderint Aegyptij ueteres. Hæc inquam neq; notæ esse possunt nobilitatis neque à Poëtis conficta in certum testimonium ueritatis promenda. Illi quidem Dijs etiam ea tribuêre, quæ pudet in moderatos homines transferre. Neque si qui parum certis natalibus prodiere, nobilitatis nomen propagauere, ideo origo fœda nobilitatis. Hi enim antea clari & in uulgus noti fuere nobilium sati

sanguine.

sanguine. Ex quo apparet, si nobilitatis semen effusum in amores parum pudicos, inde tamen ortos posteritati commendare potuerit: multo magis æquum esse legitimis ortos nobilibusq; parentibus claros laudabilesq; censeri. Lapsa est libido nobilis in plebeiam, aut sui similem. Prodijt inde uir clarus? Quanto clarior qui prodijt è puro thalamo? Neque unquam nobilium uitia nobilitatem infamauerint, non minus quidem quàm auarorum sordes opum splendorem. Quod si ex sordidis hisce complexibus nati clari euasere, si uirtutem amplexi nominis immortalitatem undique propagauere: quid uetat quin uirtus eorum nobilitati principium incrementumq; tribuere potuerit? Nam ille quidem qui rogatus per contumeliam quis fuisset Pelei pater, rogauit regem Ptolemæum prius responderet quis esset Lagi pater: uel contumeliam contumelia repulit, uel sordidorum hominum morem imitatus est, quorum semper proprium fuit obtrectare nobilitati. Volo enim ita nobilitas ius suum retineat, ne sibi tamen permissum putet conculcare & in ordinem reliquos omnes ordines redigere. Canes Indicos dono Alexandro datos, refert Aristobulus, dum obijcerentur tauri ferocientes, muli indomiti, immotos iacuisse: at mox exhibito leone, excitatos

tatos in pugnam ruisse. Ita si plebei interdum obtrectant nobilitati, si sophistæ in eam deblaterant, nolo irruant, clament, uociferentur: potius silentio obruant eorum loquacitatem. Imitentur Cæsaris illius factum: cui cùm narraretur, esse qui ei detraherent. Satis esse respondit, si id poßit, ne illi facere aut moliri in eum quidpiam poßint. Neque enim tantum uolo esse otij nobilibus, proceribus, principibus, ut aures aperiant tricis hisce occupati. Potius cogitationes traducant ad id quod eos excitat nobilitas: ut aliorum saluti prospicientes, de sua parum sint solliciti. Repetantq; uetus id Alexandri, Cùm bene feceris malè audire regium esse:

Aristodemi uerba.

Mænander (inquis) Heracleotes, Agricolas ipsos unos esse reliquias ex stirpe Saturni prædicat: Epigenes Rhodius multis rationibus comprobat, antiquiorē multo fuisse rem rusticam quàm urbanam: Diophanes nobilitatis initium ex agricultura trahit, in qua qui excellere uidebantur Pastores esse maluerunt, quasi & ipsi imperium exercerent in animalia.

Atqui non id nunc agitur, antiquior'ne sit rustica res urbana: neque, si quis collaudans rusticam uitam, Saturni regis ex stirpe agricolas esse dixit. Hoc quasi certißimum testimonium

afferri

afferri debuit: sumus quidem omnes mortales, satu deorum procreati: nec tamen prohibent mores, prohibent instituta gentium, prohibet ipse sensus communis, quin pulchrum à deformi, inopem à diuite, claudum ab integro discernamus: nec si inter agricolas alterius operæ præstantiores, ideo ab ijs necesse fuit nobilitatem initium sumere: neque enim minus desinunt esse agricolæ, non minus quàm in copiosa familia seruorum sunt uaria genera: & tamen serui atrienses, ratiocinatores, qui sunt à Cyathis, qui ab epistolis serui, atque alij mediastini.

Ecce autem (ais) non solùm nobilitatis nomen irrepsisse in certos homines, at in certas etiam in uniuersum prouincias, ueluti cùm Euganei sese omnes nobilitate commendant. Moriseni Sitonijq;, qui planè rectius Orphei nomine gloriantur, quàm qui incolunt Dioscuriade Oppidum, & Heniochori, qui se iactitant ab Amphyto Telquioq; Castoris ac Pollucis aurigis nobilitatos. Neque uerò indecens fuerit uniuersam prouinciam nobilitatem ostentare, non minus quàm probitatem, & integritatem, neque qui se aurigis Castoris & Pollucis ortos contendunt nobilitatem ostentant, sed originem potius: neque tam uiles immò uerò clari aurigæ eo fuere tempore, Aristodemus

pore, quo ex curribus tantum pugnabatur, militia unius tantum equi ignota erat: cuius rei exempla innumera apud Homerum extant.

Ariſtodemus. *Quorſum autem ad Pindarum me reuocas? qui hominum genus idem eſſe quod deorum, ex una parente utroſque ſpirare ſcribit. Quin potius innumeros eius locos intuere; qui uictores laudet è maiorum nobilitate? & illum ipſum Alcimidem à Praxidamanto auo, qui Soclidæ memoriam renouarit, quem Aegeſimachi liberorum excellentiſsimum fuiſſe ait. Non autem in mentem illi uenit obtrectare nobilitati: potius uniuerſos mortales hortari & excitare ad induſtriæ fructus uirtutisq́; decerpendos, qui ſatu deorum ortos ſeſe meminiſſe poſsint. Non enim nugas Heſiodi ſecutus eſt, qui è Terra Cœlum, & Cœlo Saturnum, ex eo Iouem genitum cecinit. Quam prudenter mox Pindarus non omnes nos ex æquo uitam tranſigere Sogenem laudans teſtatur.*

Ariſtodemus. *Quouſque uerò tandem in Iphycratis uerbo commendando, quod & rectè à M. Tullio uſurpatum eſt, nimius eris? Iphycrates quidem ſalsè in Armodij è familia ſeſe ortum iactantem, eiq́; ignobilitatem exprobrantem hoc detorſit: Meum genus à me initium ſumit, tuum autem in te finit.*

Hoc

Hoc ille cùm dixit, non nobilitatem generis eleuauit: ſibi autem exprobrantem ignobilitatem iure reſutauit. Ita enim æquum fuerit, nobiles nobilitatem ſuam tueri, ne illa freti nimium inſoleſcant, alios de gradu deijciant: meminerint quoque ſeſe communi ſorte natos, & qui audire poßint Euripideum illud Polydori ad Hecubam matrem:

O parens quæ regia
Genita domo ſeruis, ut infelix agis,
Quantum prius nunquam, Deus quis te bona
Ex ante fortuna malis conficit uarians?

Nec uerò Polynicis apud eundem inſulſa illa, Ariſtodemus.

Non te generis euexit ad ſummum decus?
Malum carere eſt, nam genus non me aluit.

Talia non opugnantis ſunt nobilitatem, imò per Iouem excitantis ad maiorem decus tuendum, conſeruandum, augendum. Graue enim, per inquam graue Vlyßis uidetur illud cùm rectè confertur in nobilem:

Tu ſplendidum natalium obſcurans decus
Lanam trahis, patre natus Argiuûm optimo?

Non enim illi ad choreas nati, non ad oblectationes, luſus, res uenereas, rapinas, iniurias alijs inferendas editi: potius ad uirtutem, laborem, tuendos in officio ciues, populares iuuandos:

meritò ut qui plus quàm deceat ſibi ipſis ſolùm nati uideantur, iurè quæ à Satyro audijt Pallas, cùm tibia oblectaretur, audire poſſint,

Haud te decet forma iſta, mitte tibias
Sume arma, buccas ut decet componito.

Sed moniti nobilitatis paternæ, hanc intueri, hac ſe oblectare, huic augendæ incumbere debent, ſeſeq; altera illa animi nobilitate inſignire, ad illudq; ſubinde reſpicere Poëtæ peritiſſimi,

Non decet ut Hector pronus incumbere lectis
Ille uelit clarus, fixusq; inſidere plumis.

Illudq; Priami de Mercurio elogium ut in eos competat curent diligenter,

Corporis admiranda tua eſt ſpecies, ſapis atq;
Mente ſimul: ſatus es maiorũ ſtẽmate claro.

Iurè quoque Vlyſſis illud ad Penelopen proferre poſſint uoluptate peſtifera ſuperata,

Sic itidem Circæ retinebar in ædibus altis
Coniugij tædas cuperet dum, meq; maritum.
Aſt animum potuit nequaquam flectere noſtrum.

Quàm enim præclarum, non ab aſſentatoribus, at ex animo à probis laudatisq; uiris audire quod audijt Hector à Polydamante?

Namq; alij Deus ut curæ ſint Martia facta,
Aſt alij dedit ut ſapiat, ſit prouidus, atque

Cùm

Cùm ſibi,tumq; aliјs,ac oppida ſeruet ab hoſte:
Atq; hæc ipſe tenes in primis optime ductor.
Et illud eiuſdem,
Ceu mitis pater hic populo imperitare ſolebat. Ariſtodemus.

At apud Euripidem, ais, Electra an non iure ridet nobilitatem? dum ex Atræo illuſtrem (ſi modò illuſtrem) Agamemnonem ait natum? Dumq; Ioue nati Tantali pœnam refert? Sed enim non unius aut alterius inſolentiam nobilitati nocere æquum fuerit: nec illa ſe ait exprobrare infortunia. Cumq; refert, nullum eſſe malum, aut morbum, cuius non ferat onus hominis natura: ad communem hominum ſortem potius reſpexit. Nec uerò peſſimè Archilochus.

–Talis hominibus enim
Animus ineſt, ô Glauce Leptina ſate,
Mortalibus, qualem in dies Deus excitat

Ranuncula Aeſopica matre intumeſcente, & rogante, maior'ne eſſet qui ſe abſente uoraſſet partus ſuos: Non ſi media dirumparis, mater, æqualis illi eris, reſpondit. Ita nec ignobiles dicant quod uolent, detrahant nobilitati, obloquantur. Nunquam ſuperiores erunt nobilibus, non æquales, niſi uirtutis ſpecimen ediderint. Vnde id tandem? An inæquali ſorte hominum? an Genio aliquo? an Iouis magni conſilio, ut ait Heſio-

dus, accidit ut aliꝗ obſcuri, aliꝗ inclyti ſint? an (ut ad fabulas Aeſopicas redeamus) cùm feſto diei profectus inſultaret, & quæ ſummis laboribus quæreret, illum per ſocordiam atque ingluuiem conſumere quæreretur, ferret hanc conditionem: mutarent ſortem, ex profeſto feſtus fieret. Reſpondit, à Ioue ſortem ſacrorum ſibi commiſſam, nefas eſſe relinqui: intereſſe Iouis procul arceri à myſteriꝭs prophanum uulgus.

*

DESVNT RELIQVA.



PLVTARCHI CHAERONEI PHILOSOPHI, HISTORICIQ. CLARISSIMI

SEPTEM SAPIENTVM CONVIVIVM,

Gulielmo Plantio Cenomanno Medico, interprete: Adiecto Græco, ab eodem innumeris emendato locis.

ITEM,

DE SVPERSTITIONE, *libellus.*
Eodem interprete.



APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1552.

GVLIELMVS PLANTIVS IACOBO HVRAVLTIO MAGNO FRANCIAE ACROATAE S. P. D.

PLVTARCHI *septem Sapientum conuiuium, è Græco in Latinum sermonem à me nuper conuersum, cùm formulis chalcotypis excudendum dare uellem, id tibi Hurauldi clarissime dicare uisum est, ut pro tua erga me beneuolentia mei uicissim in te animi & obseruantiæ haberes qualecunq; testimonium. Etsi enim nostra per se uidebatur interpretatio parum te digna, diserto nimirum uiro & polito: res tamen per eam si non satis expressa uerbis, at certè quoquo modo adumbrata tua cognitione uisa est dignissima. Nam quum unus tres personas sustineas: in regia unam, ubi secundum Nomophylaca amplissimum geris magistratum, alteram in urbe politici uiri & ciuilis, tertiam domi patrisfamiliâs: multa hìc ab illis septem Sapientibus uiris de Principis officio, de Republica gubernanda, & familiari tuenda regendaq; habes tradita*

præcepta, aliaq; multa ad omnem uitæ partem multò utilißima simul & iucundißima. Quemadmodum igitur ex delineatis imaginibus & carbone ductis lineamentis solùm adumbratis uisos nobis antè & notos facilius interdum agnoscimus, quàm ex ijsdem ipsis expreßis & omni pigmentorum colorumq; uarietate effictis: sic tu quæ ex autore ipso Græcè cognoscere potuisti magno ornatu scripta, ex nobis Latinè nullo prope modum ornatu reddita recognosces. Bene Vale.

IAC. ALLIANCVRTVS NYORTENSIS LECTORI.

Symposium septem positum sapientibus olim
Plantius à Danais transtulit ad Latios.
Hoc adeas, mensæ fies conuiua perennis:
durat perpetuò lapsus ab ore cibus.

PLVT

PLVTARCHI CHAERONEI SEPTEM SAPIENTVM CONVIVIVM,

Interprete Gulielmo Plantio Cenomanno.

DIOCLES.

ENIMVERO* *Nicarche, sequens* ætas densam rebus caliginem & obscuritatem non paruam allatura uidetur, quãdo hodie de rebus tam recẽtibus, nostramq́; memoriam minimè fugientibus falsò conscripti libri, uulgò fidem inueniunt. Nam nec ab illis septem Sapientibus solùm, ut accepistis, agitatum est conuiuium, sed parte etiam altera longe pluribus, inter quos & ipse fui: quippè qui propter artem quam factito & Periandri familiaris & Thaletis hospes eram. Apud me enim diuersabatur uir ille, ita iubente Periandro: nec rectè*

*Argumenti occasio.

*Tẽpus nonnulla obscurat, alia retegit.

*historiam retulit; quicunq; is fuit qui eam rem uobis narrauit: quem uerisimile est ex ijs non fuisse qui conuiuio interfuêre. Verùm quando otium abundè suppeditat, & * senectus alioqui ipsa morti semper obuia dilationem rei olim commemorandæ satis tutò præstare non potest, si diligenter attenderitis, ab initio ut quæq; gesta sunt ordine omnia referam. Conuiuium instruxerat Periander non in urbe, sed in cœnaculo quodam iuxta Lechæum, qui locus erat parturientium non longè à Veneris delubro, cui etiam tum à Periandro fiebat sacrum. Nam quùm de * matris morte, quæ perditè amoribus æstuans uitam ultrò proiecerat, necemq; ipsa sibi consciuerat, Veneri nondum sacrificasset, tum primùm Melissæ somnijs motus eam uenerari & colere instituit. Singulis autem conuiuis multo ornatu rheda parata præsto erat, quòd & æstas esset et ob carrorum & hominum multitudinem uia inde ad mare usq; tota puluere sublato & strepitu impediretur. At Thales pro foribus bigam cernens, multo risu prosecutus reiecit. Digressi itaq; de uia publica iter per agros silentio faciebamus nos & unà nobiscum tertius Naucratita Niloxenus probus uir imprimis, qui Solone & Thalete in Aegypto usus fuerat familiariter, atq; iterum ad Biantem missus, quamobrem nescire se, nisi quòd suspicabatur Bianti alterum*

*Senex nõ satis locuplex futuri sponsor.

* Tam perditè & impotenter uiuentem matrẽ Periander amauisse dicitur, ut cũ ea iam mortua coïre sustinuerit: uelut i ex hoc loco Plutarchi colligi posse uidetur. Na Suidas & Herodotus Melissam ipsam fuisse dicunt.

proble

*problema adferre epistola consignatum. Inscribebatur enim, Si Bias recusasset, Græcorum doctißimis soluendum proponeretur. Præter spem (ait Niloxenus) ex epistolæ inscriptione commodum mihi usu uenit, quòd omnes uos hîc inuenerim. Itaq; epistolam, ut uidetis, ad conuiuium adfero: simulq; nobis eam ostendebat. Thades uerò subridens, si quid mali contineat (inquit) rursum ad Prienensem. Soluet enim Bias quemadmodum soluit primum. Sed quid, inquam, sibi uult primùm istud? Victimæ (inquit) ad se missæ * partem peßimam simul & optimam eximere iussus, ualde scitè & perbellè exemptam linguam Amasidi regi remisit: quo facto nominis celebritatem & admirationem apud omnes sibi parauit. Non propterea solùm (respondet Niloxenus) sed amicus esse non renuit, ne regum quidem, quod uos facitis. Siquidem quum tua alia miratur & suspicit, tum uerò * pyramidis dimensione mirificè delectatus est, quòd citra omnem difficultatem, nulloq; astronomo instrumento opus habens, sed ad Vmbræ finem quam pyramis efficeret collocato baculo, duobus radij contactu effectis triangulis, manifestò ostenderis quam rationem umbra ad umbram seruaret, eandem proportionem ad baculum habere pyramidem. Sed quod dicere cœperam calumniabantur uulgò tibi regis nomen odiosum esse,*

* Peßima nostri pars & optima lingua.

*Pyramidis ex umbra mēsio.

*& quædam tuæ in tyrannorum ignominiam adferebantur ad Amaſim ſententiæ, ut quum interrogatus à Malpagora Ionio ſi quid uſquam admirabile & inauditum (paradoxum Græci uocant) uidiſſes, reſponderis, Tyrannum * ſenem. Et rurſus quum alicubi ſermo incidiſſet de beſtijs, dixeris, ex feris animantibus teterrimam beluam eſſe Tyrannum, ex domeſticis aſſentatorem. Iſta enim Reges, quanquam modis omnibus uideri uolunt à Tyrannis longè diuerſi, non libenter audiunt. At hæc, inquit Thales, ad Pittacum refertur ſententia, quum aliquando cum Myrſilo iocaretur. Ego uerò non minus mirer, ſi pro Tyranno Nautam ſenem uidere contigiſſet. Hac autem perſonarum mutatione illud mihi iuuenis illius uſu uenit, qui miſſo in canem lapide nouercam quum percuſsiſſet, dixiſſe fertur, ne ſic quidem malè. Quare Solonem ſapientiſsimum iudico qui Tyrannidem recipere noluerit. Pittacus uerò ſi Monarchiam nunquam ambiuiſſet, non credo dixiſſet, Quàm * difficile ſumma & abſoluta præditum poteſtate, uirum bonum eſſe. Periander autem quum prius Tyrannide uelut morbo hæreditario occupatus fuerit, non malè emergere uidetur, ſanis conſilijs uſus in hunc uſq; diem, & prudentum delectatus conſuetudine, nec, quas ciuis meus Traſybulus capitum diminutiones & tanquam papa uerum*

*Vix unquam Tyrannũ ſenẽ, aut Nautã uideas.

* ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, quàm diffi cile Tyrannũ bonum eſſe.

*rum amputanda capita ſuadere ipſi tentabat, uolens admittere. Nam Tyrannus qui mancipijs & ſeruis imperitare mauult quàm uiris, nihilo melior eſſe uidetur agricola eo, qui pro tritico & hordeo locuſtas & noxias uolucres in horreum comportat. Id enim pro multis malis boni habent Magiſtratus honorem & gloriam, ſiquidem bonis meliores ipſi imperare, & magnis præſtare uideantur. Eos uerò qui cum ſecuritate & periculi *uacatione imperium ſine honore malunt, pecudibus par erat multis equiſque & bubus præeſſe, non uiris. Externus uerò iſte (Thales ait) uerbis ad rem nihil pertinentibus diem eximit, parum dicere laborans aut inquirere quæ decent eos qui ad epulum accedunt. An non putat ut conuiuatorem, ſic & conuiuam *apparatum quendam decere? unde & Sybaritæ, ni fallor, anno uno antè mulieres uocabant, quo eis per otium ſplendidè cultis, atque multo auro ornatis, liceret ad conuiuia uenire. Ego uerò plus temporis requirere arbitror uerum illum & ab omni fuco alienum conuiuæ ornatum, quò difficilius eſt moribus conſentaneum & decentem inuenire ornatum, quàm corpori inutilem minimeque neceſſarium. Neq; enim uir prudens ſe tanquam uas quoddam repleturus infert in conuiuium, *ſed ut & ſeriò aliquid & iocò tractet, audiat & loquatur opportunè, quo tempus inuitat eos qui unà conuiuunt,*

*Præclarũ & glorioſum imperium periculo non uacat.

* Ad cõuiuiũ imparatus nemo accedere debet.

*Cõuiuia ueterum diſputandi magis quàm epulãdi cauſa agitari ſolita.

 ſiquidem

ſiquidem iucundam inter ſe ſunt uitam acturi. Prauam enim eſcam licet reijcere, & uinum ſi malum eſt ad lymphas confugere: Conuictor uerò moleſtus, grauis & communis hominum conuerſationis rudis, omnem tum uini & eduliorum, tum cantoris gratiam perdit & labefactat. Nec uerò facile eſt talem offenſam ex multorum animis depellere, ſed nonnullis inter ſe moroſitas quædam in totam etiam uitam reſidet, tanquam heſterna quædam iræ aut petulantiæ iniuriǽue ſuper pocula factæ crapula. Quare & Chilo quum heri uocaretur, non prius condicere uoluit quàm ſigillatim conuiuarum nomina quæreret. Dicebat enim uectorem durum et importunum ferre oportere, ut & contubernalem, quibus cum nauigare aut militare ſit neceſſe: At ſe obuijs quibuſque compotoribus immiſcere, hominis parum circumſpecti eſſe ſolere. *Sceletus uerò Aegyptius (id eſt carne nudatum & aſsiccatum hominis cadauer) quem libenter per conuiuia circumferentes ſpectandum omnibus proponebant Aegyptij, mortalitatis monimentum breui ſcilicet fore tales, licet ingratus & intempeſtiuus commeſſator adeſſet, habebat tamen in conuiuijs locum, ſi non ad potandum, molliterq́; & uoluptariè uiuendum, ad amicitiam tamen mutuò colendam inuitabat, ſimulque admonebat, ne uitam per ſe breuem, longã malis rebus redderemus. Quum

*Scelet' apud Aegyptios ĩ conuiuijs adhiberi ſolitus.

talia

*talia obiter disputaremus, tandem domum peruenimus. Ibi Thales lauare noluit, quòd perunctum se diceret: uerùm ingressus, loca cursui & palestræ comparata, & uiridarium ad mare haud ineleganter cultum inambulans spectabat: nõ quod horum quicquam miraretur magnoperè, sed ne Periandrum negligere, eiusque studium & ambitiosiorem talibus comparandis curam contemnere uideretur. Qui uerò lauari aut ungi uoluerant, in secretius conclaue uiris tantum ad epulandum patens à Periandri ministris introducti sunt per porticum, in qua sedenti Anacharsi adstans puella capillum manibus componebat. Hanc Thales modestè & decenter ad se accurrentem deosculatus, sic ne, ridens inquit, comptulum nobis & elegantem hospitem reddis? credo quo mitior & facilior factus, non tam horrido nobis & immani aspectu appareat. Quumq; ex eo, quæ nam esset ea puella quærerem, doctam inquit & celebrem non nosti *Eumetim? Sic enim pater eam, uulgus paterno nomine Cleobulam appellat. Tunc Niloxenus ait, eius ingenium & solertiam summamq; sapientiam comminiscendis & proponendis ænigmatis laudas? nam in Aegyptum usque nonnulla eius nomine peruenêre. Non equidem, respondet Thales. istis enim ut astrologicis problematis uti per iocum solet, & obuijs animi causa proponere: sed sunt eius aliæ multæ*

* Eumetis Cleobuli filia iuris & æquitatis consultissima.

uirtutes,

uirtutes, prudentia ſingularis, animus ad Rempublicam natus, morum mira facilitas, humanitas, frugalitas, integritas uitæ & innocentia. Quibus moderatius iam, & æquius erga ciues, atque popularius paternum reddidit imperium. Verùm quî fit ut Anacharſim tam ſtudiosè & amanter curet? Quia Thales ait, uir prudens rerumq́; multarum peritus Anacharſis, tractandi rationem & munditiam Scytharum, quam ægrotis adhibent, benignè ei & promptè tradidit. Vnde factum eſſe puto, ut ita nunc Anacharſim accipiat, & quocunque officij genere, qua gratificandi facultate & humanitate poteſt ſibi deuincire ſtudeat, cuius congreſſu & colloquio tam multa didicit. Quum prope cœnaculum uentum eſſet, obuiam nobis fit Alexidemus Mileſius, Thraſybuli tyranni ſpurius: qui inde egrediebatur, neſcio quid ipſe ſecum murmurans turbato uultu & iracundo. Is Thaletis conſpectu nonnihil ad ſe reuerſus & ſedatiore animo, quam, inquit, contumeliam nobis & iniuriam fecit Periander? qui me hinc conantem ſoluere remoratus conuiuium expectare iuſsit: quò poſtquam ueniſſem, locum poſtremum & longè ignobiliſsimam mihi ſedem attribuit: Aeoles, Nyſiotas, & quos non infimæ ſortis homines anteponens Thraſybulo? Nam me probro & dedecore afficere, & tanquam de dignitatis gradu deijcere dum uult, qui me

miſit

*misit Thrasybulum contemnere ac despicere uidetur. Itá'ne tandem, Thales inquit, uereris ne quemadmodum Aegyptij astra, prout locis quæ percurrunt celsiora aut humiliora apparent, seipsis meliora fieri aut deteriora affirmant, sic tu quoque abiectior & obscurior euaseris propter inhonoratiorem attributum in conuiuio locum? Certè Lacone non paulò deterior fueris, qui in choro quodam à præsultore in postremum locum reiectus, Euge inquit, inuenisti quî esset hic quoque *honoratus locus. Non ut primas sedes occupemus unà accumbimus, sed ut aßidentibus commodos nos et faciles exhibentes, occasionem ipsis & ansam præbeamus protinus faciendæ inter nos amicitiæ. Tantum abest ut quicquam de loco queri uelimus, ut benè etiam nobiscum actum putemus, quòd contigerit cum talibus accumbere. Nam qui sedendi locum indignatur, aßidentem magis conuiuam quàm conuiuatorem grauiter ægréque ferre, in utrunque autem inimico & infenso uidetur esse animo. Verba inquit, isthæc sunt nõ sic est Alexidemus. Quinetiam uos, qui sapientes dici & appellari uultis, reipsa honorem ambire & apud omnes quærere uideo. Simulque nos prætergressus disceßit. Nobis uerò hominis absurditatem & stodilitatem mirantibus, Insanus, inquit Thales, est & monstrosus naturâ. Nam puer adhuc allatum ad Thrasybulum delicatum &*

*Persona loco, non locus personæ honori esse debet.

preciosum

preciosum unguentum, quum in magnum uas infudisset, uino insuper addito, totum adhausit, inimicitiæ profectò sibi propinans non amicitiæ poculum. Postea circumlustrans minister, iubet Periander, inquit, ut tu & Thales cum isto (Niloxenum indicans) diligenter inspiciatis id quod sibi nuper allatum est, utrū nequicquam & temerè factum sit, an pro signo & portento habendum. Ipse quidem certè prodigium esse putat. Siquidem ualdè commoueri uisus est, piamentum sacrificij (Græci miasma siue catharma dicunt) & lustrationem esse ratus. Simulq́ue nos in domunculam quandam, ex ijs quæ in horti ambitu ordine sitæ erant, deduxit. In ea iuuenis, quantum ex habitu conijcere licebat, pastoriam factitans, imberbis adhuc, alioqui forma haud inhonesta nec illiberali, explicato rhenone nobis in conspectum dedit puerum infantem, ut ipse quidem aiebat, equa natum. Nam supernè manibus & collo tenus, hominis forma, cætera equus erat, nisi quòd uagitu & ploratu recèns natos pueros referebat. Quo uiso Niloxenus auerrunce exclamãs Hercules, aliò protinus faciem auertit. Thales uerò diu oculos & obtutum quum fixisset in puerum, tandem ridens (solebat autem de more ludere mecum, et perlibenter iocari de ijs quæ ad artem pertinebant) An'non, inquit Diocles cogitas lustrum excitare, & negotium facessere Dijs

ipsis

*ipsis prodigiorum auersoribus, quasi triste aliquid expiatione dignum, atq; ad exemplum pertinens acciderit? Quid ni uerò, inquit, eam rem expiandam esse dicam? Seditionis enim & dissensionis & inimicitiæ signum est, uereorque ne ad nuptias usque & progeniem pertineat, priusquam primum Deæ portentum expiaretur, altero ut uides edito. Hæc responsione indigna arbitratus Thales, ridens abibat. Quum uerò pro foribus nobis obuiam factus esset Periander percunctatus quæ uideramus, me relicto Thales & apprehensa eius manu, Tu inquit, ad quæ Diocles hortatur per otium facies, ego uerò tibi rectè consultum cupiens, condocefaciam, ne posthac equarum pastoribus utitor, aut eis *uxores dato. Quo dicto Periander uehementer lætari uisus est. Nam risit effusissimè, & amplexus Thaletem deosculatus est. & ad me reuersus, arbitror ait, Diocles eatenus ualere portentum atque in hanc interpretandum sententiam. An uerò non uides quàm magnum nobis malum acciderit, postquam Alexidemus nobiscum epulari noluit? Postquam ingressi sumus, grandius iam locutus Thales, ubi'nam, inquit, homo ille accumbere dedignatus est? ostenso loco, quum eo uenisset, accubuit ipse, secumque nos accumbere iussit. Sed uel magno, ait, emere non recusassem, mensæ semel socium habuisse Ardalum. Erat autem Trœzenius Ardalus,*

*ζωὸνοῖται taxantur.

tibicen

*tibicen & musarum Ardaliarum sacerdos, quarum ibi sedes antiquus ille Trœzenius Ardalus locauerat. Aesopus uerò (erat enim ad Periandrum nuper & Apollinem Delphos à Crœso missus, & iuxta Solonem summo loco accumbentem sedebat in humili quapiam sella) Mulus inquit, Lydius *in flumine sui imaginem dum uidet, corporis formam & molem miratus, ad cursum impetu capto tanquam animosus equus ferocire & iubam uehementius iactare cœpit. Deinde paulisper secum ipse reputans se asinæ filium esse, è uestigio impetu represso ferocire desijt & animos tollere. At Chilo Laconica lingua, tu, inquit, tardus es & mulum incitas. Paulò post prodiens Melissa accubuit iuxta Periandrum: Eumetis uerò medio sedit epulo. Sedentem me paulò supra Biantem compellans Thales, Quid, inquit, Diocles Bianti non dixisti ad se uenisse iterum Naucratitam hospitem regalia problemata adferentem, ut dum sobrius adhuc est, & à seipso rationem exigere atque in consilium adhibere potest, rem totam facilius intelligat? At iste, Bias inquit, iamdudum ad ea uocare me dubitat. Porrò Dyonisum ceu patrem liberum, quum in alijs rebus potentem expertus sum, tum *Lysium à summa sapientia qua soluendis problematis pollet appellatum esse scio. Quare non est quod uerear, ne Dei plenus timidior ad certandum sim &*

*Præsenti apologo perstringitur Alexidemus.

*Lysius Bacchus.

sim &

*ſim & ignauior futurus. Atq; ita illi inter ſe ſuper epulas iocabantur. Mihi uerò conuiuij frugalitatem ſolito maiorem conſideranti, ſubijt mecum reputare, ſapientes & bonos uiros inuitandis & accipiendis conuiuio amicis ſumptus * maiores non facere, imò uerò multum minuere, atq; nimiam illam conquirendarum & apparandarum eſcarum curam in totum tollere, unguenta etiam exotica & peregrina, placentas, exquiſitorum & maximo emptorum uinorum profuſiones à conuiuijs remouere, quibus quotidie quum Periander impenſius in Tyrannide in opulentia, rerumq; copia uteretur, iam apud hoſce conuiuas frugalitate, parſimonia, & impenſæ moderatione quærere ſplendorem atque magnificus uideri maluit. Nec alijs ſolùm, ſed & uxori adempto & occultato conſueto cultu corporis, tenuiter eam & modeſtè ornatam oſtentabat. Poſtquam remotæ fuerunt menſæ, & ſingulis à Meliſſa datæ coronæ, nosq; libauimus, & Tibicina pauca quædam medijs libationibus quum intercinniſſet, è medio faceſsit, Ardalus nominatim Anacharſim percunctatus an apud Scythas eſſent tibicinæ? ex tempore, ne uites quidem inquit. Rurſum Ardalus, At Dij certè ſunt Scythis. Sanè quidem reſpondit Anacharſis, linguæ humanæ callentes: nec, quemadmodum Græci qui licet diſertius ſe Scythis loqui arbitrentur, tamen*

*Veterum accipiēdis & tractandis amicis frugalitas.

concinnata ex oßibus & lignis instrumenta Deos iucundius & libentius audire putant. Verùm si scias (Aesopus inquit) quod præsentes dicunt Tibifices, abiectis capreolorum oßibus asinina usurpantes, sonare melius. Vnde & Cleobulus ab hinnullo tibia cum Phrygia fistula comparata adductus est, ut aurem cornigeram miraretur citra pulsum. Quò factum est, ut asinus admirationi esse cœperit, quòd craßißimum alioqui & à musis abhorrentißimum animans, tenuißimum & musicæ aptißimum os præbeat. Nimirum & nobis id Naucratijs, inquit Niloxenus, Busiritæ uitio dant. Iam enim nos quoq; asininis oßibus ad tibias utimur. Illi uerò etiam tubam audiuisse nephas esse ducunt, quod clangore asinum referat, quem propter Typhonem utiq; ab Aegyptijs probro & contumelia* affectum esse memoria tenetis. Silentio facto Periander Niloxenum conspicatus meditantem quidem, sed non audentē dicere, equidem inquit, uiri non poßum non uehementer probare & laudare urbes illas & urbium moderatores, qui externis* primùm, deinde ciuibus reddendo iure & dandis responsis uacant. Itaq; disputationem hanc nostram tanquam uernaculam & consuetam tantisper intermittendam esse statuo, dum aditum uelut in concionem præbebimus Aegyptijs illis & Regijs problematis, quæ Niloxenus homo minimè

* Ananta podoton figura Græcis autoribus familiaris, id est oratio mēbro altero defecta. Deest enim mirari desinas Græcos tibiis ad Deos uti, uel aliquid simile sentētiæ conueniens.

* Asinus Aegyptiis dedecore affectus.

*Externo priusquā ciui ius reddendum.

*minimè malus Bianti attulit: quæ ne Bias quidem ipse unà nobiscum disputare recusat. Vbi enim inquit, aut quibus cum expeditius & facilius quæ respondenda sunt inuenire pericliter? quum & Rex alioqui ipse iubeat incipiendum quidem à me esse, deinde ad cæteros quoq; ea de re referendum. Atq; sic ipsi literas reddidit, quas Niloxenum resignatas in conspectu plane omnium legere iussit, hanc ferè habentes sententiam. Rex Aegyptiorum Amasis Bianti sapientissimo salutem. Rex Aethiopum mecum dissertationem de rerum cognitione habens, in alijs mihi quum facilè cederet, ad postremum absurdam rem imprimisq; difficilem commentus, mare * ut exhaurirem iussit. Si soluissem premium proposuit uicos multos & suæ ditionis urbes quàm plurimas: Sin minus, ad Elephantinem regionem urbium possessione cederem. Ea re perpensa, protinus Niloxenum mittere placuit. Quicquid autem tuis amicis aut ciuibus commodare pro eo beneficio potero, tibi persuadeas uelim nihil tanti atq; eam rem apud me fore, quin omnia mea libenter huic curæ posthabiturus sum. His lectis, Bias aliquandiu hærens, secumq; ipse nonnulla reputans atq; cum Cleobulo proximè assidenti communicans, quid ais inquit, Naucratita, Tantum imperium & longe fertilissimam regionem obtinens Amasis, propter ignobiles quosdam*

* Epotandum mare Amasidi proponit Aethiopũ Rex.

*& steriles uicos epotare mare uellet? Ridens Niloxenus tu, inquit, pro tua prudentia Bias in hac re quid fieri posſit uideris. Respondeat, Bias inquit, Aethiopi Amasis, ut in * mare influentia flumina tantisper sistat, donec ipse potando exhauriat præsens nunc mare. De hoc enim eius erat mandatum, non quod postea esset futurum. Quo responso Niloxenus Biantem præ uoluptate amplexari & exosculari festinat. Cæteris scitè & festiuè Biantis dictum laudantibus & approbantibus. Ridens Chilo Naucratita inquit, priusquam maris epotandi necesſitate liberet se eaq; de re disputationem Aethiopis eludat Amasis, hinc soluens renuntia, ne de exhaurienda tanta salsilagine sit solicitus, sed quomodo potius * potabile suis & dulce imperium reddat. Talium enim Bias experientisſimus est & præstantisſimus magister, quæ benè doctus Amasis, nihil iam opus habuerit aureo Pelluuio aduersus Aegyptios: sed obseruabunt omnes, honoremq; deferent & amore prosequentur, si facilem se æquumq; præbuerit, etiam si sexcenties quàm nunc odiosior extiterit. Eiusmodi sanè (inquit) Periander primitias in regem conferre unumquenq; deceret, uiriles quidem illas ut ait Homerus. Nam & illi longè * pluris fuerit negotiatione accesſio, id est lucrum quod obiter & inopinatò summæ accedet per negotiationem paran*

*Argutũ Biantis respõsum.

*Sapiẽter Chilonis dictum.

*πλέονος ἀξία τῆς ἐμπορίας ἡ παρενθήκη.

*parandæ: & nobis omnium longè utilißima. Hæc
quum locutus fuisset Chilo, Solon primas in dicendo
partes iure sibi uendicare uidebatur, non solùm quia
cæteros ætate anteiret, & summo sederet loco, sed
quòd legislator Athieniensium amplißimum & nu-
meris omnibus absolutum moderaretur imperium.
Tum Niloxenus in aurem mihi insusurrans, multa
(inquit) Diocles sapientum dicta & facta esse falsò
creduntur: gaudentq; multi inepta quædam & fri-
gida de sapientibus uiris dicta sibi confingere, aut ab
alijs ficta accipere: quale est quod de Chilone apud
nos in Aegyptum usq; sparsum est, quam cum So-
lone communem amicitiæ & hospitalitatis tesseram
habebat, fregisse, quia Solon leges pro Reipublicæ
commodo* mutabiles esse semelq; latas abrogari pos-
se diceret. O absurdam, tum ego, & ridiculam ora-
tionem. Sic enim Lycurgum cum ipsis legibus remo-
uere & ablegare oporteret, qui Lacedæmoniorum
totam mutauit gerendæ Reipublicæ formam. Hîc
parum cunctatus Solon,* mihi certè quidem inquit,
uidetur nominis celebritatem maximam & glo-
riam comparaturus siue Rex siue tyrannus, si ex
monarchia Democratiam suis ciuibus reddiderit. Si* I
(inquit secundo loco Bias) primus utatur patriæ le-* II
gibus, ijsque teneri se putet. Post hunc Thales, sum-* III
mam principis fœlicitatem statuere se, si ætate natu-*

* μετακίνητοι νόμοι. & ad nouos casus temporum, nouæ consiliorũ rationes accommodandæ.

*Qualẽ Principẽ esse oporteat, Sapientũ sententiæ.

IIII raliter exacta senex diem suum obeat. Ab hoc quartus Anacharsis, si solus sapere & prudentia alijs
V omnibus præstare uideatur. Quintus Cleobulus si nemini fidat familiarium, sua'ue credat cõsilia. Sextus
VI Pittacus, si non se sed sibi timere suos assuefecerit.
VII Hunc excipiens Chilo, imperatorem dixit mortale & caducum nihil, sed diuina & immortalia omnia cogitare & meditari oportere. Hisce dictis sententijs, Periander suam quoq; sententiam rogatus, non ualdè hilari, sed contracto uultu pronuntiare, inquit, non dubitem suprà dictas propè modum omnes sententias à capessendo imperio auocare sapientẽ. Aesopus uerò, qui illorum sententias reprehenderet, Oportebat igitur, inquit, eos hoc per se præstare, non per amicitiæ & consilij dandi speciem, inimicitias cum principibus gerere. Porrò Solon eius prehenso capite ridens an'non, inquit, qui suadere uult omninò abstinere imperio, quàm imperium habere, melius esse, non uideatur moderatiorem regem & tyrannum æquiorem efficere? Ecquis autem inquit hoc tibi credat & non potius Apollini quum à te consuleretur respondenti.

O fœlicem urbem præconem quæ audiat unum?

Imò uerò Athenienses, Solon inquit, in hunc usq; diem unum præconem, unam legem imperantem audiunt, populari potentia delectati. Tu uerò coruos & graculos

culos intelligere potes, at tuam ipsius uocem non re-ctè exaudire uideris, qui ciuitatem Apollinis ora-culo fortunatissimã esse ducas, quæ uni pareat: Con-uiuij autem uirtutem esse putes si omnes loquantur de omnibus. Quia (inquit Aesopus) nondum sanxi-sti perinde esse, famuli ne inebriantor, ac quũ Athe-nis statueres, famuli amoribus ne uacanto, neq; un-guntor. Itaq; ridente Solone, Atqui Cleodorus me-dicus inquit, simile est perungi ac super pocula gar-rire & nugari eum qui uino totus madeat. Vtraq; enim demum iucundissima res est. Tanto magis (re-spondendi uices præoccupans Chilo ait) ab ea tem-perare oportet. Rursum Aesopus, Quinetiam (inquit) Thales dicere uisus est, beatum fore principem, si quàm ocyssimè senescat. Vnde ridens Periander me-ritò (inquit) Aesope pœnas damus de eo quòd prius-quàm in medium prolata Amasidis uerba expende-remus, in alium incidimus sermonem. Tu itaq; Ni-loxene reliqua epistolæ lege, & præsentibus in hoc uiris utere. Atqui (respondet Niloxenus) iussum illud Aethiopis rectius mihi uideor nominare non posse, quàm Archilochi tristem & odiosam scuti-cam. Hospes uerò tuus Amasis nõ paulò facilior no-bis & argutior proponendis talibus problematis ui-sus est. Siquidem iubebat dicere ipsum quid anti-quissimum, quid pulcherrimũ, quid sapientissimum,

 quid

*quid maximè commune, quid ad hæc utilißimum, quid contrà nocentißimum, quid item fortißimum, quid deniq; facillimũ? Num igitur ad hæc respondit, atq; horum quodq; soluit? Sanè inquit Niloxenus. Vos autem rem tenentes iudicate. Permagni enim Rex sua interesse putat, si neq; falsò reprehendere & calumniari alterius responsa, neq;, si quid respondendo ipse fortè in ijs errauerit, aliorum iudicium & censuram effugere uoluisse poßit conuinci. Vobis autem, ut ad horum quodque responderit, iam recitabo. Quid antiquißimum? * tempus. Quid capacißimum? mundus. Quid sapientißimum? Veritas. Quid pulcherrimum? lumen. Quid maximè commune? mors. Quid utilißimum? Deus. Quid nocentißimum? dæmon. Quid potentißimum? fortuna. Quid facillimum? uoluptas. His recitatis Nicarche, silentio facto Thales Niloxenum interrogauit, an has admisisset solutiones Amasis. Ex ijs, respondit, nonnullas approbauit, alijs offendebatur. Atqui (Thales ait) nihil mendo uacat, sed ignorantiæ maximæ & erratorum plena sunt omnia. Veluti statim initio, tempus quî antiquißimũ dici poßit, si eius pars præterita quædam est, altera præsens, alia futura? nam quod ætatem nostrã subsequetur tempus, et rebus & hominibus nunc præsentibus fuerit recentius. Sapientiam uerò ueritatem ducere, aliud nihil esse uidetur,*

* hæc paulò pòst refutabuntur.

quàm

*quàm ſi quis lumen, oculũ ſtatuat. Quod ſi lumen ad pulchritudinem referebat, quomodo Solem prætermiſit? Quid? de Dijs & Dæmonibus reſponſum? certè temeritate & periculo non uacat, ut nec de fortuna, ſtoliditate maxima. Neque enim tanta eſſet eius inconſtantia, ſi cæteris rebus firmitate, potentia et robore præſtaret omnibus. Quin nec mors communis eſt omnium: nam uiuentium nõ eſt. Cæterùm ne aliorum ſententias coarguere uidear, noſtram cum illius ſententia conferamus. Atque etiam, ſi ita uideatur Niloxeno, de ſingulis interrogare paratus ſum. Vt igitur acta tum res eſt, in præſentia exponam, interrogandi mihi & reſpondendi partes ſumens. *Quid antiquiſsimum? Deus. Genitus enim non eſt. Quid maximum? Locus. Cætera enim mundus, mundum locus continet. Quid pulcherrimum? Mundus. Quidquid enim ordinatum eſt eius pars eſſe cenſetur. Quid ſapientiſsimum? Tempus. iam enim nonnulla inuenit, alia poſthac inueniet. Quid maximè commune? Spes. Etenim ijs etiam adeſſe ſolet, quibus aliud nihil ſupereſt. Quid utiliſsimum? Virtus. ſiquidem quum ex alijs tum ijs etiam quæ incommodatura uidentur, rectè utendo ſua comparat commoda. Quid nocentiſsimum? Improbitas. hæc enim ſi adſit, lædit ac labefactat quàm plurima. Quid fortiſsimũ? neceſsitas. Sola enim conſtans ſemper & immobilis. Quid facillimum?*

* Quid antiquiſsimum.

Maximum quid.

Pulcherrimũ.

Sapiẽtiſsimũ.

Maximè cõmune.

Quid utiliſsimum.

Nocẽtiſsimũ.

Fortiſsimum.

Facillimum.

mum? quod ſecundum naturam. Nam ad uoluptates ſæpe fatiſcunt & defatigantur tanquam laboris plenas. Omnibus Thaletem laudãtibus, Talia Niloxene (inquit Cleodemus) interrogare & reſpondere poſſe, facinus eſt uerè regiũ & imprimis laudabile. Barbaro uerò illi qui Amaſidi mare propinauit, Pittaci breuitate erat opus, qua aduerſus Alyatem uſus eſt, neſcio quid Lesbijs imperantem & ſcribentem, ſuperbè quidem reſpondens, nihil, ſed ſolùm allia & panem calidum eſitare iubens. At uerò (anteuertens inquit Periander) Cleodeme moris fuit ueteribus etiam Græcis tales inter ſe quæſtiones proponere. Accepimus enim ad Amphidamantis exequias in Chalcidem poëtas totius Græciæ ſapientiſsimos conueniſſe. Erat autem Amphidamas uir politicus, qui ſuis uerſibus multa Eretrienſibus exhibuerat negotia ijs bellis quæ pro Lilanto ſuſceperant. Quum uerò diu meditata poëtis carmina propter æmulandi & contendendi ſtudium difficilem & ancipitem iudicationem redderent: & autoritas & nomen certatorum Homeri & Heſiodi, magnam iudicibus adferrent cum pudore dubitationem, ad tales ſe quæſtiones contulerunt.

Amphidamas

Quæ nec erunt mihi muſa refer, nunquam'ue fuêre.

Ex tempore Heſiodus,

Quum

Quum Iouis ad tumulum ualido perfregerit ictu
Plaustra ferox sonipes, palmaque potitus abibit.

*Propterea Hesiodũ quũ omnibus admirationi fuisset *tripodem consecutum esse ferunt. Sed nihil, Cleodemus inquit, ista differunt ab Eumetidis ænigmatis. quam eiusmodi ludere & contexere tanquam æqualibus paruas quasdam zonas & fasciolas, aliisq; mulieribus proponere haud indecorum fortè fuerit: At ista prudentes uiros aliquo habere loco aut numero, quî ridiculum non sit? itaq; Eumetis, quum libenter, ut uidebatur, Cleodemo aliquid respondere uellet, pudore est prohibita in eius uultu multo rubore conspicuo. Hanc Aesopus defendere & eius pudori consulere uolens, quid? inquit, an non magis pudendum fuerit, si ista soluendo non sis? cuiusmodi est quod sub cœnam nobis proposuit, *Virum uidi æriflammam (Græci πυρίχαλκον dicunt) uiro agglutinantem. Quid hoc rei sit potes dicere? Sed ne scire quidem istud necesse habeo. Atqui hoc te melius nouit nemo, nec rectius administrat. Quod si neges, testes sunt cucurbitulæ. Itaque risit Cleodemus. utebatur enim cucurbitulis frequentius quàm suæ ætatis medicorum quisquam. Atque eius opera factum, ut auxilium hoc medicum imprimis celebraretur atque in usu esset frequentissimo. Mnesephilus uerò Atheniensis, Solonis æqualis atque studiosus assectator,* equidem

*Tripode aureo donatus Hesiodus.

* Aenigmaticum problema de medicis cucurbitulis.

*Conuiuium democraticũ eſſe debet. & τὸν οἶνον μὴ πλουτίνδην μηδ' ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσι νέμειν χρή.

*equidem inquit, *ut uinum, ſic ſermonem non pro opulentia aut præſtantia uni aut alteri, ſed æqualiter omnibus tanquã in Democratia agentibus dari concedique, atque omnium communem eſſe uelim. Quæ modo uobis de imperio & regno dicta ſunt, ad nos qui popularem poteſtatem retinemus nihil pertinent. Quare æquum eſſe ducimus, ſi rurſum quid ueſtrum quiſque de æqua Reipublicæ gerendæ poteſtate ſentit conferat in preſentia, iterum ſumpto à Solone principio. Itaq; faciendum uidebatur. Ac primus Solon, audiuiſti inquit, Mneſiphile cum cæteris Athenienſibus quem ego optimum ſtatuerem ciuitatis ſtatum.*

*Quis optimus ciuitatis ſtatus 7. Sapientum ſententiæ.

*Verùm quando iterum audire placet, *mihi ſemper quàm diutiſſimè rebus omnibus florere & uigere, maximeq; Democratiam tueri & ſeruare uiſa eſt ciuitas, in qua maleficum hominem & iniurium de-*
I *ferunt, accuſant, reumque peractum puniunt non minus ij qui nulla laceſſiti ſunt, quàm cui facta eſt iniuria.*
II *Secundus Bias præſtantiſſimam dixit eſſe De-*
III *mocratiam in qua omnes legem tanquam tyrannum reformidant.*
IIII *Poſt hunc Thales, quæ nec ſupra modum diuites, nec ualde pauperes habet & prætenues ciues.*

*Sola in bonis uirtus, in malis improbitas ponẽda, cætera ſunt adiaphora.

*Hunc excipiens Anacharſis, optimam uideri ſibi cenſuit, in qua quum cætera *æqualitate cenſeantur, uirtus bonitate, improbitas uitio definitur. Quin-*
V *tus pronuntiat Cleobulus, nulla re magis in officio populum*

pulum contineri, quàm ubi magistratus infamiæ potius, quàm legum metu sincerè & innocenter uersantur in suo munere. Sextus Pittacus, in qua malis VI
ad honores uia præcluditur, boni magistratus gerunt. Ad postremum conuersus Chilo sententiam di- VII
xit, optimam sibi uideri Rempublicam, quæ legum audit nō Rhetorum præscriptum. Postremus omnium Periander, aliorum sententiam confirmans, & tanquam epilogo claudens, sibi uideri, inquit, eo spectare omnia ut Democratiam laudent quæ sit Aristocratiæ simillima. Hac finita disputatione, regulam de familia quoque, quomodo regenda esset, dicerent: regna & ciuitates paucos gubernare, omnibus nobis foci & domus communitatem esse. Minimè uerò (inquit Aesopus) si omnium numero Anacharsim comprehendis. Huic enim domus non est. quin gloriatur quòd pro domo plaustro utatur, quemadmodum Solem ferunt in curru oberrantem aliàs aliam cœli plagam populabundum percurrere. Propterea (Mnesiphilus inquit) aut solus aut inter Deos maximè Anacharsis liber & sui iuris est, suisque legibus uiuens sibi omnes subijcit, nullius paret imperio, sed regnat, tenet habenas, & aurigat. At tu quo uehatur curru, quàm singulari & rara pulchritudine, quàm admirabili & uisenda magnitudine uideris ignorare. Alioqui per iocum & risum nunquam illum cum

nostris

*Quid dom' nomine intelligendum.

nostris commisisses. mihi porrò uideris Aesope *ista ex luto & terra inducta, paucisque pergulis sustentata ædificia domum arbitrari esse, non secus ac si cochleam, integumentum testam'ue qua clauditur, non ipsum animans esse crederes. Meritò itaque Solon tibi risum mouisset, quũ Crœsi domum sumptuosè & eleganter ornatã conspicatus, non protinus Crœsum ideo beatè ac faciliter habitare pronuntiauit; nimirum qui bonorum quæ in eo,*quàm quæ apud eum essent spectator esse maluisset. Quin tuæ quoque uulpeculæ oblitus esse uideris, quæ de coloris uarietate indicto Pardalidi certamine, quæ intra se essent spectare certaminis arbitratorem uolebat. inde enim se magis uersipellem conspiciendam esse: tu uerò structorum & latomorum opera tantum spectans, domum esse credis, non quæ intestina sunt cuique & familiaria, quales liberi, affines, amici, famuli, quibus cum uel in formicarum cauea, aut nido simili'ue conuenticulo quispiam, modo frugi sint & temperantes, uerè bonorum particeps esse, multoque beatissimam domum incolere potest. Atque hæc Aesopo ita responsa sint, à Dioclis sententia non abhorrentia. Cæterorum autem iure debet quisque suam de optimo reifamiliaris statu dicere sententiam. * Ac Soloni quidem uidetur esse lõgè optima familia, in qua neq;
1 per iniuriam partæ res, neque per diffidentiam asseruatæ,

*Nõ quæ sunt apud quẽquã, sed quæ ĩ quo quam insunt bona spectanda.

*De regenda & tuenda re familiari 7. Sapientũ sententiæ.

uatæ, neque per pœnitentiam expensæ fuerint. Bianti II
uerò in qua Paterfamilias se domi talem per se gerit
qualem foris per legem. Thales putat eam benè insti- III
tutam familiam, ubi Patrifamilias quando & quan
diu collibitum est otiari & feriari licet, Cleobulus, si IIII
amari à suis magis quàm timeri studeat dominus.
Pittacus, quæ nulla re supellectili ad usum aut orna- V
tum comparata, nulla ad uitam necessaria indiget.
Chilo censuit simillimam esse oportere urbi regiæ VI
potestati subiectæ. Addiditque postea Lycurgum ei
qui Democratiam in ciuitate constituendam iuberet,
respondisse, tu (inquit) primus domi tuæ Democra- VII
tiam esse patere. Qua disputatione finita, postquam
Eumetis è conuiuio cum Melissa fuisset egressa, &
Periander ingentem pateram Chiloni propinasset, et
deinceps Bianti Chilo, surgens Ardalus quum Aeso-
pum appellasset, quid tu (inquit) Aesope huc ad nos
quoque poculum istud non transmittis? quum istos
uideas tanquam Bathyclis cyathum inter se transfe-
rentes, alteri præterea tradere nemini? Ne hoc quidē
*poculum (respondet Aesopus) *demoticum est &*
populare. iamdiu enim soli Soloni adiacet. Tum Mne-
sephilum appellans Pittacus interrogat quid causæ
esse potest, quam ob rem non bibit Solon, sed suo ipse
testimonio damnat uersus quos fecit?

*Festiuū aduersus philosophos Aesopi responsum.

Nunc animus Bacchi, Venerisq;, nouemq; sororū

Indulge

Indulgere operi, mortalibus apta uoluptas.

*Anteuertens Anacharsis, te scilicet Pittace, tuamq; illam grauem legem reformidat, quam contra *temulentos his uerbis tulisti, Si quid quis per ebrietatem peccauerit, in duplum quàm sobrio mulctam irrogato. Verùm Anacharsi, ait Pittacus, ea tu in legem petulantia & contumelia fuisti, ut pridianæ & hodiernæ crapulæ premium etiam & coronam petere sustinueris. Quid'ni uerò, inquit, ego primus omnium temulentus peterem de uictoria coronam, quando ei qui bibendo cæteros superasset propositum erat premium? Aut docete uos, ecquis præter ebrietatem alius esse poßit liberalius & meracius bibendi finis? Vnde quùm Pittacus rideret, eiusmodi apologum Aesopus retulit.* Quum eodē tugurio pastores ouem comedentes cerneret lupus, propius accedens, quantus (inquit) clamor uobis & tumultus excitaretur si in isto facto deprehenderer? Ac Chilo perbellè (inquit) Aesopus factum ultus est de eo quod & se reprehensum à nobis paulò antè redactumque ad infantiam, & Mnesiphilo uideat uicißitudinem loquendi præreptam, Priuatus siquidem est Mnesiphilus pro Solone respondendi potestate. Alioqui Solonis dicti rationem reddidisset, quippe qui secundum Solonis mentem teneat, * omnis tum artis tum facultatis humanæ & diuinæ id potius opus esse quod effi-*

citur,

*In temulentos.

*Philosophi, doctores, & bene beateq; instituēdæ uitæ magistri uiam alijs præire solēt ad ea quæ ipsi fugienda esse profitentur.

*Axioma philosophicum.

citur, quàm per quod fit aliquid: finemq; semper præuertendum ijs esse quæ ad finem referuntur. Chlamidem enim facere & uestem, opus suum magis textor esse dixerit, quàm regularum ordinationem & lapidum ad dirigenda inter texendum fila appensionem. Similiter scitè ferruminare ac temperare ferrum, securisq; indurare & roborare aciem, sua potius esse dixerit ærarius faber, quàm quicquam eorum quæ hisce præparandis sunt comparata, quale est in fornace exuscitare & succendere carbones, & frequenter tundendo ductilem massam reddere & percussu aßiduo præparare. Pariter si architecti ligna terebrare, & lutum aut calcem aqua soluere, non autem domum aut nauem architectari & exædificare ipsius munus esse dixerimus, is magis indignetur & nobis meritò succenseat. Omnium uerò maximè Musæ ipsæ ægrè molesteq; ferant, si citharam & tibias dixerimus ipsarum opus esse, & non exhilarare potius compositos quidem & sedatos animi affectus, uehementiores uerò & turbatos lenire & mitigare motus eorum certè qui cantu utuntur & uocum atq; sonorum symphonia. Quæ quum ita habeant, nec Veneris* proprius fuerit coitus aut concubitus, nec patris Liberi ebrietas aut uinum, sed quam ipsi horum opera humanitatem, beneuolentiam, amorem & desiderium, aditumq;*

*Musarũ munus.

* Veneris & Bacchi uera munera.

*facilem & congressum, atq; consuetudinem & familiaritatem inter nos mutuam conciliant, hæc inquam uerum ipsorum munus esse qui dixerit, à uero haud aberrauerit. Hæc enim diuina appellat opera Solon, quæ senex amare se dicit & consectari maximè. Est porrò Venus mutuæ inter uiros & mulieres beneuolentiæ & amicitiæ causa, animos & uoluntates cum corporibus præ uoluptate & desiderio consocians & tenacissimè conglutinans. Plebeis uerò nec bene familiaribus inter se & notis hominibus Bacchus uino tanquam igni eorum mores emolliens facilesq; reddens & placidos, moderationis initium quoddam & mutuæ inter eos amicitiæ ingenerat. Quùm uerò tales conuenerint, quales nos uocauit Periander, nihil tum poculo aut cantharo ad inuitandam amicitiam opus fuerit, sed Musæ * sermonem tanquam sobrietatis poculum in medium proferentes in quo & uoluptatis & ioci simul & studij plurimum inest, eo inuitant, miscent, atq; diffundunt in omnes amicitiam, quàm diutissimè œnochoën idest miscendo uino poculum super cratêre, idest uase unde miscetur residere sinentes. Qua re Hesiodus interdixit ijs qui potandi magis quàm differendi & ratiocinandi facultate ualerent,*

* Sermo uerū philotesiū poculum.

Exiguos gaudent cyathos libasse Petasgi
Pulchricomi, tibi adest multo tamen amplior illis.

Nam

Nam & ueteres in conuiuijs quùm propinando inuitarent ad bibendum, Homericum illud uſurpaſſe accepimus,

Quantum * *quiſq; poteſt, certa ratione modoq;*
Hauriat.

*Ἔνδειπνον καὶ μετρητὸν ἑκάστου πίνοντος.

Deinde Aiacis exemplo proximè accumbenti partem tradidiſſe. Hæc quum dixiſſet Mneſiphilus, Cherſias poëta (iam enim crimine abſolutus erat, & nuper cum Periandro in gratiam Chilone deprecante redierat) An non (inquit) Dijs quoq; Iupiter, quemadmodum proceribus Agamemnon quum apud eum epularentur, admenſum præbet potum? Cui Cleobulus ambroſiam (inquit) Cherſia, ſi Ioui columbæ Liuiæ adferunt, ut ipſe dicere ſoletis, quæ uolatu ægrè ac uix errones ſuperant palumbes, non putas nectar quoq; ipſi ægrè parabile eſſe, rarum, & pretioſum? ut non niſi malignè ac tenuiter ſuppeditet, atq; ratam cuiq; certamq; portionem impertiat? fieri poteſt ut dicis, Cherſias reſpondit. Verùm ſi contrà œconomiæ & iuſtæ diſpenſationis ratio habita eſt, quis ueſtrum nobis id quod deſideratur poteſt dicere? deſiderari autem & ad iuſtæ & legitimæ ſatisq; omnibus futuræ poſſeſſionis menſuram multum deeſſe puto. At ſapientibus (Cleobulus inquit) modum lex præſcribit: nequam uerò & perditis hominibus orationem quam aliquando apud fratrem

*mater habuit, referam. Ea enim dicere ſolebat Lunam aliquando à matre contendiſſe, ut tunicam ſibi conſentaneam & conuenientem texeret: matremq́; reſpondiſſe * quî tibi poßim filia aptam & congruentem ueſtem texere? quam nunquam uno eodemq́; ſtatu, ſed modò plenam, modò decreſcentem, interdum falcatam & bina exiliter oſtendentem cornua uideam? Sic ſanè Cherſia homini ſtulto & nequam nullus adeſſe poteſt rerum modus. Nam pro re nata & neceßitate urgente qua propter infortunia & cupiditates quibus ducitur premi neceſſe eſt, alius identidem atq; alius eſſe ſolet, non aliter ac canis* Aeſopicus, quem hyeme, frequenti circumactu & uerſatione aiunt propter frigoris uim & magnitudinem contractum, domum ſibi moliri, rurſumq́; æſtate porrectum dormire, atq; ita magnum ſibi uideri, nec neceſſarium ducere aut paruum opus, domo cingere ſe & munire tantula. An non Cherſia, nunc quoq; humiles & paruos uides, in anguſtum ſe ualdè cogere, tanquam contractè & * laconicè uicturas, qui poſteà niſi omnium ſimul & priuatorum & regum facultates poßideant fame perituros ſe & egeſtate credant? Quum hîc ſiluiſſet Cherſias, loquendi uices excipiens Cleodemus, ſed uos quoq; (ait) qui ſapientes dici & appellari gaudetis, uidemus iniquè res inter uos partitos poßidere*

* Lunæ ad filiam oratio in aſotos & nequam, luxuq́; & ganeæ ſtudio perditos homines.

*Canis Aeſopicus.

*laconicè uiuere.

*dere. Lex uidelicet uir optime (Cleobulus inquit) * tanquam peritus aliquis sartor cuiq; nostrum quod decorum, moderatum, aptum & consentaneum est tribuit: quod tu quoq; soles facere, quum ratione tanquam certa lege præscribis quo alimento, qua uiuendi forma & quibus medicamentis uti debeant ægrotantes, non idem omnibus, sed quod singulis conuenit ordinans & instituens. Eam credo ob rem (interfatus Ardalus inquit) æquali uestro uobisq; propter artem, & Soloni hospitij iure coniuncto Epimenidi mos est ab alijs quidem cibis in totum abstinere iubere, de * Alimi uerò facultate, quam ipse uoluptatem componere solet, pauxillo in os sumpto totum diem impransum & incœnatum permanere. Qua disputatione quum longius produceretur conuiuium, Thales perstringendi & taxandi Epimenidis studio, prudenter eum facere dicit, quòd molendis & coquendis sibi cibarijs nollit inanem & molestam operam sumere, quam rem facere consuesset Pittacus. Nam ego (inquit ~~Epimenides~~) quùm in Lesbo agerem, mulierculam hospitem audiebam illud ad molam crebrò occinentem, mole mola mole. Verè enim Pittacus molit, magnas moderans Mitylenas. Solon uerò mirari se ait si Epimenidis præscriptum & regulam uiuendi, quam uersibus complexus esset Hesiodus, nunquam Ardalus legisset.*

* νόμος Græcis παρὰ τὸ νέμειν dicitur, quòd tãquam prudens œconomus cuiq; quod consentaneũ est tribuat.

* Alimum id est contra famẽ Epimenidis remediũ.

In ijs enim Hesiodum prima huius alimoniæ semina suppeditasse Epimenidi, atq; inquirere docuisse,

Quanta sit in molli malua, asphodeloq́; uoluptas.

Itáne uerò, inquit Periander, putas tale aliquid Hesiodo uenisse in mentem, * *& non parsimoniam potius ubiq; commendare & ad iucundissimorum opsoniorum frugalitatem nos inuitare uoluisse? Vescendo siquidem malua est, & dulcis gratusq́; anthericus. Isthec uerò contra sitim & famem comparata pharmaca potius quàm alimenta audio & mel & caseum quendam Barbaricum recipere & seminum uulgarium ac parabilium uim maximam. Quid'ni igitur apud Hesiodum gubernaculum in fumibulo impositum,*

* Hesiodi locus explicatus.

Et miserûm pereant mulûmq́; boumq́; labores.

Si tanto erit opus apparatu? Mirum porrò Solon uidetur, quòd hospes tuus nuper quùm apud Delios magnam celebraret expiationem, illatos in templum primæ alimoniæ commentarios non uiserit & metallorum indices, & inter ea quæ sponte sua terra profert maluam & anthericum, quorum uerisimile est Hesiodum nobis simplicitatem & frugalitatem commendare uoluisse. Non hoc tantum (ait Anacharsis) sed ad sanitatem quoq; tuendam inter omnia olera facilè primam obtinet laudem. Rectè mones, (inquit Cleodemus) nam uel inde medicum fuisse

Hesiod

*Hesiodum apparet, quòd non indiligenter & perfunctoriè, nec inexperienter de uictus ratione, de uini temperatione, & aquæ & balnei uiribus, de mulieribus etiam, & concubitus tempore, puerorum deniq; infantium in cunis obligatione & decubitu disserat. Porrò uidetur iustius posse se Aesopus quàm Epimenides Hesiodi discipulum profiteri. Huic enim initium bellæ istius & uariæ ac multiloquæ doctrinæ dedit oratio, quam ad accipitrem luscinia habuisse legitur. Ego uerò de Solone libenter quærerem (uerisimile est enim eum quæ uolo intellexisse, qui Athenis multo tempore egit cum Epimenide consuetudinem) qua tandem causa motus, aut falsa & captiosa ratione inductus Epimenides ad talem se contulerit uiuendi modum. Quid uerò, Solon inquit, istud interrogare erat necesse? * Constat enim à summo & præstantißimo secundum esse bonum, quàm paucißimo cibo indigere. Siquidem primum & maximum esse uidetur, in totum non egere alimento. Mihi certè quidem minimè uidetur (ait Cleodemus) si quod rei euidentia constat dicere oportet præsertim apposita & dapibus extructa mensa, quam hospitalium & amicitiæ iuris præsidum Deorum communem, tollere se prorsus non sentiunt, qui epulandi usum remouent: & ut præclarè Thales inquit terra sublata mundi fore confu-*

* An melius fuisset alimento non egere lõga in utrãq; partem disputatio.

 sionem,

*ſionem, ſic de medio faceſſente cibo, domum protinus euerti, familiamque ipſam totam peſſumire eſt neceſſe. Vnà enim cum eo ignis ille peruigil cuſtos foci aſsiduus penatiumq; præſes lar, & craterês libationibus comparata pocula, epulationes deniq; & hoſpitalitates, primæ & liberaliſsimæ hominum communitates inter ſe & conſociationes arctiſsimæ auferuntur. Imò uerò uita ipſa uniuerſa ſiue cõuerſatio quædam eſt hominis actionum * continuationem & perpetuitatem complexa: ad quarum maximam partem incitat nos & ſollicitat cibi uictusq; quærendi neceſsitas, eiuſdemq; apparandi uſus. Agriculturam uerò unà tolli ea demum moleſta & intoleranda res eſt. Ea enim ſemel ſoluta terram nobis horridam, incultam & deformem relinquit, materia infructuoſa & aquis temerè & inundanter fluentibus propter hominum deſidiam & torporem refertam. Vnà quoque pereunt ac deſeruntur artes omnes, opificia & ab ijs lucra, quorum dux ſuaſorq; eſt famelicus uenter, hisque baſim & materiam præbet: quæ non conſiſtunt ſed abeunt in nihilum, hac uitæ tuendæ è medio abeunte neceſsitate. Quin deorum quoq; honores ſpreti iaceant neceſſe eſt. Paruam ſiquidem homines Soli longeq; minorem Lunæ habituri ſunt gratiam, lucis tantum & caloris ergô. Ioui uerò pluuio id eſt Ombrio*

*Hominis uita, eius actionum cõtinuatio & curriculum.

brio

*brio & Cereri proerrosiæ id est arationis præsidi, & mariuago id est Phætalmio Neptuno ubi ara? ubi sacrificium? & quî charidota sit, id est gratiæ & lætitiæ dator Bacchus, si nulla re indigebimus quam largiri soleat? quid sacrificaturi, quid libaturi, unde frugum primitias soluturi sumus? hæc nimirũ omnia rerum maximarum euersionem & confusionem habent. Porrò ut omnem omnibusq́ue modis consectari uoluptatem beluarum est proprium, sic omnem & omninò refugere, hominis planè stupidi sensuq́; omni carentis esse uidetur. Itaque animo per me liceat meliores quasdam alias & præstantiores haurire uoluptates: corpori uerò qua fruatur nulla ciborum delectatione & iucunditate iustior, nulla familiarior magisq́; propria inueniri potest, quæ res neminẽ unquam hominẽ latuit. Siquidem hac uoluptate in medio & conspectu omnium posita, eodem cibo, eadem inter se mensa participant. Explendæ uerò libidini et uoluptati ueneree densißimas etiam *tenebras atque latebras quærunt, quòd ut huius communitatem societatem'ue impudentiæ plenam beluarum propriam esse arbitrãtur, ita illius auersari communionem & fugitando declinare, eius esse ducant qui nullo sensu tangi, nulla uoluptate titillari poßit. Quum loqui desiisset Cleodemus, ego institutam orationem prosequutus, illud uerò Cleodeme silentio præteriisti, so-*

* Tenebricolæ adulteri.

mnum nos unà cum cibo in totum exterminare, quo absente somnium nullũ esse possit, sed antiquissimum nobis ex somno & rebus per quietem uisis coniectandi & uaticinandi genus pereat ac prorsus euanescat. Huc adde solitariam & uniusmodi fore uitam & quadantenus frustra animam corpore circundandam esse. Eius enim plurima eaq; præcipua & principalia membra, cibi ac potus organa sunt comparata, lingua, dentes, stomachus & iecur. Otiosum enim aut iners nullum est, neque in alium usum constructum. Quo fit ut qui alimento facilè caret, corpore non egeat, quod certè aliud non est, quàm ipsum seipso non indigere. Cum corpore enim est nostrum quisq;. Atque hæc nos uentri patrocinia comparamus. Solon uerò aut alius quiuis ecquid reprehendat libenter audiemus. Sanè quidem reprehendam inquit ille, ne Aegyptijs imprudentiores iudicio & ratione carere uideamur, qui dissectum protinus mortuum Soli ostentant, deinde abiectis in profluentem interaneis, reliqui corporis iam repurgati curam gerunt. Nam si uerum fateri oportet, hæc est corporis nostri ueluti *sentina quædam quo carnis nostræ sordes, & reiectanea confluunt, & tanquam apud inferos tartarus horrendis quibusdam fluuijs flatuq; & igni simul mistis & tetris cadaueribus refertus. Viuens enim nulla uiuente nutritur: sed nos ani-

*Aluus sentina corporis nostri.

malia

*malia quùm mactamus, & stirpes sola nutricatione & incremento uitæ participes dum perimimus, magnam ipsis facere uidemur iniuriam. Quicquid enim in aliud mutationem recipit, perimi atque de suo statu decedere est necesse, omnemq́ue priùs subire corruptionem quàm alimento alteri cedat. À carnium uerò esu abstinere, quod de Orpheo illo antiquo tradunt, ueteratorium magis & speciosum commentum esse uidetur, quàm fuga eorum in quibus per delicias, ciborumq́; lautitias uulgò peccari solet. Vnus itaque restat uitandi maleficij modus & lustratio in perfectam & consummatam iustitiam desinens, seipso contentum nulla omninò re indigere. Salutem uerò sine alterius iniuria aut damno tueri nos posse si noluit Deus, is profectò malefaciendi & iniuriæ autorem naturam nobis esse uoluit. Quid igitur cedo causæ esse poßit cur cum maleficio uentrem & gulam & iecur à reliquo corpore abscindenda esse non uideantur? quæ honesti sensum nullum, cibi tantum cupiditatem adferunt, uasis partim coquinarijs, quales cultri & lebetes, partim molitorijs & furnarijs & pistorijs non dißimilia. Quinetiam omninò multitudinis animum in corpore tanquam pistrino mersum & uinctum, circa parandi uictus neceßitatem *aßiduè uersari uideas. quemadmodum uidelicet nuper nos quoque mutuò non uidebamus, non audiebamus,*

*Humanę uitæ partẽ maximam uictus parãdi necessitas sibi uendicat.

mus, ſed attentus & dapibus incumbens quiſque neceſsitati naturæ cibo explendæ ſeruiebat. Nunc autem ſublatis menſis ea ſeruitute liberati & ut uides coronati, philoſophiæ & literarum ſtudio uacamus, atq; mutuo congreſſu & colloquio fruimur otiumq; agimus poſtquàm cibo amplius non indigemus. Quid ni igitur ſi præſens ſtatus per totam uitam duraturus permaneret, in otio ſemper eſſe & liberè colloqui liceat, minimè omnium paupertatem pertimeſcentes, nec ſuſpicientes opulentiam? Rerum enim neceſſariarum uſum e ueſtigio ſequitur redundantium cupiditas eodem ferè ſemper gaudens contubernio. Verùm ſi dijs placet, Cleodemus ideò neceſſaria cibaria putat, quo menſæ & cratêres apud nos exiſtant, atque Cereris eiusq; filiæ ſacrificia retineantur. Sic credo quiſpiam pugnas & bella eſſe uelit, ut mœnia & naualia et id genus armamentorum promptuaria habeamus, ut ſacrificemus Hecatonphonia, cuiuſmodi Meſeniorum conſuetudinem eſſe ferunt. Sic ualetudinem non ferat alter, quod nemine ægrotante non ſtragulæ uſus molliculæ, non lecti futurus ſit: Aeſculapio cæteriſq; Dijs malorum fugatoribus non ſimus ſacrificaturi. Medicina uerò ipſa unà cum inſtrumentis & pharmacis tantiſper ingloria & ſpreta iaceat. An non eadem eſt utrobique ratio? Cibus enim ad famem remedium adhibetur, atque curare

rare se dicuntur, qui certa uiuendi ratione reficiuntur, non tanquam iucundum aliquid & gratum sed necessarium id naturæ instituentes. Plures siquidem molestias quàm uoluptates à cibo potuq; ortas recensere promptum est. Quin quod res est dicam, quanta est cumq; in cibo uoluptas, ea & loci in corpore parum, & temporis non multum habet. Sed quid in eo probè conficiendo, coquendo, & dispensando occupationem & difficultatem dicere attinet? quot molestijs, quàm multis & uarijs sordibus nos replet? ad eas arbitror respicientem Homerum ideò non mori Deos demonstrare uoluisse, quòd non uterentur alimento.

Nam nec edunt triticum, mera nec nigricantia
potant.
Sunt ideò exangues, immortalesque uocantur.

*Tanquàm non facilior ad uitam per cibum quàm ad interitum sternatur uia, nec uitæ solùm sed mortis in cibo causa existat. Ex cibarijs enim morbi corporibus impacti, nimiam ferè copiam habent & redundantiam non minus defectu malum. Imò uerò semel recepti intra corpus cibi reliquias discutere sæpe difficilius est, quàm ipsum suppeditare, cogere, & conficere. Porrò quasi * Danaides semel replendi dolij seruitute liberatæ dubitaturæ sint inter se quid agere, quam uitæ uiam sequi debeant:*

*Hominis uita quasi Danaidum seruitus.

beant: sic nobis si undequaque mari terraque tam multa in carnē cupidam semper & indomitam congerendi daretur finis, hæsitaremus credo quid agendum esset, præ melioris scilicet uitæ usus inscitia, cibi potusq; necessitati mancipata contenti. Quemadmodum igitur serui postquam libertate donati sunt, quæ dominis anteà famulando præstabant, ea tum sibiipsis per se gerunt: Sic nunc animus multis quidem laboribus & curis corpus alit, quum uerò seruitute hac fuerit defunctus, tum demum uerè liber in se semper ueritatemq; intentus uiuet, ea se contemplatione reficiens & uegetans, aliorsum trahente aut auocante nemine. Atque hæc Nicarche de cibo in utranq; partem sic sunt disputata. Quùm autem adhuc Solon diceret, ingressus Gorgias Periandri frater (Tænarum enim missus fuerat ita monentibus quibusdam oraculis Neptuno sacrificium & panegyrim deducturus) postquam consalutauissemus, & Periander comiter & amicè acceptum osculatus fuisset, is iuxta eum in lecto sedens pauca quædam soli Periandro nunciauit: is uerò ita auscultabat, ut uariè eius oratione affici uideretur, & nunc grauiter ferenti, nunc indignanti, sæpe etiam non credenti, nec fidem assensum'ue eius dictis accommodanti, interdum miranti appareret similis. Denique ridibundus ad nos conuersus, equidem uolo (inquit) in præsentia referre quod

modò

*modò nunciante Gorgia intellexi. Verùm ut addubitem facit quod aliquando referente Thalete audiui, uerisimilia quidem dicere, absurda uerò & ab eo quod effici præstari ue naturaliter potest prorsus abhorrentia tacere oportere. Atqui (respõdens ait Bias) & hoc Thaletis sapienter dictum est, *inimicis in ijs etiam quæ fida, certa, & comperta uideantur diffidendum, amicis uel suspecta, incerta, parum tuta & inexplorata credenda esse: inimicos mea quidem sententia malos & stolidos, amicos bonos & prudentes eo ita appellante. Omnibus igitur Gorgia aperienda res est, imò uerò oratio quam nobis adfers, ad nouos istos Dithyrambos uerbis eos longè superans reuocanda. Itaque dicere cœpit Gorgias, perfecto sibi intra triduum sacrificio, postero die quum * peruigilium esset sacra facientiũ & tripudiantium saltantiumq; chori & ludos agẽtium cœtus in litore conuenissent, irradiante Luna & suo splendore mare collustrante nullis agitatum uentis, sed tranquillum & placidum è longinquo crispare se & inhorrescere uisum est, fluctu ad præruptam rupem appulso, ad eamque cum fremitu partim aduecta magna spumæ copia, partim propter uehementem allisum excitata: cuius rei miraculo excitatos omnes ad eum locum confluere, quò appellenda uidebatur. qui priusquàm possent ob citatiorem cursum coniectare quid rei esset, quod*

ita

* Timeo Danaos & dona ferentes.
τοῖς μὲν ἐχθροῖς δεῖ καὶ περὶ τῶν πιστῶν ἀπιστεῖν, τοῖς δὲ φίλοις καὶ τὰ ἄπιστα πιστεύειν.

* Peruigilium in sacris etiam paganorum.

*ita aduehe retur, Delphini uiſi ſunt, alij conſerto ordine undique circumdare, nonnulli ad littus uiam præire ubi locus planiſsimus eſſet & læuiſsimus, quidam ponè ſequentes prehenſando fouere et ſuſtentare. In medio autem ſuprà maris æquor extabat obſcura & incognita moles corporis eo uſq; deportandi, donec conductum eodem & appulſum in terram exponunt ſpirantem adhuc ac ſe mouentem hominem. Illi autem inde ad altam illam rupem reuerſi præ uoluptate (quid enim aliud poteramus iudicare?) quadam inter ſe ludibundi exultabant atque lætitia & gaudio efferebantur. Quo ſpectaculo ex nobis (inquit Gorgias) perculſi multi ac perturbati quum diffugere cœpiſſent ex maris litore, pauci qui maiore erant animi confidentia mecum propius accedere auſi, *Arionem agnouerunt citharœdum illum nomen ſuum cithara reſonantem, & ueſte inſignem. Ludicro enim & certatorio ornatu amictus erat, quo dum fidibus caneret uti conſueuerat. Hîc deportatus in tentorium, quum nihil mali paſſus, ſed ex curſus celeritate & uehementi dum aduehebatur iactatione defeſſus & ſolutus uideretur, inauditam rem nec facilè apud quemquam niſi qui rei exitum, quemadmodum nos ſpectauerit, fidem inuenturam. Dicebat enim Arion, quum olim ex Italia ſoluere ſtatuiſſet, literiſq; Periandri ad id magis eſſet incitatus,*

*Arion à delphinis exceptus & cõſeruatus.

tatus, Corinthiam nauem in cursu uisam statim ingressus in altum se subuectum esse: & dum leni uento uterentur, in suam perniciem conspirare Nauiculatores ac de se interimendo cogitare, sensisse. Deinde gubernatore clanculùm eorum consilia indicante & enuntiante, intellexisse in sequentem noctem factum reiectum esse omnium consensu. Itaque auxilio omni destitutum, quidq; facto potißimum opus esset dubitantem, * *consilium quoddam & animi impetum cepisse se, singularem certè quidem illum uereq; diuinum & admirabilem, corporis scilicet ornandi & gestaminis ludicris illius sibi uiuenti adhuc sepulcri uice sumendi & aptandi, ac postremùm uitæ salutem canendi, ne ea re Oloribus cedere uideretur. Eo igitur habitu, præfatus animum sibi esse pro sua & nauis & uectorum salute modulatam cantionem & hymnum Pythicum cithara percurrere, postquàm iuxta puppis parietem sedens quandam Deorum marinorum inuocationem prolusisset, hymnum canere cœpisse: atq; ipso cantu ferè medio solem quidem se in mare mergere, emergere uerò Peloponesum. Quo facto nautæ noctem quum amplius non expectarent, sed ad cædem properarent & parricidium, strictos iam & nudatos gladios ipsumq; adeo Nauclerum manu oculos ne tantum scelus uideret obtegentem conspicatus, ex superiore*

*Arionis ĩ re dubia & ualde difficili cõsilium ex tẽpore captum.

riore loco quàm potuit à naui longißimè se in mare deiecisse, ac priusquàm totum corpus mergeretur succurrentibus Delphinis supra mare portatum se esse, primùm quidem dubitationis, ignorantiæ & trepidationis plenum. Postquàm autem uehendi impetus nonnihil remissus esset & sedatior redditus, atq; multos circa se beneuolentiæ & obsequij præstandi gratia congregatos Delphinos cerneret per uices portandum se tradere & excipere tanquam necessarium atq; omnibus conueniens munus ac ministerium uicißim exequendum: & nauis alioqui longè relicta celeritatis speciem præberet, minus tum sibi & ad moriendum timoris, & ad uiuendum desiderij, & ad conseruandam tuendamq; salutem contentionis fuisse.* nimirum qui charum se Dijs acceptumq; sentiret, atq; certam & firmam de ipsis tum demum conciperet opinionem. Iam uerò quum lucentibus stellis cœlum refertißimum; splendentemq; lunam oriri & nitidam, atq; quoquo uersum fluctibus uacante mari uelut tramitem eius medio ad nauis cursum paratum & scissum spectaret, secum reputantem lustrasse animo, non unum esse peruersi iuris uindicem uenerandæ Dicæ oculum, sed omnibus his circumlustrare Deum quæ terra mariq; geruntur omnia. Hac itaq; cogitatione fuisse iam sibi leuatam corporis laßitudinem ac grauitatem

* Afflictis & deploratis de⁹ adesse solet.

tem

tem omnem dicebat, ad postremum, quum illi præruptam altamq; petram in cursu obuiam solerter deuitantes nonnihil deflexissent iter (ferè enim terram natando contingebãt tanquam in portum tutißimum nauiculam appellentes) omninò sensisse Deo gubernante in eum se locum fuisse deportatum. Hæc quum narrasset Arion, eum (inquit Gorgias) quò relictam nauem appellendam putaret interrogabam, at ille omninò Corinthum, sed longè relictam in cursu tardaturam. Nam quùm uesperi è nauigio excidisset, protinus subsequuta maris tranquillitate, quingenta circiter stadia eo cursu se deportatum fuisse. Ad hæc dicebat Gorgias, postquam naucleri & gubernatoris nomen, nauisq; ipsius insigne & uexillum quærendo didicisset, naues misisse se & milites, qui quónam illi essent appulsuri diligenter uiderent & studiosè obseruarent. Secum uerò Arionem absconditum asportasse, ne si illi saluum & incolumem præsensissent, facilè aufugere possent. Rem itaque diuinitus prorsus ac uirgula quapiam diuina sic tulisse, ut & ipsi simul huc adessent, & superata à militibus naui cum nautis intelligerent captos mercatores. Quo facto iußisse Periandrum, ut protinus surgens Gorgias tales uiros in uincula eò loci ducendos curaret, quo nullus accederet, aut Arionis salutem nuntiaret. At meos inquit Aeso-

pus, graculos ridetis & coruos si mutuò colloquantur, quum talia Delphini iuueniliter utiq; & strenuè designent? longè aliud inquam Aesope dicimus, ex quo enim hæc apud nos creditur & scribitur historia, supra mille intercessēre anni, iam inde ab Inûs & Athamantis temporibus. At uerò (interpellans ait Solon) Diocles proximè ista ad Deos accedunt & supra nos sunt. Ego uerò humanam rem nec captum nostrum superantem referam, quam tu quoque fortè Hesiodo accidisse audiuisti. Minimè audiui, inquit ille, sed factum memorabile audire nihil uetat. Quum uir quidam, quantum conijcere licet Milesius, quo cum Hesiodo hospitij & contubernij societas intercedebat, Locris hospitis filiæ oblato uitio cum ea deprehensus fuisset, in suspicionem uenit Hesiodus quasi initio flagitij conscius fuisset, & eius occultandi adiutor, quum tamen ipse insons prorsus & innocens esset. Verùm quùm in id temporis quo facti adhuc uigeret & ferueret indignatio, multorumq; calumniam incidisset, per iniuriam eum puellæ fratres circa Locrensium nemus insidijs circumuentum unà cum comite Troilo appellato miserè trucidarunt. Horum corpora quum in mare trudendo prouoluta fuissent, Troili cadauer in Daphnum fluuium extra mare delatum, aqua circumfuso scopulo hæsit, haud magno à mari in-*

*Hesiodus à Locrēsib⁹ per iniuriā interfectus.

teruallo

teruallo, qui locus Troili ſcopulus in hunc uſq; diem appellatus eſt. Heſiodi uerò corpus iam inde à terra protinus exceptum, Rhion & Molycriam deportauit Delphinorum Grex. Erat tum Locris Rhiorum ſtatum & ſolemne ſacrificium, & conuentus celebris, quem etiamnum hodie eo loco agunt celebritate maxima. Simul ut conſpectum eſt fluctu aduectum corpus, quid rei eſſet, ut par eſt mirati, ad litus decurrerunt. Quod quum recens adhuc trucidatum agnouiſſent, omnibus quæſtioni de cæde rebus propter Heſiodi nomen poſthabitis, omni diligentia & ſtudio effecerunt, ut cædis autores inuenirent, quos uiuentes in mare demerſos undis obruerunt, eorumq; funditus dirutam domum ſolo æquarunt. Heſiodi uerò corpus iuxta nemus honorificè ſepeliuerunt. Quem locum ex peregrinis multi neſciunt, ſed abſtruſus ignoratur diu multumq; ab Orchomenijs quæſitus: quos aiunt Oraculi monitu ſelectas inde reliquias uelle tollere, atq; apud ſe ſepelire. Si igitur Delphini aduerſus uita functos tam familiariter ſe & beneuolè & amanter gerunt, quid de uiuentibus adhuc dicendum? ipſis profectò probabilius multo eſt opem non denegare ſuam, delinitos præſertim cantu & tibijs eblanditos. Hoc enim iam norunt omnes, animantia hæc Muſica capi, & uectores proſequi, & remigantibus adna-

*re tranquillo & placido mari eorum cantu & tibiarum sono delectata. Puerorum etiam natatu gaudent, unaq; cum ijs lusitantes natando certant. Vnde ipsis * securitatis lex est duce natura. Ea enim captat nemo neq; lædit: nisi quando casu inter piscandum irretiti malefecerint, flagris delinquentium puerorum modo castigantur. Memini quoque à uiris quibusdam Lesbijs audire me, puellæ salutem à Delphino ex mari conseruatam fuisse asseueranter id affirmantibus, at Pittacus probabilem & in ore uulgi tantum sermonem esse putat. Nam quum aliquando nauigaturis Lesbi incolis consultus Apollo respondisset, postquam in promontorium Mesogæon appellatum incidissent, ibi Neptuno quidem taurum, Oceano uerò & Nereidibus uiuam uirginem in mare demitterent, atque Echelaus Pythochresta inter septem principes & reges qui eadem naui uehebantur Coloniæ dux, celebs esset, ex illis qui pueri adhuc celibes essent ductis sortibus in Sminthei matrem sors cecidit: quam ueste & auro ornatam, postquàm ad eum locum uentum est, nuncupatis de more uotis demissuri erant, nisi fortè ex uectoribus iuuenis quidam, animo quantum conijcere licet haud ignobili (cuius nomen Enalum memorant) eius amore captus, quum magnopere cuperet nec ulla ratione posset uirgini opem ferre, affectus*

* ἀδείας νόμος.

*ctus impotentia uictus, intempestiuo quodam & cæco impetu ita incitatus fuisset, ut eam complexus unà se cum ea in mare daret præcipitem. Protinus inconstans fama quædam, cui tamen in castris multi crederent incerto autore sparsa est saluos & incolumes in terram fuisse deportatos, nec multo post, Enalum in Lesbo uisum retulisse, ut per mare gestantibus Delphinis sine ulla noxa in Epirum eiecti fuissent. Possem & alia multa longè diuiniora commemorare, quæ in stuporem uulgum & admirationem adducerent & deliniendo suspensum tenerent. Sed quum omnium fidem facere arduum est imprimis & difficile, tum uerò fluctu se quàm magnus est insulæ ambitus ad astra tollente, & hominibus mari obuios ferre se reformidantibus, Polypodes ad Neptuni usque templum Enalum fuisse sequutos supra fidem esse uidetur. ex quibus maximum, lapidem gestantem ipse ceperit, & Neptuno sacrum dicauerit, etiam Delphici illius * Ει nomine insignitum. quòd Enalus quum Polypoda Neptuno sacrum faceret, sciscitatus sit εἰ ἐλπὶς ἐστὶν σωθέντα· ἀφικέσθαι οἴκαδε, idest an saluo & incolumi spes esset reditus domum. Cuiusmodi interrogationes per εἰ particulam apud Delphos solitas fieri legimus: & ut uno dicam uerbo, si quis inter*

*Ει Delphicū

id quod potest & quod non consueuit fieri, & rursus inter id quod præter rationem & quod præter opinionem fit teneat discrimen, non alius certè fuerit quàm Chilo non temerè & quauis de causa credens, nec rursum diffidens, sed illud quod cautum ipsemet esse uoluit μηδὲν ἄγαν id est, ne quid nimis religiosè obseruans. Post quem Anacharsis inquit, Si in omnibus principalibus & maximis mundi partibus animam inesse rectè censuit Thales, nemini profectò mirum uideri debet, si pulcherrima & dignißima quæque Dei prouidentia & uoluntate geruntur. Animæ siquidem corpus, Deo* anima instrumentum est comparatum: & quemadmodum corpus multas à se motiones, plurimas ab anima easq; pulcherrimas habet, sic uice uersa anima nonnulla à se motionis sumpto initio facit: in cæteris utendam se & regendam & quocunq; uisum fuerit ducendum Deo præbet, omnium ipsa nobilißimum existens & decentißimum Dei instrumentum. Absurdum enim fuerit, si sit ignis instrumentum, si flatus, si aqua & nubes & imbres quibus multa conseruat & alit Deus, rursusque perimit & tollit, Animantibus uerò non utatur omninò in ijs quæ ab eo quotidie geri uidemus, sed uerisimilius magisque rationi consentaneum totos à Dei uirtute pendentes

* ut animi instrumentũ corpus, Sic Dei animus.

eius nos seruire nutui ipsique monenti assentire & obsequi. ex qua naturæ inclinatione cum arcubus Scythæ, cum fidibus & tibijs Græci sympathiam quandam habent & naturarum cum ipsis consentientem propensionem. Præter suprà commemoratos, Chersias poëta quùm multorum meminit præter omnium spem seruatorum, tum uerò Cypseli patris Periandri: quem puerum adhuc infantem, quùm conuenissent qui ad eum interficiendum missi fuerant, pueri ætatem reueriti interimere non sustinuerunt. Quem postea consilio mutato diu quæsitum, quòd mater in sportellam depositum occultasset, inuenire non potuerunt. In cuius rei memoriam & Apollinis gratiam Cypselus Delphis sacellum ædificandum curauit, tanquam pueri uagitum & eiulatum Deus tum ne exaudiretur repressisset, ut eos qui interficiendum quærebant lateret. Hîc Pittacus nominatim Periandrum appellans, rectè sanè inquit, & opportunè fecit Chersias, quùm familiæ tuæ meminit. Siquidem ego sæpe uolui causam ex te quærere, quid illæ sibi uolunt tot Chœnicis fundo detornatæ ranæ, & quam cum Deo aut cum eo qui donarium Deo Chœnicem esse uoluit, habent similitudinem. Verùm Periandro interrogandum esse Chersiam iubenti (rem enim tenere, & Cypselo ædem consecranti ad

fuisse) respondens Chersias, At priùs inquit, dicturus non sum, quàm ex istis sciam, quid illa sibi uolunt, μηδὲν ἄγαν *ne quid nimis, et* γνῶθι σαυτὸν *te ipsum noueris. & illud quod cœlibes multos, nec pauciores cautos & sibi fidentes, mutos etiam nonnullos reddidit,* ἐγγύα πάρα δ' ἄτα, *sponde *sed est præsto noxa. Quid uerò (Pittacus ait) isthæc nos explicare attinet? iampridem enim Aesopi si bene memini commentarium in singula hæc dicta conscriptum laudas. Tum Aesopus, uerum quidem est, si quando animi causa Chersias mecum iocari uelit: quum uerò seriò agit hæc Homero inuenta & accepta refert. Verè enim Hectorem seipsum nosse, quippè qui,*

Bella mouens alijs, telamonia tela cauebat.

Vlyssem uerò dicti illius ne quid nimis, laudatorem extitisse quum Diomedem adhortans diceret,

Ne quemquam subitò damnáue probáue Tydida.

Sponsionem autem non desunt qui dicant conuitiosè Homerum insectari, tanquam rem quandam miseram & uanam, quum ait,

Et timidæ spōdent, & firmant spem miserorum.

Chersias uerò putat Atam illam à Ioue deiectam in hæc inferiora, apud sponsionem diuertisse. quam præstare ipsemet uolens Iuppiter in Herculis procreatione falsus est. Atqui (anteuertens Solon inquit) hoc quoque

Sponsionis comes noxa.

quoque ſapientiſsimo Homero dicenti credendum,

Iam nox humida cœlo

Præcipitat, ſuadentque cadentia ſydera ſomnos.

Muſis itaque & Neptuno & Amphitritæ libationibus peractis conuiuium ſi uideatur, dimittamus. Atque hîc Nicharche præſens finem ſortita eſt diſputatio.

FINIS.

PLVTARCHI CHÆRONEI,

DE

Inſcriptione particulæ huius EI, *pro foribus Delphici templi, Libellus. Arnoldo Ferrono Burdigalẽſi Regio Conſiliario, Interprete.*

AD DIAM IOANNAM NAVARRORVM REGINAM.

*

LVGDVNI
APVD IOAN. TORNAESIVM.
M. D. LVII.

IOANNÆ HEROINÆ NAVARRORVM REGINAE ARNOLDVS FERRONVS S. D.

*

VTRVM *maius onus Ricardus Plesßius collega meus imposuerit, opinionis'ne apud te mihi, an expectationis de me tibi, haud satis compertum habeo. Illud quoq; ambigo maior'ne amor illius fuerit, qui ea de me tibi in te literaria pollicitus sit, quorũ equidem magnitudinem ne optare quidẽ vnquam ausus fuerim, ille facilè ob singularem eruditionem præstare potuit. An humanitas tua, qui me obscuri nominis hominem eloquentißimis literis tuis in clientũ tuorum lucẽ vltro euocaris. Cæterùm vteunq; ea se res habeat: si non illius opinioni respondere poßim, at beneuolentia saltem ita certare contendam, vt ea ipsa mihi hasce literas libellosq; è Græcis versos è manibus extorqueat, quos ambitio vlla nunquam potuisset: si non eloquentiæ tuæ parem esse liceat mihi, humanitate saltem non cedam. Quæ in præsentia ad scribendũ tibi ita me comparauit, id quod nulla vnquam confidentia valuisset. Quare æquum est vobis, aut mihi peccanti ignoscere, aut vobis ipsis peccandi causam præbentibus non ignouisse. Quid enim aliud vterque vestrum, quàm eam ad operam impulit, quam ne ipsi quidem mihi facilè præstare soleo; vt manus admoueam calamo. Quem equidem vt*

conspicio,

conſpicio, ſane neq; immeritò, neq; fruſtrà cohorreſco. Subit mihi veterum ſplendor monumẽtorum. Quibuſcum ſi hæc noſtratia conferantur, cœnum profecto ſint. Obuerſatur animo Romani Imperij calamitas, quo per Barbaros oppreſſo, quid miſerabilius nobis fuit, quàm in patria lingua eſſe peregrinos? Oſtentat ſeſe mihi ante oculos veſtrum iudicium id eſt eruditorum: cuius cenſuram vel perditiſsimæ impudentiæ eſt, non pertimuiſſe. Atq; hæc mihi pacata omnia atq; gratioſa habeam, ſiue parem ingeniorum ſortem nactus, ſiue fato aliquo fiat, vt forte euenit interdum, quo deterrimus quiſq; ſocios habet errorum ſuorum. At theatrum poſteritatis? At ſubnaſcentis alterius mox ſæculi alia ratio dicendi? vt mihi multo admirabilius videatur, ſi quis antiquis in lectionibus paulo vberius verſatus, audeat ſeſe illorum vel vmbra dicere aſſecutũ. At nunc tanta ſcriptorum colluuies repente extitit, tanta in ipſis vel inepte quæſita, vel natura inſita, vel ſtudio affectata barbaries, vt inter tantam ſperati nominis ambitionẽ, olim mihi laudi datum iri ſperarim, ſi memor literariæ calamitatis, prudens imminẽtis periculi, conſcius imbecillitatis meæ, ſilentio vitam præterijſſe dictus eſſem. Cæterùm ſcidit obſtinatum pudorem hunc politiſsimi etiam hominis, excultiſsimiq; omni doctrina Mathei Paci admonitio, qua factum eſt vt aſsiduè aures meæ perſonarent hiſce vocibus, quibus doceret literas ipſas non ſolũ à te amari, ſed etiam eos te progreſſus in ijs feciſſe, orbem vt illum doctrinarum aſſecuta viderere: aut certè ab aſſequendo parum abeſſes, vt intueri poſsimus quam in ſpatio hoc, Reginam matrem eruditiſsimam ipſius veſtigijs perſequare: cuius laudem ad ſempiternam memoriam, litera-

rum amor propagauit. Itaq; quid concinnius hisce vocibus eruditorum de te matreq; Regina ornatißima quas sæpe audiuimus inculcatas auribus nostris de Arnoldo Mosnerio Planeo præcone virtutis tuæ? Vno auulso non deficit alter aureus, ac simili frondescit virga metallo. Laudarunt veteres multis in Reginis pudicitiam. Hoc quid aliud erat quam agnoscere id ad quod natæ ipsæ estis? Simul enim vna cum ipso sexus verbo ortum semper pudorem mihi persuasi. Literarum autem studium, reconditam eruditionem, æquitatem, animi magnitudinem quotus quisq; non dicam in vobis, sed in viris ipsis eodem quo vos estis gradu frequentem laudare potest? Quare neq; tibi à sexu, nec abs te sexui iniuria facta est, cùm & ille te dotibus omnibus viro dignißimis cumularit, & tu illi vniuersas reposueris. Itaq; intuenti mihi in libellum Plutarchi quo inscriptionem Delphicã explicat, vna omnium maximè mihi dignißima visa es hoc munere: agnosces hic Delphicam inscriptionem quo in oraculo, & tu te nunc, & posteri quoq; deinceps te ipsam intuebuntur.

Vale.

PLVTARCHI CHAERONEI DE INSCRIPTIONE PARTICVLAE HVIVS, EI,

*

Pro foribus Delphici Templi, libellus, Arnoldo Ferrono Burdigalensi, Regio Consiliario, Interprete.

VERSICVLOS non inſcitè ſcriptos legi dudum, Serapion mihi optate, quos Euripidem Archelao pronũciaſſe putat Dicæarchus. Opes recuſem pauper opulẽto dare, ſi petere danda videar, excordem putes. Non enim gratificatur quicquam, qui in re nõ magna locupletibus dat munus leue: verùm ei nemo fidẽ habet gratis ea quæ largitur dediſſe, ſed & calliditatis malitioſæ & auaritiæ ſubit infamiam. Itaq; quanto beneficia ſcriptorum, quæ in ſtudijs humanitatis & ſapientiæ poſita ſunt iis muneribus quæ verſantur in pecunia, tum ingenuitate

ſua, tum pulchritudine, ſunt potiora, tanto pręſtabilius eſt, eadem cum alijs communicare & ab his contrà poſtulare paria in quos ea contulerimus. Proindè ad te cæterosq; iſthic, tua cauſa, meos neceſſarios, mitto ſermones quoſdã habitos de Apolline Pythio velut primitias, at præ me fero à vobis me expectare alios & plures & meliores, quippe qui in vrbe magna degitis, qui otio maiore, copia librorum, omnis generis exercitatione abundatis. Sacroſanctus Apollo vti appa ret res in vita perplexas difficilesq; oraculis æditis, ſi quis ex eo quid ſciſcitaretur, expediuit, eas difficultates quæ exiſtunt in dicen do, ipſe reſeruauit, & propoſuit animi illi parti quam natura informauit ad philoſophandum, eandemq; concitauit ſtudio veri inueniendi, quod & alijs argumentis compluribus euadit perſpicuum, & inſcriptione illa pro foribus ædis, E I. Ea enim non modò fortuitu neque ſortitione quadam literarum principem locum & prætoriam ſellam, (vt ita dicam) videtur obtinuiſſe, & ſacri donarij ſpectaculiq; vice conſtituta eſſe. verùm ita cenſeo, qui primùm in huius Dei ſacris ad vſum Philoſophiæ cuncta reuorunt,

carunt, aut quia perſpexerant eius quandam vim propriam & eximiam, aut quod eam cōparant ad deſignandum aliud quippiam magni momenti ita demum approbarunt. Cùm ante ſæpe ſcholam hanc diſputandi gratia propoſitam verecundè omiſiſſem & declinaſſem, proximis ſuperioribus diebus eo ſum impulſus rogatu filiorum, cũ hoſpites quoſdam libenter & honorificè acciperem, quibus ad proficiſcẽdum Delphis iter accelerantibus, honeſtum nõ erat diem extrahere excuſando, cùm ex me audire aliquid omnino cuperent. Vbi aſſedimus ad delubrum, alia cœpi mecum diſquirere, alia ex eis percontari, toti recordatione ac eorũ dictorum quæ multo ante, cùm hùc Nero Cæſar veniſſet ex Ammonio, cæteriſq́; non nullis hac ipſa dubitatione exorta res ſingulas explicantibus, audiueramus. Etenim hic Deus nõ minor artifex Philoſophãdi, quàm diuinandi, vt omnium cõſenſu Ammonius appoſitè ad hanc ſententiam eius cognomenta ſingula accommodauit, rationemq́; aſcripſit. Pythius, inquit, eſt his qui cœperũt primùm informari religione, ac πυνθάνεσθαι, id eſt, exquirere cuncta diligentiùs: Delius

 verò

verò & Phænæus ijs quibus aliquid iã expromitur & innoteſcit veri δηλοῦσθαι καὶ φαίνεσθαι: id ſibi vult Iſmenius eis qui animo ſcientiam complexi ſunt omnium rerum : Leſchenorius, cùm ea vtuntur ac fruuntur accuratè diſſerẽdo inter ſe & Philoſophãdo.* Adiungebat etiam, quia minus eſt Philoſophię ſciſcitari, admirari, quæſtionem ponere, nõ iniuria factum eſt vti multa eorum quæ pertinent ad religionẽ velis & gryphis quibuſdã occultata & tecta videantur, quæ quidem enodationis indigeant, cur eiuſmodi ſint, & explicationis quam ob cauſam inuẽta ſint. loco exempli erit ignis ille perpetuus, cur in illa ara duntaxat crematur abies, cur taurus tantùm accenditur in ſuffitu, cur duæ illic Parcæ modò ſacræ habentur, cur vbiq; gentium tres cenſeantur, cur nefas eſt mulieri ad oraculi ſedẽ propiùs accedere? tum quæ de tripode feruntur cæteriſq; generis eiuſdẽ quæ ſi propoſita fuerint in medium hominibus non plane ab vſu rationis & intelligentiæ alienis, alliciunt incitantque vnumquemq; noſtrum, vt non modò expendamus ea, & diſquiramus: ſed & ipſi diſſeramus & alios de ijs audiamus verba facientes. Iam verò

* illud ἀπὸ τῆς ποιησμῆς hoc ἀπὸ τῆς λέσχης

verò illas præſcriptiones monitaque tecum expendito: NOSCE TEIPSVM: Ne quid nimis: quot cõtrouerſias in Philoſophia cõcitarunt? quot ex alterutra natæ diſputationes velut è ſeminario excreuerũt in immenſum? neutri tamen earum cedit vbertate (vt mea quidem fert opinio) hoc elogium de quo nunc inſtituta eſt diſputatio: hæc cùm Ammonius dixiſſet, frater Lamprias, Enimuero, inquit, expedita breuiſq; admodum & ſimplex eſt quam de eo accepimus oratio. Narrant illos ſapientes quos alij ſapientiæ æmulos nempe ſophiſtas appellarũt, numero quinq; fuiſſe Chilonem, Thaleta, Solonem, Beantẽ, Pittacum: ſimulatq; verò Cleobulus Lindiorũ Tyrannus atq; adeò Periander Corinthi Rex, quibus nihil erat cum virtute aut ſapientia negotij, potentia, opibus, amicorum gratia gloriam vi inuaſerunt, vt in ordinem ſapientũ aſciſcerentur, & quaſdam ſententias dictaq; foras dederunt, & in vniuerſam Græciam ſeminarunt, ijs quæ illi memorabant ſimilia, hac indignitate commotos homines illos ſapientes horum arrogantiam conuincere noluiſſe, nec inimicitias aduerſus homines potentiſſimos gloriæ

causa profiteri, nec cum eis dimicare, cæterùm in hac æde conuentum eos agitasse semotis arbitris, tum re inter ipsos communicata inscriptionem eam muneri consecrasse, quę ordine quintum locum occupauit & numerũ hunc præ fert, vt apud Deum agerent suam causam, se quinque solùm esse testificarentur, sextũ verò & septimum reijcerent repudiarentq; tanquam alienos à suo consessu. Hæc autem non ineptè dici qui antiquitates huius templi cognouerit, satis intelliget, quæ literis aureis exarata est vox, EI. eam tribuunt Liuiæ vxori Cæsaris, quæ in ære sculpta est, Atheniensibus. Quæ verò prima est & vetustissima in ligno descripta, eam adhuc sapientum appellant, nec vnius sed omnium commune donarium fuisse arbitrantur. Arrisit hic leniter Ammonius, suspicatus hanc opinionẽ inuẽtum esse Lampriæ, verùm ab alijs se accepisse illum fingere & quasi vetus esset, proponere, ne refelli queat. Tum alius quidam eorũ qui aderãt, Quàm, inquit, ista similia sũt his nugis, quas nuper Chaldæus hospes effudit: septem esse literas, quæ peculiarem & explanatam vocẽ redderent, septem verò stellas in cœlo quarum

rum motus omni ex parte ſit abſolutus, nullo nexu continuatus: ſecundam harum literarum eſſe, E, ſi ordinem à principio repetiueris: ita Solē à Luna proximè ex planetis moueri, Solem verò cum Apolline eundem eſſe vniuerſa Græcia (vt ita dicam) arbitratur. Cæterùm iſta, inquit, prorſus ex porticu & tabula: Lamprias autem (quantum auguror) imprudens à ſacra linea mouit calculū, contra ſuam ſentētiam. Nam ipſe quæ prodidit, nemo Delphorū agnoſcit: ſed peruagatam & omnium ſermone tritam opinionem adduxerunt in medium, nec in ſpecie, nec in ſono quicquam eſſe arcani iudicarunt: ſed ipſius vocabuli ſolum inſcriptione aliquid denotari: fere enim hoc pacto Delphici cenſent, idq; ipſum Nicander Pontifex apertè teſtatus eſt, quaſi quoddam vehiculum & formulam hanc eſſe communē his qui agerent cum Apolline, & regulam principalem vnde qui ſciſcitabantur ab eo quippiam, ſemper initium ducerent cùm ita percontabantur num iter ſuſciperent, nū contraherent nuptias, num expediat nauigare, num agrum colere, num peregre proficiſci. At dialecticos non audiendos ratus

eſt

eſt (idq; ſapienter factum) qui nihil effici ex hac particula EI, & pronunciato ei adiuncto putant, omnes interrogationes hinc cõnexas & à rebus ſubiectis peti ſentiebat, & recipiebat. Cùm verò noſtri muneris ſit ex eo quærere tanquam vate, & ita eidem tanquã Deo vota nuncupare, in eo elogio æque orandi vim ac interrogandi ineſſe arbitrantur. Qui orant pleriq; hoc pacto præces concipiunt: Si, vtinam & Archilocus, ſi mihi contingat dextram Neobules tangere & in hoc verbo, ſiue, ſecũdam ſyllabam acceſſionis loco eſſe ait, exempli cauſa: prudente viro vna cum liberis * dum orbata. Et apud Homerum vt ue tuũ eximerem corpus: cõtra optandi vim hac voce EI, deſignari ſatis abundè. Hæc cùm ad finem perduxiſſet Nicander (noſti autem Theonem familiarem tuum) quæſiuit is ex Ammonio, an dialecticæ ita contumelioſè vexatæ vocem liberam emittere liceret? Cùm Ammonius vti diceret hortaretur, & dialecticã propugnaret, Enimuero, inquit, oracula nõ pauca facile probãt hunc demum peritiſſimum eſſe diſſerendi, nam eiuſdem eſt munus & ambigua explicare & in medium proponere.

*Vacat hîc dũ

Iam verò (vt Plato inquiebat) cũ eſſet oraculum editum in quo iubebantur aram in Delo inſula duplicare,(quod eſt munus hominis maximè in geometria verſati) nõ modò id vt fieret Deum mãdaſſe, verumetiam ad Geometriæ ſtudium incitare: ſic oracula cùm expromit ambigua diſſerendi artem ornat, nobisq́; commendat, veluti omnibus neceſſariam qui eius ſententiam aſſequi volent. Porrò in ea arte maximam vim habet illa ad continuandam orationem apta coniunctio, quippe quæ concinnat effatum ad vſum diſſerendi maximè appoſitum. An nõ enim eiuſmodi eſt illud effatum quod connexum appellamus? quando pecudes etiam eſſe in natura res ſingulas norunt, cõſequentiæ notionem & diiudicationem vni homini natura impertiuit verbi gratia, diem lucemq́; rediјſſe ſentiunt profectò lupi, canes, auiculæ: ſi dies ſit lucem eſſe nullum animal præter hominem intelligit, qui principium eſt & finis in his perſpiciendis: quemadmodum autem inter ſe cohæreant quomodo affecta ſint, quid inter ea interſit ſolus animaduertit, ex quibus ſane ducunt originem potiſſimùm omnes concluſiones euidentes

ac

ac necessariæ. Cùm igitur Philosophia sit indagatrix veri, lux veritatis demonstratio, demonstrationis principium sit connexum, eò factum est vt sapiẽtes homines, Deo veritatis amantissimo notam illam, qua nititur & continetur omnis concludendi ratio, dedicarint. Vates quidem is Deus est, scientia diuinandi futura respicit, quæ ex instantibus aut pręteritis solẽt colligi. Nulla enim res, nisi causa certa præcederet, ortum habuit vnquam, neq; causa vacat rerum futurarum præsensio: Sed cùm illa quæ sunt ex ijs quæ fuerunt, & quæ erũt & ijs quæ sunt, ducantur & pendeant, cõtinuatione à principio ad exitum vsq; repetita, qui horũ caussas eodem tendentes videre, ac inter se consiliare, appositæ ad naturæ institutũ queat, & nouit & multo ante prædicit

Quæ sunt, quæ fuerũt, quæ mox ventura trahãtur.

Præclarè Homerus primò præsentia constituit, tum futura, deinde præterita. Ducitur nanq; conclusio ab ijs quæ adsunt, pro natura & ratione connexi, nempe si hoc est illud precessit, rursus si hoc est illud eueniat necesse est. Nam ars vniuersa differendi, vt diximus, est aliud nihil quàm notitia consequutionis,

quutionis, rei cuiusq; perceptionẽ & assum
ptionem sensus rationi suggerit. Itaq; quã-
uis hoc turpe dictu sit, haud verebor affir-
mare hoc elogium veritatis esse iudicium à
tripode profectum, quo proposito, vti eius
quod dicitur cum eo quod antecessit con-
nexio intelligatur, tum constituto & assum-
pto rem ita se habere, demonstrationis per-
texit conclusionem Deus. Quapropter Py-
thium Apollinem, quando musica delecta-
tur, & Cygnorum cãtibus, & Citharæ sono,
huius verbi studio plurimum capi, quo sæ-
pissimè potissimeq; vti Philosophos videat,
beneuolentia quadam impulsum artis disse-
rendi, mirum non est. Hercules prius scilicet
quàm vinculis expedisset Promethea, aut
Chironem & Atlantem dicendi magistros
sermone quotidiano cognouisset, admo-
dum adolescens, planeq; Bœotius, primùm
ausus est dialecticam labefactare, & inscri-
ptionem verbi, E I, prorsus irridere, deinde
conatus est vi subducere tripoda, & cũ ipso
Deo in contentionem artis descẽdere. Ve-
rùm enimuero progressu ætatis etiam hic
peritissimus diuinandi atq; differendi eua-
sit: Vbi conquieuit Theon vnus è concessu
(is

(is Euſtrophus Athenienſis fuit quantũ exiſtimo) vides, inquit, quãto ſtudio Dialecticæ vicem vlciſcitur Theon? pene indutus exuuias leonis?cùm haud dum intelligat ne nos quidẽ qui omnes omnino naturas principiaq́; tam rerum diuinarum quàm humanarum à numero deducimus,eumq́; ducem & principem facimus potiſſimùm eorũ quæ præclara laudabiliaq́; ſunt, ſilentio acquieturos, ſed mathematicæ admodum charæ primitias offerre Deo cogitare. Ita enim cẽſemus,ipſam E,ſua ſponte quidem, neq; vi, neq; forma,nec vſurpatione vocis,alijs literis eſſe potiorem. Sed ideo prælatam fuiſſe reliquis,quod eſſet nota quinarij magni principisq́; numeri ad rerum omnium comprehenſionem, quem græci πεμπτάδα vocãt, à quo ſapiẽtes viri ἐμπαζεῖν pro eo quod eſt numerare dixerunt. Hæc ad nos conuerſus Euſtrophus haud quaquam ioco dicebat. cæterùm id ei cauſæ fuit quòd tum ego mathematicas diſciplinas magno impetu animi conſectabar, ita tamen fortaſſe vt ſemper meminerim,ne quid nimis,quoties Academiam ingreſſurus eſſem. Igitur præclarè, inquam,Euſtrophus diſſolutionem rei perplexæ,

plexæ, numeri præſidio inuenit. Nam cùm diuidatur omnis numerus in parem & imparem. Vnum ſua facultate communicat cũ vtroq; horum, eo fit, cùm alicui numero adiungitur, vt ex impari faciat parem, ex pari imparem. Principium autem numeri paris binarium ſtatuũt, imparis ternarium, ex his inter ſe permixtis quinarius procreatur, ita cùm primus à primarijs numeris abſoluatur non iniuria honos iſte ei habitus eſt, & verò connubium appellatus propter ſimilitudinem qua numerus par fœminam, impar marem reſpicit. Numerus par, in ea diuiſione qua numerus quiſpiam æquabiliter diuiditur planè abiens in diuerſa, relinquit quaſi principium alicuius rei capax & interuallum in ſeipſo: ac cùm idẽ fit impari, ſemper aliquid mediũ reſtat à partitione, quod quidem fertile ſit, qua ex parte numerus hic altero eſt fertilior, cui cùm admiſcetur ſemper euadit ſuperior, vincitur nunquam. Nulla enim horũ fieri poteſt permixtio ex qua proueniat numerus par, ſed omnes impares ſunt. Adhæc autem vteruis horum ſibi ipſi applicatus & coniunctus quid inter eos interſit docet planiùs. qui par eſt, quãuis pari

adhibeatur, imparem nũquam æditurus eſt, nec vltra ſuos cancellos præ debilitate (quia proles eſt alterius & nimis abſolutus) vnquã egreſſurus eſt, ac impares cũ imparibus mixti multos pares, præ ſua fertilitate omnigena, procreant, nec oportunum eſt in præſentia reliquas facultates & proprietates explicare numerorum. Quod ergo maris fœminæq; speciem præ ſe ferat numerus quinarius, ei nomen connubij indiderunt Pythagorei. Interdum natura dicitur, quia facta geminatione multiplici in ſeipſum terminatur: vt enim natura complexa tritici ſeminarium, primò in ſolum id effundit, deinde multas figuras & ſpecies creat quibus ad exitum perducat opus inchoatum, poſtremò omnium rurſus triticum exhibet, ipſumque reddit principium in fine operis totius: ſic, tum cæteri numeri ſæpiùs iterati, facto incremento in alios quàm ſeipſos exeant: ſolus, ſenarius & quinarius cùm iterantur ſeipſos exprimunt, & nomen ſuum tuentur. Tum verò Senarius id ſemel duntaxat facit & ſolum vno modò cùm in ſeipſum ductus redigitur in quadrum, at quinario etiam facta multiplici geminatione id vſu venit. inſigniter

ſigniter autem cùm applicatur ſibi ipſi qua compoſitione denarium efficit, ſeq́; ipſum refert alternis,dum continuatur & iteratur, quod accidit in immenſum etiam progrediendo, quando is numerus æmulatur eius principij naturã cuius ductu res omnes administrantur. Quemadmodum hoc,ſuo auſpicio, ſuaq́ue vi mundum tuetur,rurſus ab ipſo mundo perfectionem ſibi comparat(in ignis locũ cedunt omnia,inquit Heraclitus, ignisq́; omnium rerum vitæ fungitur,vt auri loco pecuniæ,pecuniarum loco aurum vſurpatur) ita quinarij ad ſeipſam applicatio nihil niſi perfectũ, nihil alienũ ſolet gignere: ſed habet certas viciſſitudines, aut enim ſeipſum aut denariũ procreat hoc eſt aut aliquid cognatũ aut perfectum. Quòd ſi quis quærat quid ad Apollinem iſta pertinent, ita reſpondebimus, nõ modò ad Phœbum, ſed etiam ad Bacchum ea pertinent, cui ius Delphici templi æquè commune eſt atque Apollini. A Theologis accepimus quę partim verſibus,partim oratione ſoluta dicunt, & occinũt: huius numinis immortalẽ æternamq́; eſſe naturam, cæterùm quodam fati conſilio,nec ſine iuſta cauſa crebris vti mu-

tationibus ſui, nunc exardeſcit, ignisq́; naturam exprimit, omnium rerum naturas ſimilitudine quadam concilians, nunc varius & multiplex omnibus formis, motionibus, facultatibus, & functionibus diuerſis gaudet: verbi cauſa, vniuerſi nomen & naturã cùm obtinet, notiſſimo illo vocabulo Solis inſignitur, ac viri ſapientes, vt imperitam multitudinem celent hoc arcanum mutationẽ illam in ignẽ, tum Apollinem vocant, quod ea ſolitudinem rebus inuehat, tum Phœbũ propter puritatem & ſynceritatem quæ nequeat pollui. Cùm autem ſui mutatione facta, ſpiritus, aquam, terram, ſydera, plantas, & animantes gignit, ſingulaq́; diſpenſat ordine, hanc eius perpeſſionem ac conuerſionem obliquè & obſcurè ſignificant, laniatim & membratim conſcerptum fuiſſe fabulati. Ipſum verò Dionyſium, & Zagrea, Nyctelium, ἰσοδαίτην appellant. Item interitus neſcio quos, & abſumptionem comminiſcuntur. Porrò qui animos reminiſcere, ſtatisq́; temporum curriculis in vitam redire arbitrantur, ænigmata & fabulas his mutationibus, de quibus iam dixi accommodatas, pretexunt & canunt huic Deo carmina dithyr

dithyrambica plena turbarum, & mutationibus, cui error longi itineris, & ingluuies vasta consequatur, solent nuncupare. Clamosum, inquit Aeschylus, fas est dithyrambum pedẽ consequi, comitem sociũq; Dionysi: illi autem alteri pæana modificatam so briamq; cãtionem. Illum artifices intactum senio, semper iuuenum ætate florentem. Hunc forma specieq; multiplici & pingunt & fingunt: Deniq; illi constantiam, certum ordinem, studium virtutis immensum ascribunt: huic iocum, lasciuiam cum insania verique studio permixtam, & inæquabilem omnino faciunt. Enimuero montiuagum grege fœmineo cinctum, insanis vernantem honoribus iterum atq; iterum cient, non inscitè mutationis vtriusq; peculiarẽ vim exprimentes. Quoniam autem conuersionis tempus in his mutationibus non est idem, sed in altera maius (quam appellant saturitatem), in altera minus, cui nomen indigentiæ tribuunt: In eo seruant etiam æquabilem tenorem, altero anno dum sacrificia ce lebrant pæanibus vtuntur: ineunte hyeme cõcitant Dithyrambos, pæana supprimentes, ita tribus mensibus perpetuis hunc Deũ

illius loco interpretandum cient, vt ad vnũ tria, ſic mundi conſeruationem rati ſe habere ad tempus conflagrationis. Verùm huic ſermoni plus ſatis temporis impendimus: quicquid ſit, plane conſtat inſcriptionem quinarij in æde illa huic Deo præſertim nũcupatam, quòd is numerus nunc per ſe ipſe conſideratus quaſi ignis inſtar habeat, nunc denarium efficiat, vniuerſi ſpeciẽ in eo præ ſe ferens, an non muſicæ (qua nihil gratius, nihil charius accidere huic Deo poteſt) numerus hic aliquam ſibi cõmunionem vendicat? bona eius pars eſt harmonica, vt perſpicuè loquamur, quæ tota in concentibus verſatur: hi autem quinq; numero ſunt nec plures quod ipſa ratio facilè peruincet, ſi quis in neruis & foraminibus tibiarum paulò importuniùs iſta cœperit explorare ſenſu. Omnium horum ortus pro rata portione à numeris dicitur: eius cõcentus proportio, quem διὰ τεσσάρων dicimus, eſt ſeſquitertia: διὰ πέντε, ſeſquialtera διὰ πασῶν, dupla: διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε, tripla: δὶς διὰ πασῶν quadrupla. Neq; par eſt illud genus harmoniæ, quod artifices concentum διὰ πασῶν καὶ διά τε τεσσάρων nominant, cùm excedat dimenſ

dimensionis legem cum alijs numerare, id est violata proportione quæ legis vim obtinet, auribus ea ex parte gratificari qua proportionem omnem aspernantur. Vt omittã igitur quinque tetrachordorum posituras, & quinque primos siue tonos seu conuersiones siue harmonias appellari decet (quod fidibus adductis & laxatis sonorum grauiũ & acutorum accessione incrementi aut decessione sit conuersio) an non omnium interuallorum (quæ multa vel potiùs infinita sunt) quinque duntaxat primordia cadunt sub cõcentum? Diesis, Semitonium, Tonus, tonus senus, & ditonum, aliud nihil his minutius aut maius enuntiari voce potest, aut locum habere in vllo cantu qui sonis acutis & grauibus absoluitur. Multa huius generis, inquam, orationis progressu demonstraro, nunc Platonem testem adducam: Is vnum esse mundum ait: Quòd si plures reperiãtur & non vnus, quinarium numerum omnino haud excedent: Iam verò si vnus duntaxat est, primigenius, vti cẽset Aristoteles, etiam hunc ex quinque partibus conflatum & cõtinuatum esse comperiemus. Prima est terra, tum aqua, tertia ignis, quarta aëris, quin-

to loco cœlum, quod hi lumen, illi æthera vocãt, alij hoc ipſum quintam naturam, cui vni ex corporibus naturale ſit in orbem moueri, non vi nec fortuitu aut propter aliud. Eo factum eſt vt quinq; pulcherrimas perfectiſſimasq; figuras omnium quæ in natura ſunt, acuratè perſpectas & cognitas ſuam cuique horum appoſitè Plato aſſignauerit: Pyramida, Cubum, Octoëdrum Icoſaëdrũ Dodecaëdrum. Quid quod alij ſenſuum facultates primis illis naturis numero reſpondentes, ſolent accommodare? Tactum vidẽt refractarium, durum, & terrenum, guſtatum humore natiuo rerum qualitates quæ ſub eius ſenſum cadunt percipientem, aër percuſſus in auribus, fit ſonus ſtrepitusq;: cæteri duo ita ſe habent: Odor, quem ſortitus eſt odoratus ſuffimenti genus cũ ſit, & appulſu caloris procreetur, igneũ quiddam eſt, aſpectus relucens & micans propter cognationem qua lucem ætheraq; attingit, ex vtriuſq; permixtione cõcretus, & colliſione, vtriuſq; habet proprietates. Nec prætereà ſenſus in vllo animante, nec in ipſo vniuerſo natura vlla ſimplex & pura cogitari poteſt: ſed mirabilis quędã in his partiendis, vt res docet,
quin

quinarij cum quinario facta est conspiratio atque consortio. Hic paulisper cùm acquieuissem, & constitissem, facto interuallo dicēdi, Quam grauiter, inquā, Eustrophe deliquimus Homero propemodū omisso, quasi verò non ille vniuersum hoc in quinque partes primus diuiserit, quippe tres in medio positas dijs tribus designauit, duas extremas cœlum, ac sōlum, quarum altera extremum est inferiùs, superiùs altera, nō diuisit, sed in commune omnibus possidendas reliquit. Verùm recuperanda est oratio, vt ait Euripides, qui magnificè prædicant quaternarium non inconditè rem explicant: Huius proportione omne corpus esse ortū docent: Cùm enim altitudine ad longitudinē & latitudinem adiuncta quicquid est solidum procreetur, longitudinis fundamentū sit punctum semel atque iterum sæpius continuatum, cumq́; latitudinis expers longitudo, linea vocetur, & hæc ipsa longitudo sit, ad hæc cùm Lineæ motus in latitudinē ternario numero extremitatis ortum absōluit, rursus si accedat altitudo iam opera quaternarij coagmentatio rei solida euadit: nemini dubium esse potest, quin haud reliquerit

quaternarius naturam eò à se prouectam, & in corporis molem, quæ firma duplici soliditate sit adductam, destitutam ornamento & præsidio maximo. Quod namq; inanimum est, & orbum est, (vt ita loquar) & minus perfectum, nullo vsu, nisi animus eius ministerio vtatur. Iam affectio motione qua existit animus in corpore quinarij ductu, naturæ quasi supremam manum imponit tantoq́; causa verior est hic numerus quaternario, quanto animatum melius est inanimato. Quin & vlterius progressa est huius numeri concinnitas & potentia, nec passa est infinita rerum genera ex inanimato consequi, sed in quinque duntaxat species omnes redegit animantes, Deos videlicet, Dæmonas, Heroas, tum homines quartum genus, postremum verò & quintum belluarum rationis expertium. Item si appositè ad naturam diuidis animam, eius prima & ignauissima facultas est in alendo, secunda sentiendo, tertia appetendo, quarta irascendo, cùm ad intelligendi facultatē ventum est animi tota natura iam absoluta quinto gradu tanquam summo fastigio terminatur. Cùm tot ac tantæ vires huius numeri sint ortu suo

quam

quam effectis est nobilior & pulchrior, non eo quem modò exposui binarij ac ternarij sed eo qui fit ex concursu principij cum eo numero qui primus in quadrum, quippe numeri omnis principium est vnitas, primus in quadrum agitur quaternarius ex his veluti forma & materia finibus suis inclusa quinarius. Quòd si eorum est vera sentētia, qui vnionem in quadrum etiam redigi volunt, (qui ipse per se vim eam obtineat vt ad extremum redeat ipse quinarius) profectò ex duobus quadratis omnium primus genitus nullũ reliquit sibi parem nobilitate. Quodq; maximi momenti est, vereor ne Platonem vrgeat si proferatur in medium, vt ille Anaxagoram Lunæ nomine vrgeri dixit, quod is antiquam sanè opinionem de huius illuminatione sibi tanquam suam vendicaret. An non enim hæc ab eo dicta sunt in Cratilo? maximè verò, inquit Eustrophus, sed non video quid communionis habeant ista cum Anaxagorę facto. At verò scis, inquam, in sophista quinque ab eo proponi maximè rata principia, id quod est, idem, diuersum, prætereà quartum & quintum motionē, & quietem: rursus alio pacto diuisionem eam vsurp

vſurpat in Philebo primum eſſe infinitum inquiens, ſecundum finitum ex horum concretione naturam omnem coaleſcere, cauſamq́; quarto loco numerat cuius opera iſta miſceantur, quintum genus diuinandum nobis reliquit, cuius vi quæ permixta ſunt rurſus ſegregentur ac ſeparentur. Iā conijcio hæc illorum quaſi expreſſas imagines nuncupari, eius quod eſt, id quod fit: motionis, infinitatem: quietis, finitū: eiuſdem, id quod eſt permiſcendi origo: diuerſi, eam vim quæ ſegregat. Verum vt maximè iſta non idem ſint, ſiue illo ſiue hoc modo ſeſe res habeat, quinq; duntaxat ortus ac diſcrimina erunt in rebus. Iſta forſan multo ante Platonem ab alio quiſpiam accepta cogitatione complexus, geminatum, E, dedicauit huic numini vt indicium & nota eſſet numeri cuncta referentis. Quinetiam cognito ipſum bonum ex quinque rebus originem ducere videri, quorum primum eſt modus, ſecundum proportio, tertium mens, quartum locum obtinent ſciētiæ, artes, opinionesq́; verę quæ cadunt in animum, quinto loco pura illa ſynceraq́; voluptas cui nihil eſt admixtū doloris: hic demū finē facit, adhibito verſu Orphei,

At

At ſobole in ſexta cantus deponite curam.

His inquit enarratis in hoc cœtu licet pauca quædam Nicandro vno prudenti occinere: Sexto die poſt nouam Lunam cùm deducitur Pythia Sacerdos in Prytaneum ſolemni pompa, prima ſortitionum veſtrarum (quarum tres fiunt,) in quinarium numerũ educitur, ita vt tres inter ſe, non autem duo comparentur. An non quod res eſt loquor? Prorſus, inquit Nicander, verũ huius rei cauſam enunciare alienigenis eſt nefas. Tum ego arridens, Tãtiſper, inquam, & hoc accedit ad ea quæ dicuntur in laudem quinarij, dum nos initiati ſacris & in veſtrum ordinem coaptati huius arcani notitiam ab ipſo Apolline accepimus. Hunc exitum habuit, quantum memoria tenere potui, ſermo inſtitutus ab Arithmeticis & Mathematicis de quinarij laudibus. Ammonius, non parum delectatus his quæ dicebantur, vt qui plurimum tribuebat in Philoſophia mathematicis artibus, Non, inquit, æquum eſt aduerſus hos adoleſcentes nimiũ accuratè quemadmodum contra iſta dicendum ſit cogitare, verùm ſic habetote, Nullus eſt numerus, quin ſi eũ laudare ſtudeamus paulò impenſiùs,

ſiùs, magnam ſuppeditet copiam ad dicen-dum, quid neceſſe eſt de cæteris verba face-re? Septenarius Apollini ſacer eſt. Huius vi-res ac proprietates omnes ſi proſequi velim dicendo, dies me deficeret. Inſuper, ſi deie-ćto ſeptenario de ſuo regno, quinariũ Apol-lini, vt qui propiùs eum attingat cõiunćtio-ne, dedicabimus, eo inſamiæ ſapientes ad-ducemus vt & inueteratæ legi & curſui tot ſæculorũ aduerſati eſſe videantur. Quare (vt mea opinio fert) non numerum nec ordi-nem aut coniũćtionem aut aliam vllam par-ticulam orationis illa inſcriptione denotari exiſtimandum, ſed eſt abſoluta peculiarisq́; Dei ſalutatio & appellatio quæ dum verbo pronunciatur, vt de potẽtia eius cogitemus, facit. Is eum vnumquenq; noſtrum ad ſe ve-nientem quaſi ſalutans ita compellat, NO-SCE TEIPSVM, quod minoris momen-ti non eſt quã Aueto: Nos ei contrà reſpon-dentes, ES, inquimus nempè ſalutationem nomenq́ue tribueutes cohærendi in natura, quod ſcilicet, hæc ei verè, exploratè, ſolùm apta congruensq́; ſit. Nobis enim cum iſta cohærendi perfećtione re vera nihil eſt ne-gotij, ſed quæuis natura mortalis & caduca in

Euſebius lib. 11. de præparatione Euãgelica capite 7. locum hũc citat & laudat.

in medio ortus & interitus verſatur, inani ſpecie tantùm oculos perſtringẽs & opinatione tum obſcura, tum incerta. Si cogitationem defixeris in eandem capere, ac tenere cogitãs, quemadmodum aqua digitis compreſſis coarctata quò vrgetur magis & contrahitur, eò diffluit diſperitq́; velociùs, ita cũ euidẽtiam cuiusq; rei proprietates, affectionesq́; quæ ſepè variant, nimis accuratè ratio perſequi ſtudet, nunquam aſſequitur quod vult, ac ne poteſt quidem percipere, quod nihil firmum ſit, nihil permaneat, nihil re uera cohæreat, ſed quicquid cernimus aut oritur nondumq́; eſt, aut interit & in nihilum redigitur. fieri nequit vt bis eũdem fluuiũ quiſquam intret, ait Heraclitus, nec verò mortalem vllam naturã bis tractare vno modo affectam queas, ſed præcipitantia & celeritate ſumma conuerſionis tum diſſipatur tum contrahitur, accedit ac recedit, eò fit vt ortu ſuo nulla res ad cohærendũ euadat perfectior, quòd intermittat ſuum fluxum generatio rerum, neque vinci ſe patiatur. Seminis enim natura ſemper in aliud cedit, ex eo fœtus gignitur, tũ infans deinde puer, ephebus pòſt adoleſcens, deinceps vir, tum

tum ætate prouecta, postremò decrepita sit: vltima quæ procreatur dissipat proximam quanq; superiorem, quæ quanuis eo pacto se habeāt, nos tamen satis ridiculè mortem reformidamus solam qui toties iam sumus mortui & morimur. Nō modò enim (vt Heraclito placet) ex interitu ignis sequitur aëris ortus, & aëris quasi mors est aquæ procreatio, sed multo euidentiùs in ipsis hominibus licet id intueri; perit ætas florens cùm existit senectus, perierat adolescens cùm vir ætate florens extitit, & puer cùm adolescēs, & infans cùm in puerum quis euadit. Qui heri fuit, in eum, qui hodie est mutatus interit, quiq; est hodie in eum conuersusq; cras erit, diem suum obijt: nemo autem consistit vnquam aut re vera est, sed nascimur multi diffluēte semper materia & in vno simulachro, quasi vmbra communique effigie huc illuc agitata. Nam si ijdem perpetuò sumus qui fuimus, cur aliâs rebus alijs delectamur? cur amori vel odio inter nos dissidemus, contraria vel admiramur vel reprehendimus? cū aliter affecti sumus quā loquamur? Id nempè causa est, quod nec forma, nec species, nec cogitatio manet eadem. Nec consentaneum

neum eſt niſi mutatione facta nos alio modo affici, nec qui commutatur idem eſt qui fuit, ſi non eſt idem, ne ipſum quidem illud in quod mutatur, eſt, cùm alius ſit quàm qui erat, ſed mentitur ſenſus aſſerēs id eſſe quod duntaxat in ſpeciem apparet, ignoratione eius quod eſt. Ergo quid tandem eſt re vera ſolum? illa ſempiterna, immortalis, nūquam genita natura, cui nullum tempus affert cōmutationē. Etenim tempus eiuſmodi eſt vt in motu ſit, materiam illā vmbratilem complectatur agitatione ſua, ſemperq; verſatur in fluxu, nunquam firmum ſolidumq; maneat tāquam vas quod capiat interitum & ortum: in quo cùm hæc vſurpantur, conſequens, præteritum, factum, apertè præſeferunt & quaſi fatētur, eam rem cui congruūt, non eſſe. Quàm enim abſurdum & ſtultum eſt affirmare id eſſe quod nondum eſt natum aut quod eſſe iam deſijt? Iam illud verbum quo edito maximè notitiam temporis perſpicimus, inſtans, præſens, nunc, ſola vi nudæ ſimplicisq; rationis euertitur, quippe cùm elidatur & expingatur, in futurum & præteritum tanquam ſecuri iniecta, & impetu violento (quod etiam explorare voluit

ipſa ratio) in diuerſa abit. Iam verò tempus eodem modo affectum eſt, quo mēſura, aut menſuræ nomen obtinet potiùs natura, in qua nihil permanens, nihil quod ſit, reperias, ſed omnia dum fiunt occidūtq; illa duce cum tempore permiſcentur. Quare nephas eſt de eo quod ſit, hæc vocabula pronunciare, fuit, aut erit, ſunt enim inflexiones quædam & progreſſus atq; viciſſitudines rei non permanentis, cui naturale non eſt eſſe reuera, ſed Deum eſſe omnino teſtificandū, idq; nullo temporis tractu, verùm ab omni æternitate absq; omni motione, tempore, declinatione, quo nihil antiquius, nihil poſterius nihil ætate recentius. Vnus cùm ſit vno momēto æternitatem complet, in eūq; ſolum cadit hæc proprietas, reuera eſſe, ſine ortu, non habita ratione futuri temporis, abſq; primordio, vacans interitu. Hoc demū pacto ſalutandus in veneratione, ita cōdoceſieri quenq; oportet: quod ſi minus placet, ſententiam quorundam ſanè antiquorum probemus, hoc elogium ita enarrantiū: Es vnum quiddam. Non eum poteſt in multa diſcerpi natura diuina, vt noſtrum vnuſquisq; ex partibus ſexcentis, qualitatum varietate

rietate diſtinctis naſcitur, nec aliud ſumus quicquam niſi colluuies rerum omnis generis, concreta ex permixtione, quæ pompæ foroq́; apta ſit, ac vnum id eſſe oportet quicquid eſt, eadem opera, qua quicquid vnum fuerit eſſe intelligitur. Cæterùm diuerſitas omnis ſeiungitur ab eo quod eſt, eius quod oritur, nec dum eſt naturæ locum tribuit: proindè congruenter inditum eſt huic Deo primum, ſecundum, tertiumq́; cognomentũ. Apollo quaſi αὐτὺ πολλῶν id eſt ſine multis, proprium eſt abhorrentis à multitudine & colluuione repudiantis, τητός quaſi vnitus & ſolus: Phœbus appellatur quia quicquid erat perſpicuum, purum, luculentum, hoc nomine veteres appellarunt, hodieq́; Theſſali ſacrificulos diebus nefaſtis ſibi procurantes exitum ſacrorum ni fallar, φοιβονομεῖσθαι, id eſt, expurgari dictitarunt. Quod autẽ vnum eſt, ſyncerũ, ſimplexq́; eſt: quicquid cõtaminatur, alterius adiunctione polluitur, vt Homerus ebur ſanguine purpureo aſperſum, ea tinctura dicit violari, inſuper tinctores ferunt interire eos colores qui miſcentur, & eiuſmodi permixtionem vocant interitum. Quod ergo immortale vnumq́;

eſt eius natura fert, vt vnum, ſimplex, permixtionis expers ſit. Ac eos quidẽ qui Apollinem & ſolem putãt eundem, omni humanitate & amore proſequi meritò debemus propter ingenij dexteritatẽ: quippe qui cogitationẽ de hoc Deo conceptam in id con ferunt quòd ex omnibus rebus quas norunt ſpectãtur maximè & venerantur: ſed in præſentia tanquam homines pulcherrimo ſomnio Deum illum ſibi talem adumbrãtes, excitemus pauliſper & ad altiora progredi cohortemur, & cõtemplari eam naturam quæ magno interuallo ſupra ipſos ſita eſt: ea tamen lege, vt hanc eius imaginem expreſſam ſummæ vbertatis, cultu & veneratione proſequantur, quòd in ea relucet ferè huius numinis beneficentia & diuinitas: quoad fieri poteſt vt res cadẽs ſub ſenſum rei perceptæ intelligentia, aut quæ in motu verſatur, eius quod permanet noticiam, ſimilitudinem, & confirmationem exprimat. Eum verò interpolatum ſæpiusq; mutatum fuiſſe, ignem à ſe emiſiſſe, crebis cõuulſionibus vt ferũt diſſolutum, & rurſus contractum in anguſtias, deindè proiectum, deniq; maria, ventos, ani mantes, animalia, ſæuas permotiones affe-

ction

affectionesq; animantium & plantarum audire quidem religio est:nisi verò stultior ineptiorq; est Poëtico illo puero qui ludũ exercet in littore,nunc arenam cumulans,rursus dissipans:si quidem in hoc vniuerso semper ita se gerit, vt nunc efficiat fingatq; mundũ antequam sit,nũc ad interitum adducat quẽ recèns finxerat.Contrà enim propemodum vsu venit vniuerso cuius molem copulat diuina natura, & coërcet, ad perniciem præ imbellicitate corporis, delabentem. Atq; vt ego quidem sentio,aduersus hunc sermonẽ cõparata est illa vox,quæ esse hunc Deum profitetur, vti ea testificari posset nihil mutationis nec interpollationis ei vnquam accidisse. Verùm alterius forsan alicuius Dei aut certè numinis,cui data sit prouincia ortus & interitus in natura proprium est facere & accipere. Quod sua spõte intelligi potest ex vtriusq; cognomẽtis,inter se dissidentibus atq; cõtrarijs. Alter Δήλιος,id est,perspicuus appellatur,alter ἀϊδωνεὺς, quasi laruam nomines:alter Phœbus id est lucul ẽtus,alter tenebrosus:alterum musæ sequũtur & memoria, apud alterum habitant obliuio & silentium : ille speculator & apparitor,hic

Augustæ noctis Dominus torpentia somno
Membra fouet.
Odere hunc vnum ante alios mortalia corda.

Illum Pindarus admodum venustè compellat his verbis:

Putatur
Mortalibus optimus ille.

Et Euripides congruenter

Lumine cassis, morte solutis
Sacræ inferiæ carmina Phœbo
Quæ grata nimis.

Et antè hunc multò Stesichorus:

Capitur iocis canoroq; modo
Cynthius, at lacrymas & planctus
Sibi Orcus vendicat

Iam Sophocles sua vtriq; instrumenta accõmodat, quod ex eo versu potest perspici:

Inimica fletus odit & Nabla & lyra.

NAM sero demum ac nuper ausus est vocem hîc erumpere inter inanes primi temporis bonam partem in luctu & squalore extraxit, ac in his rebus operam parum honestam, parũ serenam aut hilarem collocauit, deinde se adiunxit vniuersis. Porrò qui functiones Deorum cum ministerijs numinum, quæ dæmonia vocant, confuderunt, hos

hos duos inter ſe cõmiſerunt. Poſtremò illa vox, EI, propemodum aduerſatur huic inſcriptioni, NOSCE TE IPSVM, eſt etiam quatenus cum eadẽ conſentiat. Ducta enim eſt illa vox ad admiratione quadam & veneratione Diuinitatis & huic nuncupata, vt perpetuò eſſe teſtificetur. At hæc inſcriptio mortales admonet quo in ſtatu, quàm imbecilles natura, quàm caduci ſunt.

FINIS.

Reſtituta quædam.

Pag. 251. verſ. 32. καὶ δ' ἰδοὺς. lego. εἰ

251. 41. αὐτὰς ἀνιέναι. αὐτός.

252. 27. ὁμοίως. ὁμοίους.

252. 42. ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας, prouerbium, vt ſuſpicor, de re commẽtitia, quoniam in porticibus & tabulis depingi fabulæ ſolebant.

253. 31. τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐσσόμ. Iliad. α. verſ. 70.

76. 41. προμηθέα λελυκὼς. à quo multa didicit.

44. οὕτως malim. οὗτος.

254. 11. ποιοῦντα. ποιοῦνται.

18. ἐστι. ἔτι.

32. ἐπιβαλλούσης. τῆς πεμπτάδος. quinario adde quinq;, fient decem. rursus adiunge, quindecim erunt. ita deinceps, bis decem. 25. 30. 35. alterius decem, alterius quinque.

256. 2. ὁμήρου. Ilia. ο. vers. 187.

22. ἔχοντες. ἔχοντος.

44. λέγει. malo λήγει ne ταυτολογία sit an λέγει εἰ ὑπειπών.

257. 1. βάλλοντες. corruptus locus aut βάλλουσι legas.

26. λέγειν. λήγειν.

39. τοῦτο αὐτὸ μεταβάλλει. legam, τοῦτο αὐτὸ εἰς ὃ μεταβάλλει.

258. 1. ἀχμῇ. αἰχμῇ.

41. δέον αὐτοῖς ἀγονώτατος. lege, θνατοῖς ἀγανώτατος: nam ita legitur inferiùs πρὸς κολώτην. pa. 319. 4.

PLVTARCHI
CHÆRONEI
EROTICVS,

*

Interprete Arnoldo Ferrono Burdigalenſi Regio conſiliario, ad FRANCISCVM NOMPAREM *Caulmontionum Regulum.*

LVGDVNI
APVD IOAN. TORNAESIVM.
M. D. LVII.

ARNOLDVS FERRONVS FRANCISCO NOMPARI CAVLMONTIORVM REGVLO S. D.

SI quis est, Francisce Caulmonti, qui admiretur me iam decursis adolescentiæ annis, amatoria hæc scribere, is si mei consilij rationem intellexerit, vnà & id quod facio probabit, & me culpa omni liberabit. Ego, si quis exacuerit eò vsq; illam ingenij aciem, atque hac siue naturali, siue aßiduo more quæsita constantia esse potest, vt abijciat omnes blanditias, omnemq; ætatis cursum in literis, actione magnarum rerum, contemplatione humanarum diuinarumq; rerum ponat, quem non amor, non delitiæ vllæ, non ioci oblectent, sapienti nihil deesse ad bene beateq; viuendum, vnum illum liberum, formosum, diuitem, imperatorem esse contendat: quiq; Socratis id probet, pulchrarum vnam eandemq; esse amußim, hunc mea sententia laudandum, ornandum, extollendum, fatebor. Vnum illum quantus quantus est, nihil nisi meram sapientiam non inficiabor: ad eum me prudentiæ gradum, tametsi voluentem aßiduè veterum libros philosophicos non peruenisse ingenuè agnoscam: Nihil hac parte auribus meis dari permittam: Magnifica illa siue persuasio, siue opinio, apud eos locum habeat qui eam allectant, & fouent: Obsoleuit iam & frigere cœpit, ipsaq; venustate euanuit apud nos

genus hoc philosophandi. Illa potius in me dicta excipiam pronis auribus stipes, fungus, hebes, quam adire velim hæreditatem huius laudis non legitimis tabulis, non testamenti factione ciuili delatam. Soliuaga illa cognitio vmbraculis eruditorum contenta sit: Si quis sic erit, ille mihi imago vetustatis, columen sapientiæ, exemplum seueritatis habebitur. Ex eo genere illos fuisse lego, Socratem, Zenonem, Catonem, Spurinam. Horum qui similis est, fertur ille, quantum ego coniectura auguror, gloria vera, flagrat amore verè diuino, ardet cupiditate iustæ & diuinæ hæreditatis cernendæ: Ego homulus ex luto & argilla effictus quid mirum si perpolitam hanc vitam humanitate potius, quàm illam austeram secutus sim? Neq; tam restrictè illam præfiniam, condonans aliquid & ætati, & temporibus? Tantisper dum me hominem meminero humani à me nihil alienum existimabo: ille alter teres, rotundus, totus ex se constans, qui rem propè omnium maximam, nihil vt admiretur assecutus sit, puppim sanè clauumq; teneat. Nos ne in sentinam detrudat. In transtris saltem sedere aut malos scandere, aut per foros cursitare, ne indignetur. Si opera nostra vti volet si non vt architecti, at certè vt fabri ad ædificandam rempublicam accedemus: Si non ædificationi integræ adhibebimur, parietinis tamen fulciendis operam nostram condicemus. Itaque si quem paulò seueriorem ad normam vetustatis omnia reuocantẽ, inscriptio huius libelli perturbat, is hæc sibi putet dicta: quanquam neminem puto qui paulùm modò tinctus sit mansuetioribus Musis offendi posse: De amore enim scribimus honesto, pudico, casto, diuino: Scribimus more Platonis, Zenophontis, Panetij, Posidonij,

huius

huius ipsius Plutarchi cuius librum è Græco versum tibi offerimus: Latini quidem si qui in philosophiæ sacra penetrarint, si quid de eo scribendum sibi putarunt id è Græcis velut peritißimis magistris accersendum sibi viderunt. Itaque à veteribus Criticis vt Gorgiam, Protagoram, Timæum, M. Tullij è Platone versum laudari videmus, sic etiam Platonis Conuiuium, quo vir ille diuinus amoris patrocinium suscepit: Sensit opinor homo magnus, & in primis eruditus, ita festiue, ita concinnè, ita politè, hæc à Græcis conscripta, nihil vt scribi posset argutiùs: Ex illa lauta Græcorum pænu hæc esse depromenda. Me quoq; si quis adscribat huius sententiæ, non falletur. Dißidebunt quidem alijs in rebus summi illi Philosophi, hac tamen in re sibi constabunt, virtute vna conciliari amorem, ratione conseruari, quæ cùm adoleuit suisq́; numeris absoluta est, sapientiæ nomen adipiscitur: vnam illam, scopum eße amoris. Totius huius amatoriæ disputationis cardinem ita consistere, virtute vt de gradu deiecta, ne amori quidem locus relinquatur: virtus quidem vbi se extulit, & præluxit diuino illo suo lumine, eundemq́; splendorem intuita est, in alijs ad eundem se applicat, vicißimq́; perstricta diuino illo lumine, flagrat cupiditate capiendi quod in alio est. Inde diuinus exardescit ardor, vbi fœditas, vitium, impudicitia sit, ibi ne amor quidem esse potest: Inde error vulgi secernentis pulchrum ab honesto, vnde fœda & occulta captatio libidinum, aperta etiam, in his qui resolutis frænis legũ plus possunt: quarum cupido vbi latiùs erupit, neq; disciplina, neq; optimarum artium cognitio, neq; consilium ullum satis pollet quin ingenium etsi antea excultum ad extremum ta-

men succumbat: His si quid in philosophia profecissent, omnino id persuasum esse debuisset, si Deum optimum maximum, mortalesq́ omnes celare possent, nihil fœdè, turpiter, impudicè, procaciter esse agendum, tametsi repugnet acriter, quæ omnino implicata in omni sensu residet imitatrix honesti, voluptas: nec si improbi, procaces, impudici, idem velle, idemq́ nolle videntur, sensibus sint coniunctissimi, officiis inter se certent, confestim inuadendum illis est in amoris nomen: Amor quidem apud probos locum teneat, inter improbos factio sit: Sed reprimam me: Plutarchum satius est ea de re audias loquentem: quem ad te mittere constitui, vt cuius & animus & facta vetustissimæ potentissimæq́ familiæ nomen ac merita vel representaret, vel etiam illustraret, præses esses earum præceptionum, quæ vt gentium populorumq́ consensionibus ad vitæ præsidium proditæ sunt, ita Principum gratia atq; potentia ad sui conseruationem opus habent: Nam maiores tui cum Anglorum exercitibus terribiles, Regibus fuere formidabiles, tum subditis populis adeò benigni, vt ab aliis bella geri, ab aliis exerceri bellis, parta conseruataq́ imperia viderentur. Itaq; tametsi rarum est, neq; vulgare, originem trahere à Regibus, tamen diuinum illud sit potius, Reges ipsos & facere, & tueri. Veteris enim Aquitanici imperii sine vobis neq; facta est cuipiam accessio, neq; mansit ipsum cui vos pro præsidio non maneretis: Quas virtutes cùm Dei beneficio hîc nunc imitari tibi non fuerit necesse, cæteris omnibus in bellis re ipsa ostendisti, omnem gloriæ occasionem & minorem esse animo tuo, & factis tuis inferiorem. Vt quàm tu illam audacter quæreres, aut feliciter exoptares, tam libenter illa tibi of

bi of

bi offerre sese, atq; dare prædicaretur. Quis enim hostes nostros vidit vbi tu non esses? Quis redditas inuasiones, impreßiones, clades, sine te, fratribusq; tuis fortißimis? Sed opinor elatus ea magnitudine durum te præbes populis tuis, inferiores despicis, pares contemnis: Haud ita est: Te re magnum, opinione pusillum, comparatione quantum nobilitas, dignitas, opes tuæ exigebant, semper existimasti. Ita cum rara ac mirifica fortitudine morum leuitatem coniunxisti, vt pro te ac tuis solùm, non aduersus quempiam natum indoles ac natura tua profiteatur. Literarum verò atq; eloquētiæ studia, quoad verò principi liceat, tantum es assecutus, vt ambiguum sit, quid efficaciùs in te admiremur, prudentiam'ne ciuilem compositam cum exercitatione militari, an rerum negotiorumq; intellectionem, vel quotidianis sermonibus, vel mundiore oratione conceptam, atq; expressam. Ego quid aliud pollicear? quàm omne meum studium in eo genere officij quod ad decus & gloriam tuam pertinebit: in quo etsi multi mecum certabunt, tamen cum cæteris omnibus, tum lectißimis fratribus tuis iudicibus, omnes victuros me non despero, quos quidem ego omnes suauiter amo. Sed Godofredum amore singulari vt alterum me, eò charius quod versatur in hisce studijs philosophicis & cum iudicio, nec sine industria. Tibi velim tua merita erga me crebrò in mentem veniant, quæ cùm ipse poßis, mihi nefas sit, silentio obruere, iudicabis mihi curam aßiduam iniectam cauendi, ne quid de amplißima mea erga te beneuolētia diminutum esse videatur.

Vale.

PLVTARCHI CHÆRONEI SERMO AMATORIVS,

Arnoldo Ferrono Burdigalensi Regio Consiliario interprete.

IN Helicone ais, Autobule, habitos esse sermones de amore. Hos siue scriptis mandasti, siue memoriæ infixisti, propterea quòd patrem sæpè interrogaueris, velis nunc nobis rogantibus narrare. In Helicone apud Musas, Flauiane, cum Thespienses amatoria sacra celebrarent: Amori enim sicut & Musis ludos solemnes quinto quoq; anno, magnificè admodum & splendidè celebrare solent. Scis'ne * quantum simus deprecaturi omnes qui ad hæc audienda venimus? Non, sed sciam * vobis dicentibus. Noli in præsentia orationi inserere prata

* quantopere
* modò vos dixeritis.

prata & vmbras & ſimul hederæ & lacuum curſus, & quæcunq; alia talia loca nacti affectant, ſcribendo promptè magis quàm appoſitè Platonis Hiliſſum & viticem illam & herbam quæ leniter ex aduerſoque* nata eſt. Quorſum iſtis opus eſt optime Flauiane? finito procemio ſequi ſolet narratio, continuò ſermonis ſolet afferri occaſio: deinde verba erumpere tantùm: chorus Tragicus requiritur, mouendis affectibus: & Scena poſtulatur: in cæteris non cedunt* fabulæ. Precemur modò matrem Muſarum, vt nobis ſit propitia, & vnà ſeruet fabulam. Pater quidem olim antequàm nos nati eſſemus, cùm haud ita pridem matrem meam domũ deduxiſſet, ex diſsidio ac diſcordia quæ inter parentes eorum fuerant, venit vt amori ſacrificaret, atque ad feſtum duxit matrem, eius enim erat votum & ſacrificium. Ex amicis autem adfuerant è domo familiares: Theſpijs verò inuenit Daphneum filium Archidami, & Lyſandrum amatorem filiæ Simonis, & inter procos eius, morum gratia maximè ornatum, & Soclarum Ariſtionis filium, qui ex Tithora veniebat. Erant inſuper Protogenes Tarſenſis, & Zeuxip-

*ſuccreuerat.

*tragœdiæ.

pus Lacedemonius hoſpites. Ex Bœotijs autem, dicebat pater* plurimos notos adfuiſſe. Duos itaque aut tres dies manſerunt in ciuitate, philoſophantes in paleſtris tranquillè, vt videtur, atque in theatris inter ſe conuenerunt: Deinde fugientes moleſtum certamen citharædorum, prenſationibus & ſtudijs præiudicatum, plures receſſerunt tanquam ex regione hoſtili, verſus Heliconem, & apud Muſas conſederunt. Summo mane autem ad eos venerũt Anthemion & Piſias viri nobiles, cognati Bacchonis qui pulcher nominabatur, & ambo inter ſe aliquo modo æmuli propter beneuolentiam eius: Erat Theſpijs Iſmenodora, mulier diuitijs & genere ſplendida, & per Iouem in reliquis vitæ actionibus modeſtè ſe getẽs, vidua enim absq; vlla infamia non pauco tẽpore manſit, quamuis iuuenis eſſet & formoſa ſatis. Cùm autem puellam genere ſibi propinquam matrimonio coniungere ſtuderet, Bacchoni filio mulieris ſibi amicæ & familiaris, ex frequenti cum eo colloquio ipſa erga adoleſcentulum affecta eſt: Atq; ſermones blandos ab eo audiens & proferens, & videns multitudinem nobilium amatorum

amore

* ferè omnes ſibi notos adfuiſſe.

amore capta eſt. Cogitabat tamē nihil igno bile facere, ſed vbi palàm nupſiſſet, vnà cum Bacchone viuere. Cùm verò res hæc mira viſa eſſet, mater timebat onus & * molem domus, tanquam non ea eſſet quæ amanti conueniret. Nonnulli autem etiam ex ijs qui ſimul prædam venabantur territantes, & irridentes Bacchonem, quòd non conue niret ætati Iſmenodoræ, moleſtiores erant aduerſarij in nuptijs quàm qui ſeriò inſtabant: Pudebat enim cum vidua habitare, cùm eſſet adhuc ephœbus. Cæterùm alios relinquens, ſeceſsit vt cum Piſia & Anthemione de eo quod vtile eſſet, deliberaret. Alter horū erat cōſobrinus eius natu maior. Piſias autem erat amatorum omnium duriſſimus, ideò nuptijs obſtabat, Anthemionemq; reprehendebat, tanquam adoleſcentulum Iſmenodoræ euertendum obijceret. Hic verò affirmabat, illum non rectè facere, ſed cùm in alijs probus eſſet, imitari amatores improbos, qui amicum priuaret domo & nuptijs, rebusq; eximijs, vt illis non viſis & in eis nouus, plurimo tempore in paleſtris exueretur. Ne itaque ſeſe mutuò extimulantes, paulatim in iram prorumperent, eligen

* ſarcinam

eligentes quaſi arbitros & diſceptatores, patrem & eos qui cum eo erant, acceſſerunt. Atque ex alijs amicis tanquam ex compoſito: vni quidem aderat Daphnæus, alteri verò Protogenes. Cæterùm hic palàm onerabat maledictis Iſmenodoram, Daphnæus autem, Hercules, inquit, Quid*non expectabitur cùm Protegenes adſit, vt amori bellum inferat? Cui tota inſtitutio & ſtudium omne fuit de amore & ab amore, oblitus autem eſt* ſermonũ, oblitus eſt patriæ, non vt Laius quinque tantum dies abſens à patria. Amor enim illorum tardus eſt, &* terreſtris: tuus verò è Cilicia Athenas vſque celeriter verſans alas, per mare volat, pulchros oculis luſtrans cum eis ſimul errans: Profectò enim talis quædã cauſa fuit à principio peregrinationis Protogenis. Cùm riſus eſſet excitatus, Protogenes dixit: egóne tibi videor aduerſus amorem bellum gerere, & non pro amore pugnare aduerſus intemperantiam & petulantiam, quæ rebus turpiſsimis & affectibus vi irrumpit in nomina pulcherrima & præclariſsima? Et Daphnæus, inquit, turpiſsimáne vocas nuptias, congreſſumq́ue viri & mulieris, quo nulla coniun

*uſu venire non poteſt cũ Protegenes preſtò eſt,

*ſtudiorum,

*terreſtri itinere vadit.

neque fuit, neque eſt, ſacra magis coniunctio? Hæc quidem dixit Protogenes, cùm ſint ad generationem neceſſaria, non immeritò Legiſlatores apud vulgus extollunt & laudant. Veri autem amoris non eſt vel minima cum mulieribus* communicatio. Neque vos ego certè amare dico, qui mulieribus, aut virginibus dediti eſtis, quemadmodum neque muſca lac amat, neque apes fauos, neq; *ſtructores & coqui beneuolentia proſequuntur, vitulos & aues, quas in tenebris impinguant. Sed quemadmodum natura moderatè, & quantum ſatis eſt ad cibum & obſonium appetentiam ducit: exceſſus verò qui perturbationem induxit, voracitas quædam & vitæ cupiditas appellatur. Sic à natura inditum eſt, vt mulieres & viri mutua egeant voluptate, impetum autem qui ad id mouet, ſi violentia & robore magnus fiat, & cohibitu difficilis parum aptè amorem vocant. Amor enim nobilem & mollem animam*attingens, in virtutem per amicitiam definit. Ex ijs autem erga mulieres cupiditatibus, etiam ſi bene cedant vt voluptatem colligamus, ſupereſt, & vt pulchritudine ac corpore feruamur, vt teſtatus eum

* cum cellis muliebribus communio.

*obſonatores ſaginatores

*tangens, complexus,

est Aristippus, qui accusanti Laida apud eum tanquam non amaret, respõdit, Arbitror quòd nec vinum nec piscis me amat, cæterùm libenter vtroque vtor. Finis enim cupiditatis voluptas est & * fruitio. Amor autem abijciens amicitiæ expectationem, non vult expectare, neq; colere ob pulchritudinem id quod perturbat etiamsi floreat, si amicitiæ & virtuti non redit fructum morum conuenientem. Audis autem tragicum quendam qui maritus erat, dicentem vxori In me odia versas, lætus omne odium ferã: trahens in vsum infamiam tantam meum. Hoc autem nequaquam est magis amori deditus, qui non ob lucrum, sed propter res venereas & coitum, sustinet vxorem *improbam & inamabilem, quemadmodum Stratocli rhetori comicus Philippides irridens, carmine scripsit, * auersantis vix verticem oscularis. Si ergo affectum hunc amorem vocare oportet, fœmineum, & illegitimum vocabimus, quòd ad cœtum mulierum, veluti ad gymnasium nothorum spectet. Imò potius quemadmodum aquilam quandam *legitimam & montanam, quam Homerus nigram & venatricem appellauit, alia

*perceptio.

*quam nullus teuet affectus charitatis.

*cùm auersetur illa verticem demum oscularis.

*veram

alia verò ſunt notharum genera, quæ venantur in ſtagnis, piſces & aues inertes, vbi autem *indigent, ſonum quendam emittunt, qui famem declarat & luctum. Sic habet amor verus & puerilis, non deſyderio reſplendens, vt Anacreon dicit reſplendere virgineum, neque vnguentis plenus & delibutus, ſed eum frugi & virilem conſpicies in philoſophorum ſcholis, aut in gymnaſijs & paleſtris, circa venationem, acriter admodum & generosè adhortantem ad virtutem, eos qui digni ſunt & idonei, quos impensè cures & informes præceptis. Mollem verò hunc & domi aſsiduè manentem, qui verſatur in ſinibus & lectulis mulierum, & perpetuò ſequitur mollia, ac emollitus eſt voluptatibus effœminatis amicitiæq́; expertibus, & nihil diuinitatis habentibus par eſt, deijcere. Quemadmodum deiecit Solon, prohibuit enim ne ſerui pueros amarent, & ne in ſicco vngerentur. Nequaquam tamen vetuit ne congreſsibus mulierum vterentur. Nam amicitia res eſt pulchra & honeſta, voluptas verò res eſt vulgaris, & illiberalis. Quare non eſt liberale, neq; elegans quòd ſeruus amet pueros: Amor enim hic non nocet

*penuria laborant,

nocet, vt amor mulierum. Cùm autem Protogenes plura adhuc dicere instituеret, reclamãs Daphnæus, Bene per Iouem, inquit, de Solone mentionem fecisti, atque eo vti oportet, veluti iudice viri amatorij,

Dulcibus in pratis Thebarum mascula iunges
Fœdera spirantis fœminis aura iuuat.

Adde insuper Soloni Aeschylum dicentem:

Veneranda femorum iura qui sic tempseris
Ingrate, amoris flore tam tristi insolens.

Alij quidem irridẽt eos, quòd iubeant amatores femora & lumbos inspicere, vt solent augures & vates. Ego autem magnam hoc interpretor mulierum approbationem: nam si congressus cum masculis qui præter naturam est, non aufert neque lædit beneuolentiam amatoriam, multò magis par est amorem mulierum aut virorum qui secundum naturam est, per gratiam ad amicitiam peruenire: Gratia enim, ô Protogenes, ab antiquis dicitur obsequium quod à muliere viro præstatur. Quemadmodum Pindarus etiam inquit Vulcanum absq; gratijs ex Iunone natum fuisse: Et eam quæ nondum tempestiua nuptijs esset, Sappho compellans inquit: parua mihi videris esse ô puella &

la, & gratiarum expers. Hercules autem à quodam ſic interrogatur, vi'ne executus gratias, an blanditijs? Obſequium verò quod præſtatur à maribus inuitis, vi fieri dicitur & pugna. Iniri autem vltrò cum furore & effœminatione, &, vt Platonis verbis vtar, ingredi more quadrupedis & pueri, eorum eſt, qui ſunt præter naturam emolliti, eſtq́; prorſus ſine gratia, & ſine decore, & ſine venere. Vnde arbitror Solonem illa quidem ſcripſiſſe, cùm eſſet adhuc iuuenis, &, vt Plato loquitur, multo ſemine plenus: hæc verò ſenex effectus:

Grata Venus mihi nunc, et Bacchis munera, dulces
Muſarum numeri, his vita ſerena bonis.

Veluti ex procella & tempeſtate amorum puerilium, ad tranquillitatem nuptiarum & philoſophiam, reuocans vitam. Si ergo veritatem complectemur, ô Protogenes, vna & eadem eſt affectio amorum erga pueros & erga mulieres. Quòd ſi * pertinaciter ſegregare iſta velis, non mediocria ſunt quæ iniquè facere videbitur amor hic puerilis. Cæterùm tanquam ſerò & intempeſtiuè vitæ natus, nothus & ſpurius, antiquiorem

* contendens aut ſtudio cõtradicendi,

*Paulò antè amorem legitimum expellit. *Heri enim & nudiustertius, ô amice, post nundationes, & vestium depositiones, ab adolescentibus factas, ingressus in gymnasia & vnà cum eis se exercens tranquillè, atque simul vtens adhortationibus, deinde paulatim in palestris alas assumens, non ampliùs coërceri potest, sed conuicijs ludibrioq́; afficit connubialem illum & qui mortali generi immortalitatem parit, atque per generationem, extinctam naturam nostram exsuscitat. Hic autem voluptatem reijcit*, pudore nanque suffunditur & timet. Decore* autem quodam indiget, qui res pulchras & formosas attingit. Prætextus sanè est amicitia & virtus. Puluere verò inspergitur, frigidaq́; lauatur, & supercilia attollit, & affirmat se philosophari ac sobrietatem exercere in rebus* externis propter legem, deinde noctu & per quietem dulces* fructus percipit absente custode. Quòd si, vt inquit Protogenes, nulla venere participes sunt, qui pueros amãt, quomodo istis est amor venere nequaquã præsente, quam ex Deorũ numero sortitus est, vt ei inseruiat & comes sit, atq; vt honoris & potestatis particeps sit, quantum illa tribuit.

*negat se persequi,
* Specie autem honesti quadam
* coram aliis
* custode pueri dulcis amoro Venus.

buit. Si verò eſt amor aliquis abſque venere quemadmodum ebrietas quædam ſine vino * propter potionem ficuum, aut potionem ordei. Perturbatio eius eſt ſine fructu & imperfecta, ſaturitatem inuehens & faſtidium. Cùm hæc dicerētur, Piſias præferebat indignationem & iram aduerſus Daphnæum, & cùm ipſe pauliſper tacuiſſet, Inſignem, inquit, petulantiam & audaciam, reperiri homines, qui fateantur, ſe cum fœmina ex pudendis alligari, vt canes, & qui Deum transferãt & demigrare iubeant ex gymnaſijs & porticibus atque ab exercitatione pura in ſole facta, & concocta in paruos ligones, ſecuriculas fucum, & præſtigias, & artes magicas, cohibitum à mulieribus impudicis, quandoquidem pudicis neque amare neq; amari conueniens eſt. Tunc ſanè pater inquit ſe Protogenem apprehendiſſe, dixiſſeq́; Illud verò eſt quòd prouerbio Græcorum dicitur, armis inſtruit Leo. Et per Iouem Piſias adiunxit nos Daphnæo patronos, dum non ſeruat modum, ſed nuptijs inuehit communionem inamabilē, & expertem diuinæ amicitiæ, quam abſente ſuadela & gratia, iugis & frænis comprehen

*ſi reſpicias

ſam propemodum videmus, ſub pudore ac metu ægrè admodum. Et Piſias inquit, ego quidem parum curo hunc ſermonem, video tamen Daphnæum idem pati quod æs ſolet. Etenim illud non ſic ab igne, quemadmodum à candente ac fluente ære ſi quis ſuperfundat, liqueſcit & fluit in humorem ſimul redactus. Et hunc non turbat Lyſandræ pulchritudo, ſed longo tempore accedens, & appropinquans contecto & pleno igni, repletur & ipſe, &*ſatis declarat, quòd vnà cum eo liqueſcet, niſi celeriter ad nos confugiat. Cæterùm video fieri, inquit, id quod maximè deſiderabat Anthemion, nã arbitris, & mihi ipſi *reclamat, itaque finio. Et Anthemion Iuuiſti, inquit, nam à principio aliquid dicere oportebat, iuxta propoſitum argumentum. Dico itaque, inquit Piſias, & per preconem edico, per me quidem licere, vt omnes mulieres amatorem habeant: Propterea quòd mulieris huius diuitiæ iuueni ſunt vitandæ, ne * miſcentes eas oneri & ponderi tanto, per imprudentiam abſcondamus tanquam in ære ſtannum. Rarum & nouum eſt ſi permixtus adoleſcens cum leuicula muliere, tenuiſq; fortunæ, potiores

*certum eſt,

*in offenſionem incurrit, itaque finem facio.

* miſceamus eam

tiores partes tanquã viuum obtineat. Hanc verò videmus ſperare vt* imperet & vincat. Neque enim abijciens * gloriam & tantam nobilitatem & diuitias, in coniugium peteret adoleſcentulum * ex chlamyde, qui adhuc indiget pædagogo. Quare qui ſapiunt, ipſi contemnunt, & incidunt, veluti pennas *veloces mulierum, opes quæ delicias inferunt, iactationes parum firmas & peruerſas, quibus elatæ ſæpe auolant. Et melius eſt, vt patiantur aureis ſe compedibus, quemadmodum in Aethiopia, vinciri, quàm diuitijs mulieris. Illa verò nequaquam dicit, Protogenes inquit, periculum eſſe, ne abſurdè & ridiculè Heſiodum inuertamus, illo dicente:

*dominetur

*abiecta gloria

* chlamidatum

*primores

Nec tricena ſuper, nec multũ abiunctus ab illis,
Qui thalamos iungat maturus, fœmina quarto
Pubeſcat decimo, curet connubia quinto.

Propemodum nos ſic, mulieri quæ viro tam multis annis eſt ſenior, vt Phœnices ficus & nuces ſolent, immaturum virum coniungamus. At per Iouem eum amat, & eius flagrat amore. Quis ergo vetat comeſſabundum ire ad fores, canere flebilem illam cantionem, quæ ante fores cani ſolet, coronare

τὸ παρακλαυσίθυρον

imagunculas, Pancratio cum riualibus con tendere. Hæc enim ſunt amatoria, & eatenus perſpicitur accurata diligentia. Et delitias facere deſinat, & habitum accipere eorum quæ ſunt huic affectui propria. Si verò pudore ac modeſtia prædita eſt,ſedeat aptè domi procos expectans, & amatores. Eam verò mulierẽ quæ ſe amore correptam prædicat, vitare poteſt quiſpiam & deteſtari, tantùm abeſt vt ducere velit exorſus à tam fœda intemperie principio nuptiarũ. Cùm autem Protogenes dicendi * finem feciſſet, vides,inquit,ô Anthemion, quomodo rurſus communem faciant hypotheſin & orationem neceſſe eſſe vt nos non negantes, nequaquam fugiamus amorem nuptialem ſed ſimus choræarũ ductores.Et per Iouem, inquit Anthemion, pluribus iam euicit noſtro emolumento hos duos inter ſe amare. Quòd ſi diuitijs opem laturus ea dixit quo terret maximè Piſias. Quid, inquit pater, an non atrox iniuria mulieri inferretur, ſi propter amorem & diuitias Iſmenodoram reiecerimus?Grauis enim eſt & diues.Quid autem pulchra & iuuenis?Quid verò genere eximia & celebris?Pudicæ autem nihil habent

*quieuiſſet,

bent acerbum, neque * incuruum, neq; molestum, neque graue, neq; intolerandum. Et eas vocant pœnas & viris infestas propterea quòd sunt pudicæ. Præstat ergo ex foro vxorem ducere Abrotanum aliquam ex Thracia, aut Bacchida Milesiam nuper aduectam pretio tergorum emptam & mercede conij sectilis? Cæterùm & his scimus non paucos turpissimè seruiuisse. Tibicinæ autē Samiæ & Saltatrices, & Aristonisa & tympanum habens, Oenanthe & Agatoclia, Diademata * regum inuaserunt. Syra verò Semiramis ancilla erat & concubina vernæ cuiusdam regij, cùm autem Ninus rex magnus cum ea rem habuisset & eam adamasset, sic eum vicit * & contemptui habuit, vt peteret, pateretur diem vnum eam in solio sedere, & diademate ornatam ius dicere. Cùm verò ille permisisset, iussissetq; vt omnes ei tanquam ipsi inseruirent & obsequerentur, moderatè se gerebat in primis edictis* de satellitibus periculum faciens. Postquam autem vidit, eos nulla in re contradicere, neq; cunctari, iussit vt Ninum comprehenderēt, deinde vt alligarent, tandem verò vt interficerent. Omnibus verò peractis, longo tem-

*aduncum.

* Diadematis regum insultarunt,

*subiugauit

* tentans fidem satellitum.

 pore

pore Aſiæ imperium palàm tenuit: Beleſtica autẽ, quæſo te per Ioue͂, non'ne erat barbara muliercula è foro empta? Huius aras & templa Alexandrini habent, permittẽte ob amorem rege, aut potius Venere Beleſtica. Quæ verò hic commune cum amore templum habet, & Delphis aram communem, & aurea ſtat cum regibus & reginis, qua dote vicit amatores? Cæterùm vt illi per ſuam imbecillitatem & mollitiem, facti ſunt imprudenter rapina predaque mulierum, ſic contrà alij ignobiles & & pauperes, in conſortium venientes mulierum diuitum & nobilium, non corruperunt neque imminuerunt aliqua ex parte animi generoſitatem, ſed culti ab vxoribus magna cum obſeruantia & eis dominantes ſimul, vixerunt beneuolæ. Qui verò vxorem ſuam cohæret, & in * anguſtum redigit timens ne effluat, vt *gracilis anulus, ſimilis eſt tondẽtibus equas, & ad flumen aut lacum poſteà deducentibus. Fertur enim vnam quanq; earum conſpecta ſua ipſius imagine turpi ac deformi, faſtum deponere, & aſinorũ admittere *congreſſum. Diuitias autem mulieris virtuti aut nobilitati præponere, indecens eſt ac illiber

*v: lut in annulum
*pertenuis eſt
*initum.

illiberale, ſed eas fugere quando virtuti & nobilitati adduntur, ſtultum eſt. Antigonus ſanè ſcribens ei qui præſidio tenebat Munichiam, & in ea munienda erat occupatus, iuſſit, vt non ſolùm faceret validum * collare, ſed etiam canem tenuem vt facilē * tranſitum impediret Athenienſibus. Non conuenit autem, vt maritus diuitis aut formoſæ, vxorem ſuam deformem aut pauperem efficiat, ſed vt ſeipſum æqualem præbeat, & ſeruitutis impatientem, modeſtia & * tēperantia, & minimè ſeſe attonitum reddendo ob admirationem * rerum quas ille habet, addendo * domui veluti ſtateræ momentum & pondus, quo tenetur moueturque cum communi vtilitate. Cæterùm ea ætas & temporis opportunitas nuptijs eſt conueniens, qua mulier parere poteſt, & ad gignendum eſt apta. Audio autem mulierem hanc ætate florere. Et ſimul arridens Piſiæ, Nullo, inquit, riualium eſt ſenior, neque canos habet vt nonnulli eorum, qui Bacchoni ſunt moleſti. Quòd ſi hi non aliena videntur ætate ad amandum, quid vetat illam quoq; adoleſcentis ſtudio teneri melius, quàm quæuis puella. Quæ enim * puellæ ſunt, difficilè mi-

* Millum Torquem
* nempe vt opes demeret ſenſim
* excelſo animo,
* opum
* ingenio & moribus
* quæ ſunt in tenera ætate,

 ſcentur

ſcentur, difficileq; temperantur, & vix lon-gò tempore faſtus & ſuperbiam abijciunt, in principio verò fluctuant, & aduerſus iugum pugnant. Et magis ſi amor ingenitus fuerit, aut quemadmodum flatus abſente gubernatore, perturbat & confundit nuptias, cùm neuter poſſit imperare, neuter velit parêre. Quòd ſi imperium habet, infantis quidem nutrix, & pueri præceptor, ephœbi gymnaſiarcha, adoleſcẽti amaſius, eius verò qui eſt in prouectiore ætate lex & *dux, nullus autem eſt, qui ſit ab imperio liber, neque qui ſui ſit penitus iuris, cur erit abſurdum, quòd vxor cordata & ſenior, moderetur vitam mariti iuuenis? Cùm ſit vtilis quòd magis ſapiat, & iucũda & ſuauis quod amet? Denique dixit, oportet nos cùm ſimus Bœotij Herculem colere, & non ægrè ferre nuptias inæquales, cùm ſciamus, illum nuptui dediſſe vxorem ſuam Megaram, quę tunc triginta & tres annos nata erat Iolao, qui tunc annum decimumſextum agebat. Pater, inquit, cùm talia ab eis dicerentur, veniſſe à ciuitate, Piſium amicum currente equo vectum, qui nuntiabat mirum facinus audaxq; deſignatum. Iſmenodora enim pu-

*prætor,

tans

tans* (vt par eſt)Bacchonem ipſum nõ illibenter nuptias admittere, vereri tamen diſſuadentes, decreuit minimè amittere adoleſcentulum. Accerſens ergo & apud ſe retinens amicos qui mores maximè iuueniles habebant, & vt ipſa amore tenebantur, & mulieres ſibi familiares, obſeruabat tempus quo Bacchon iret in paleſtram iuxta domũ eius, vt ornatè prodiret. Cùm igitur tunc inunctus duobus aut tribus comitatus progrederetur, Iſmenodora ipſa in foribus occurrit, & chlamydẽ eius ſolùm tetigit. Amici autem pulchrum pulchrè rapientes chlamide & Læna duplici indutum, conferti domum aſportarunt, & fores protinus clauſerunt: Simul autem mulieres paruam eius chlamidem intus auferentes, veſtem nuptialem induerunt, famuli verò in * orbem currentes, olea & lauro fores coronarunt, non ſolùm Iſmenodoræ fores, ſed etiam Bacchonis, tibicina verò canens tibia, vicum percurrit. Ex Theſpienſibus autem & ex peregrinis alij quidem ridebant, alij vero indignabantur, & gymnaſiarchas incitabant: vehementer enim ephœbis imperant, & attentè conſiderant, quæ ab eis geruntur. Nulla aut

*(vt credibile eſt)

*huc & illuc

la autem erat eis certantium cura, ſed relicto theatro pro foribus Iſmenodoræ colloquebantur, & inter ſe contendebant. Poſtquàm igitur Piſiæ amicus equo, vt in bello ſolent, aduectus, hoc ipſum perturbatè dixiſſet, ab Iſmenodora raptum Bacchonem: Zeuxippum, qui ſanè Euripidis erat ſtudioſus dicebat pater, riſiſſe ac dixiſſe: Humana luxu diffluens mulier ſapis: & Piſiam exilientem clamaſſe: ô dij, quis erit exitus libertatatis quæ noſtram ciuitatem euertit? Iam enim res propter viuendi libertatem, ad legum tranſgreſſionem deuenerunt. Atqui ridiculum fortaſſis eſt indignari ob leges & iura, natura enim à muliere victa, iniuria afficitur. Quid tale Lemnus auſa eſt? Eamus nos, eamus, inquit, vt gymnaſium & *forum mulieribus tradamus, ſi prorſus eneruata eſt ciuitas. Progrediente itaque Piſia, Protogenes quidem non eum relinquebat, partim quidem vnà indignans, partim verò eum leniens. Anthemion verò inquit, iuuenile quidẽ re vera eſt facinus, & Lemnium, nos autem ſcimus mulierem amore vehementi captam. Et Soclaris ſubridens, inquit, arbitraris'ne raptum fuiſſe & vim, non prætextum

* curiam

xtum ſtratagemaq́ue adoleſcentis cordati, quòd fugiens amatorum vlnas, transfugerit in manus mulieris pulchræ ac diuitis? Ne talia dixeris, ô Soclare, inquit Anthemion, neque ſuſpectum habeas Bacchonem. Et niſi natura ſimplex eſſet moribus & facilis, me certè celaſſet, quem rerum omnium par ticipem fecit, & qui videbat me eſſe in his promptiſsimum Iſmenodoræ auxiliatorem. Graue nanq; eſt aduerſus amorem pugnare, non aduerſus iracundiam, iuxta Heraclitum, nam cùm vult, & * vita fruitur, & opibus, & gloria. Etenim quid eſt in ciuitate ornatius Iſmenodora? Quando verbum tur pe domum eius intrauit? aut ſuſpicio facti alicuius improbi eam tetigit? Cæterùm videtur re vera diuinum quoddam conſilium & præſtantius humana ratione in mentem hominis illius veniſſe. Et Pemptides ridens inquit, eſt proculdubio morbus quidam cor poris, qui ſacer, & regius vocatur. Non eſt ergo abſurdum, ſi affectum animi inſaniſsimum & validiſsimum, ſacrum & diuinum quidam nominent. Deinde quemadmodũ in Aegypto viſi ſunt aliquando duo vicini decertantes, cùm ſerpens in viam prorepſiſſet,

* anima prudenti

ſet, & vterque eum bonum genium vocaret,& ſibi peculiarem habere vellet: ſic nuper videns quoſdã ex vobis trahentes amorem ad mulieres,alios trahentes ad viros bonum eximium diuinumq́ue, non ſum miratus. Quod affectus ille tantam habuit poteſtatem & tantum honorem apud eos quos par erat, eum quoquo verſus emittere, & coërcere eum ab eiſdem autoritate & ſplendore adauctum. Nuper quidem quieui, videbam nanque certamen eſſe de proprijs, potiùs quàm de communibus, nunc verò cùm Piſias diſceſſerit, libenter ex vobis audirẽ, quorſum pronuntiarint Amorem Deum, primi qui hoc dixerunt. Cùm Pemptides loquendi finem feciſſet, & pater cepiſſet aliquid de his dicere, alter venit ex ciuitate, quòd Iſmenodora Anthemionem accerſeret: increuerat enim tumultus, & erat inter gymnaſiarchas diſsidium, cùm alter cenſeret oportere Bacchonem repetere, & alter non permitteret exhibere negotium. Anthemion quidem ſurrexit, & abijt, pater verò compellans nomine Pemptidẽ, videris mihi, ô Pemptides, inquit, rem magnam, & audacẽ, præcipitem, temerariam attigiſſe,

ſe, imò potius mouere, quæ non ſunt mouenda, de opinione quã de Dijs habemus, exigens de vno quoq; rationem & demonſtrationem. Sufficit enim patria & antiqua fides, qua non licet proferre neque inuenire argumentnm euidentius. Non inuenitur ſapientia à ſublimi mente, ſed eſt ſedes quædam & baſis ſuſtinens communis ad pietatem, ſi ab vno perturbetur & commoueatur, quod in ea eſt firmũ & receptum, fit omnibus inſtabilis & ſuſpecta. Audis ſanè quomodo Euripides*perturbatus eſt, cùm fecit principium Menalippæ Iuppiter, vt equidẽ ſentio, verùm facta mutatione verborum, propter quendam ſuum inimicum confidebat (vt videtur) fabulæ ſcriptæ magnificè ac *egregiè, & mutauit verſum vt nunc eſt ſcriptus: Iupiter vt æui fama verax comprobat. Quid ergo refert vtrum verbis in dubium adducamus vel incertam faciamus opinionẽ de Ioue vel de Minerua, vel de Amore. Neque enim nunc primum aram & ſacrificium poſcit Amor, neque ad nos venit per barbaram quandã ſuperſtitionem, & quemadmodun Altæ quædam & qui nominantur Adonæi, per Androgynos & mulieres irrepit

*exibilatus

*exquiſitè,

irrepit, voluptates quaſdam minimè decentes arripiens. Omitte itaq; iſtam reprehenſionem & noli reum te præbere, vt ſpurios accuſando Deos. Cæterùm cùm audis Empedoclem dicentem:

Dulcis amicæ pares quàm longæ, quàm ſpatioſæ
Sint res, mente tuere oculis ne fretus aberres.

Oportet exiſtimes hæc de amore dici, nam non poteſt oculis cerni, ſed animo concipitur, Deus hic qui inter antiquiſsimos habetur, de quibus ſi ſigillatim probationem poſcis, in omne templum manus inijciens, & omni aræ tendiculas & captiones adducens experimentum, nihil relinques ſine calumnia, neque inuidia vacuum, non abſum procul:

At conſpicari Veneris haud numen queo.
Quali ſit ortu ſeminat cœlo viros.
Iucundi amoris nos face deflammans cui
Debemus omnes ſanguinis primordia.

Eam nanque Empedocles almam, Sophocles verò feracem concinnè prorſus & decorè vocarunt. Cæterùm hoc factum magnum & admirandum, Veneris quidem eſt opus, amoris verò qui Venerem comitatur

quaſi

acceſsio. Si amor non adſit relinquitur factum omnino * ſine ſtudio, & ſine honore & ſine amicitia. Eſt enim congreſſus inamabilis, quemadmodum fames & ſitis, quæ terminum habet repletionem, in nullam * deuenit pulchritudinem, ſed dea illa amori auferens ſatietatem voluptatis, amicitiam facit, & commixtionem. Ideò Parmenides profert omnium Veneris operum Amorem antiquiſsimum, cùm in libro de generatione mundi ſcribit. Primum è cœlicolis ſanctum fabricauit Amorẽ. Heſiodus verò Phyſicè magis videtur mihi facere Amorem omnium antiquiſsimũ, quia omnia per ipſum generationem nanciſcuntur. Si ergo amorem à receptis honoribus eijcimus, neque Venus ſuo in loco manet. Neque enim hoc dicere licet, quòd amori conuicientur nonnulli, ſed ab ea abſtineant. Cæterùm ex eadem ſcena audimus: Amor otioſus dum ſit, ignauos premit. Et rurſus ſic: Non Cypris modò, ſed multa gignit nomina. Informis Venus eſt orcus, eſt æterna vis violentiæ, eſt veſana rabies. Quemadmodum neque ex alijs Dijs propemodum * vllus vlli nõ conuicio obnoxius vitauit ignorantiam nulli con-

* contemptui ducendum,

* nihil pulchri efficit,

*quiſquam

uicio obnoxiam. Considera quantos honores ab hominibus acceperit Mars, qui in tabula ærea habet locum ex diametro oppositum Amori, & rursus quàm multis conuicijs afficiatur. Mars cæcus expers luminis matres, suis Rostro malorum miscet agros turbine. Et parricidam eum vocat Homerus & mutabilem. Chrysippus autem Dei nomen exponens, accusat & criminatur, dicitq; ἄρην ab ἀναιρεῖν hoc est Martem à destruendo dictum esse, initium dans ijs qui arbitrantur, vocari Martem, id quod est in nobis pugnas mouens & dissidia, & iram concitans. Alij rursus dicunt, Venerem esse cupiditatem, & Mercurium sermonem & Musas, artes, & Mineruam, prudentiam. Vides sanè specum qui nos excipiens * in impietatem deducit, si in affectiones & potẽtias, virtutesq; singulos Deos diuidamus, Video, inquit Pemptides, sed neque fas est affectiones ex Dijs facere, neq; rursus Deorum loco habere affectiones. Et pater, quid inquit, existimas'ne Martem esse Deum, an affectionem nostram? Cùm responderet Pemptides, se existimare Martem esse deum qui ornat partem nostri animosam & virilem.

*vt putemus nõ esse Deos,

lem. Exclamans pater, ita'ne inquit, ô Pemptides, pars nostri affectionibus obnoxia & bella mouens ac inimicitias, Deum habet præsidẽ, ea verò quæ amicitias facit & communiones & conuẽtus, nullũ habet Deum? Et est sanè Deus aliquis bellicus & militaris qui videt & dijudicat interficientes & interfectos homines, armaq; & sagittas, & multorum expugnationes & populationes: & nullus est nobis Deus testis neq; speculator, neque dux vel adiutor in affectibus nuptiarum & amicitiæ, quæ desinit in concordiam & communionem? Sed cum ijs qui venantur capreas & lepores & ceruos, Deus aliquis agrestior vnà inclamat, & impetu fertur. Qui decipiunt lupos & vrsos fossis & laqueis Aristæum precantur, qui primus pedicas fabricatus est feris. Hercules autem Deum alterum inuocat, cùm vult in auem emittere sagittã, vt ait Aeschylus: Venator ictum Phœbus & telum regat. Viri verò qui pulcherrimã aggreditur venationem, vt capiat amicitiam, neq; Deus neq; demon impetũ dirigit neq; adiuuat? Etenim ego amice Daphnæe neq; quercu neq; oliua, neq; illa quam Homerus* ornãs vitem domesticã *extollens

*fruticem appellauit, existimo esse hominē *stipitem deformiorem, neque plantam deteriorem, quæ habet impetum germinationis, forma splendentem, & pulchritudinem corporis simul & animæ. Et Daphnæus quis, inquit, obsecro sentiat aliter? Hi omnes per Iouem, inquit pater, qui arbitrantur, Dei curam conuenire orationis sementisq́; & plantationis. Ipsis enim non sunt Nymphæ quædam Dryades, quæ terminum ætatis, arbori æqualem sunt sortitæ. Arborum verò statum & magnum splendorem Bacchus adauget, purum Autumni splendorem, vt Pindarus loquitur. Adolescentulorum verò & puerorum qui sunt conformati & concinnati pulchritudine & flore, alimenta nutrimentaq́; ad nullum Deorum pertinent? Neq; est cui sit curæ hominem natum rectà ad virtutē venire, neq; de via declinare, neq; frangi quod in eo est generosum, quod sit rectore destitutus aut malis moribus sociorū corruptus? *intolerandū An non hæc dicere *graue est & à gratijs alienū, expellere Deum ad humanitatē quoquouersus distributa & nequaquam deficiente, neque est opus, ex vsu'ue nostro. Licet quædam finem habeant necessarium

magis

magis quàm pulchriorē. Quale eſt protinus in generatione noſtra, quæ minimè eſt honeſta propter ſanguinē & pariendi dolores, tamen habet diuinā ſpeculatricem & obſtetricē, Lucinā. Erat ſanè melius, nō naſci, quàm natum eſſe improbum, quod deſit moderator & cuſtos bonus. Cæterū neq; ab homine ægrotante * diſcedit Deus, qui vſum & poteſtatem ad id ſortitus eſt. Imò neq; à moriente. Eſt autem quidam qui conſopit & animas deducit, curam habens hinc illuc efferendi & præbendi auxilium in extremis. Cuiuſmodi eſt hic, de quo dicitur: Non edidit me furua nox regem lyræ, Non augurem non ægra qui curis tenet obnoxium, ſed morti, vt animarum greges. Et ſimilia multas habent difficultates. Illius verò non poſſumus nominare opus magis ſacrum, neq; contentionem aliam, neq; certamen, quod magis conueniat Deum aſpicere & * diſpenſare, quàm ſedulitatem & litem amatorum, cum pulchris & formoſis. Nihil enim eſt turpe neq; coactum, ſed ſuadela & gratia, quæ laborem iucundum facit, re vera laborem ad virtutem & amicitiam ducit, quæ non abſque Deo finem nanciſcitur conuenien-

*abeſt

*gubernare, proponere præmium,

tem, neque alium habet Deum, qui dux ſit & dominus, præter amorem ſocium Muſarum Gratiarumq; & Veneris dulcis eſt viri æſtas, ſeminans præcordiorum deſiderium, iuxta Melanippidem, iucundiſsima miſcet pulcherrimis, aut quomodo, inquit, dicimus ô Zeuxippe. Sic inquit per Iouē*prorſus magis. Abſurdū enim profectò eſt contrarium. Illud verò, inquit pater, an non eſt abſurdum, ſi cùm amicitia habeat quatuor genera, quemadmodum antiqui diuiſerūt: primum naturale, deinde cognatum ob locum, tertium ſociale, & vltimū amatorium, vnumquodque horum habere Deum præſidem, aut amicabilem, aut hoſpitalem, aut gentilitium & patrium; ſolum verò amatorium veluti amoris infelicis & flagitioſum relinqui ſine domino, idq; cùm multa cura & gubernatione indigeat? Habent & hæc, Zeuxippus inquit, non aliam tamen gubernationem quàm iſtam. Cæterùm pater ait, ſcripta Platonis occurrere huic ſermoni fortè videantur, quamuis obiter ſint dicta. Furor ille quidem qui à corpore ad animam peruenit, ob quaſdam intemperies & commixtiones, aut ſpiritu noxio circumlato,

*potius quàm vllo modo.

aſper

aſper eſt, difficiliſq; & morboſus: aliter eſt non carens numine, neque domi natus,ſed inſpiratio aliunde veniens,deflexio & error quidam peruerſioq; rationis & mentis, qui occupat principium & motum præſtantioris potentiæ. Affectus hic in genere cõmuniter appellatur diuinus, quemadmodum enim ſpirans dicitur ſpiritu plenum,& prudens prudentiæ plenum,ſic talis commotio animæ dicitur afflatus diuinus, ob participationem & communionem diuinioris virtutis huius Enthuſiaſmi quod eſt diuinatorũ ex Apollinis venit inſpiratione & afflatione, Bacchicum verò ex Dionyſio. Et cùm Corybãtibus ſaltate inquit Sophocles. Etenim ſacra Deæ Phrygiæ & Panos affinitatem habẽt cum ceremonijs Bacchicis. Tertia verò muſa*accipiens animam delicatam & intactam, Poëticum & Muſicum genus incitauit & inſtigauit. Quæ verò dicitur ἀρειμάνιος,hoc eſt Martis ſtudio flagrans,& * bellatrix cuiuis eſt manifeſtum,quòd ſtimulatur, & furijs agitatur, & eſt ſine gratia, ſine cythara, ſine pulchritudine, ſine prole, moleſta, populum omnem armis inſtruens. Reliqua eſt ô Daphnæe pars mutationis & de-

*nacta

*bellicoſa

prauationis in homine, quæ neque obſcura eſt neque quieta, de qua volo Pemptidem hunc interrogare. Dic cur amor vnus Deorum concutit thyrſum fructu plenum, Enthuſiaſmum hunc qui facit vt beneuolentia proſequamur pueros probos,& mulieres pudicas, qui eſt longè acerrimus & calidiſsimus? Non'ne vides, quòd vbi arma depoſuit miles,quieſcit à furore bellico. Illius autem eripiunt humeris gaudentes arma miniſtri, Tunc ſedet pugnæ expers,aliorũ ſpectator.Has verò Bacchicas & Corybanticas ſaltationes,qui mutant rhytmũ ex trochæo, & carmen ex Phrygio, leniunt, & quietas reddunt. Sic Pythia vbi à tripode deſcendit & afflari deſit,trãquillè & quietè permanet. Furorem verò amatorium vbi re vera hominem inflammauerit aut accenderit, neque Muſa neque incantatio demulcere poteſt, non ſedat loci mutatio,ſed præſentes & abſentes deſiderant,eo quod amant potiri.Interdiu ſectantur,noctu ſub dio agunt.Sobrij pulchros inuocant,ebrij cantant.Et nequaquam vt quidam dixit, *phantaſiæ poëticæ propter efficaciam * eorum qui vigilarunt, inſomnia ſunt ſed potiùs amantiũ qui veluti præſen

*imagines
*vigilantium,

præſentes alloquuntur, amplexantur, inuocant, queruntur. Viſum enim videtur alias imagines veluti in rebus liquidis depingere, quæ citò euaneſcunt, & * cogitationem relinquunt. Imagines autem amatorum inſculptæ in ipſa velut inuſtiones igne factæ, relinquunt in memoria formas, quæ mouentur, & viuunt, & loquuntur, atque alio tempore permanent. Etenim Cato Romanus dicere ſolebat, animam amantis habitare in anima amati. Et forma & mores & vita & actiones ſimiles ſunt. A quibus ductus celeriter vnam longam peragit viam. Quemadmodum Cynici* dicunt compendiarium breuemque tramitem ad virtutem inueniunt. Amicitiam videlicet, quæ ab amore velut à fluctu affectionis vnà cum Deo fertur. Dico ſanè in ſumma quòd enthuſiaſmus amatorum non eſt ſine numine, neque alium habet Deum præſidem & gubernatorem, quàm hunc, cui feſtum nunc celebramus, & ſacra facimus. Cæterùm ob *vires & vtilitatem potiſſimùm Dei dignitatem vti & bonorum humanorũ æſtimemus. Hæc duo regnum & virtutem diuina maximè exiſtimamus vocamusque. Tempus eſt

* intellectum deponunt.

*loquuntur

*potentiam & potiſsimũ vtilitatem

vt primùm consideremus, an amor cædat potentiæ*Dei alicuius. Atqui magnam habet potentiam Venus, victorias reportat, vt ait Sophocles. Magna verò est Martis vis. Et videmus Deorũ aliorum vires, esse quodammodo bifariam diuisas in hæc. Nam maximè vis vna qua conciliamur pulchro, altera qua deformitati aduersamur fuit generata. Consideremus itaque protinus, Veneris opus drachma esse venale. Et nemo est qui si non amet laborem aut periculum ob res venereas subeat. Et * vt omittamus Phrygias & Laidas, ô socie, Gnathænion sub *hesperi exortum, *rogans lucernæ lumen, expectans & inuocans sæpe progreditur. Ventus verò veniens subitò cũ multo amore & desiderio, idem quod qui Tantali talenta, vt prouerbio dicitur, & quod sit eius imperio conferendum effecerit. Adeò est imbecilla & * fastidiosa Veneris gratia, nisi amor*inspirauerit. Adhuc magis inde poteris intelligere. Multi enim rerum venerearũ alios participes fecerunt, prostituentes non concubinas solùm, sed etiam vxores, cuiusmodi fuit ô amice Romanus ille Cabbas. Conuiuio* (vt videtur) Mœcenam accipiebat,

* Deorum cuiquam.

* vide ne hîc nominemus

* noctu

* timens

* fluxa

* ad eam aspirauerit.

* (vt fertur)

bat, deinde cognoſcens ex nutibus eum vxorculæ ſuæ amore punctum, reclinauit ſenſim caput, fingens ſe dormire, deinde cũ quidã ex famulis ſenſim obreperet ad menſam, & vinum ſuffuraretur, aſpiciens* ille dixit, infelix neſciebas quòd ſoli Mœcenati dormio? Hoc quidem * graue fortaſſe eſt. Erat enim Cabbas ſcurra. Argis autem Nicoſtratus in gubernanda republica Phanlio erat* aduerſarius, cùm verò illic ageret Philippus rex, exiſtimabatur aſſequuturus* dominium aliquod aut imperiũ propter vxorem quæ formoſa erat, ſi cum Philippo rem haberet. Cùm ergo, qui partium erant Nicoſtrati, hoc ſenſiſſent, & ante fores domus eius ambularent, Phanlius * induens vxori crepidas, & imponens chlamydem & Cauſiam Macedonicam, eam clam miſit vt vnũ è regijs adoleſcentibus. Vtrum ne cùm tam multi fuerint & ſint amatores, noſti quenquã qui vt honores Iouis aſſequeretur proſtituerit vnquam Amaſium? ego non arbitror. Quidum enim? Quoniam tyrannis nemo contradicit, neque diuerſæ factionis eſt in gubernanda republica. Multi verò ſunt riuales & qui pulchrorum formoſorumque

*diductis oculis,

*abſurdum, flagitioſum

*factionis cõtrariæ,

* dominationem quandã & principatũ,

* calcians

ſunt

ſunt ſtudioſi. Auditis enim quòd & Ariſtogiton Athenienſis, & Antileo Metapontinus & Menalippus* Acragantinus non contenderunt cum tyrannis quòd viderent eos euertentes omnia & debacchãtes. Poſtquã verò amaſios eorum de ſtupro ſollicitarunt, perinde ac ſi ſacris & intactis aſylis opem ferrent, ſe ipſos in diſcrimen coniecerunt. Aiunt etiam Alexandrum mandaſſe Theodoro, Protei fratri: Mitte ad me cantatricem & accipies decem talenta, niſi fortè amore eius teneris. Cùm autem Antipatrides amicorũ eius alius cum Pſaltria comeſſabundus ad eum veniſſet, ipſum pauliſper & accenſum amore mulierculæ Antipatridem quæſiſſe aiunt: amas ne tu hanc? Cùm verò ille dixiſſet, ſe valde amare. Reſpondit, *pereat igitur malus malè, *receſſit, nec amplius tetigit mulierem illam. Rurſus itaque conſidera, inquit, quantopere vincat amor Martis opera. Nõ eſt iners, vt Euripides dicebat, neq; inconſtãs, neq; incubans mollibus adoleſcentulorũ genis. Vir nãq; amore percitus, non eget Marte, vt aduerſus hoſtes pugnet. Sed habens adiutorẽ Deum ſuum, paratus eſt pertranſire ignem, mare, & ætheris

* Agrigentinus

*hæc elocutus pereas,

*abſtinuit,

ventos

ventos pro amico, vt ille iubet. Ex paruis Niobes filijs qui apud Sophoclem feriuntur & intereunt, nullus inuocat alium auxiliatorem,& qui opem ferat præter amatorem, ô Dij amatorem ad me mittite. Scitis ne quam ob causam perierit in bello Cleomachus Pharsalius? Non nos sanè, dixit Pemptides,sed lubenter audiam. Non immeritò nam res est auditu digna, inquit pater. Venit vt auxiliaretur Chalcidensibus, cùm vigeret Chalcidensium aduersus Eretrienses bellum. Peditatus quidem videbatur esse Chalcidensibus præstantissimus, sed difficilimum erat equitatum hostium è loco mouere. Adhortabantur itaque socij Cleomachum qui animo erat præstantissimo, vt primus irrueret in equites. Ille verò interrogauit præsentem amasium, esset ne prælium spectaturus. Cùm iuuenculus affirmasset,& eum benignè amplexatus esset, galeamque capiti imposuisset, exultans Cleomachus & assumens secum præstantissimos Thessalorum, alacriter erupit, & in hostes impetum fecit,ita vt perturbaret & in fugam verteret equitatum. Posteà verò fugientibus etiam peditibus, vicerunt omnino Chalcidenses.

Accidit

Accidit ſanè, vt Cleomachus interiret, ſepulchrum verò eius demõſtrant in foro Chalcidenſes, in quo ad noſtrum vſq; tempus magna ſuperſtat columna. Et qui priùs damnabant amorem puerorum, tunc magis quàm alij amarunt, & coluerunt. Ariſtoteles autẽ Cleomachum aliter perijſſe affirmat, cùm ſuperior eſſet in pugna Eretrienſium, hunc verò ab amaſio deoſculatum, miſſum fuiſſe à Chalcidenſibus qui in Thracia erant, vt auxiliaretur Chalcidenſibus, qui erant in Eubœa. Vnde cani ſolet apud Chalcidenſes: ô pueri, qui à gratijs & patribus bona ſortiti eſtis, ne* inuideatis ſtrenuis conſuetudinem pulchritudinis. Nam cum fortitudine & pulchritudine * eſt placidus amor in Chalcidenſium vrbibus. Anton erat nomen amatori, amaſio vero Philiſtus, vt in Antijs Dionyſius poëta tradidit. Apud nos autem Thebanos, ô Pemptides, non donauit amator amaſium, qui Ardetas inſcribitur armatura. Mutauit autem & tranſpoſuit ordinem armatorum Pammenes, vir amori deditus, qui Homerum culpauit tanquam ab amore alienum, quòd per tribus & ſodalitates diſtribuerit Achiuos, & non coniunxerit in ordine

*negetis

... pro θάλ- ... legũt κάλ- ... mollis nã- ... amor vnà ... n fortitu- ... e in Calci ... ſium op- p... is viget.

ordine amatorem amaſio, vt ſic fiat illud: Clypeus clypeum firmauit,& galea galeam, ei qui ſolus militum erat inuictus. Etenim cognatos & domeſticos, & per Iouem parentes etiam & liberos deſerunt, tamen inter amatorem & amaſium nunquam hoſtis medius * prærupit, neque tranſiuit. Quare non egent vt eis oſtendatur quid ſit audax, & quid timidum. Vt Theron Theſſalus inijciens muro manum ſiniſtram, & extrahens gladium,abſcidit pollicem,prouocans riualem. Quidam autem alius cùm in prælio pronus cecidiſſet, & aduerſarius eum ferire vellet, rogauit vt parum expectaret, ne amaſius videret eum in tergo vulneratum, non ſolùm itaque pugnaciſsimæ nationes, ſunt amori deditiſsimæ, Bœotij,Lacedæmonij,& Cretenſes, ſed ex antiquis etiam Meleager, Achilles,Ariſtomenes,Cimon,Epaminondas: Hic enim amaſios habuit Aſopicum, & Caphiſodorum, qui cum eo in Mantinea cecidit, & propè ſepultus eſt,qui hoſtibus erat timendus, & erat fortiſsimus, qui primus eum ſuſtinuit & percuſsit Eunamus Amphiſſeus, heroicos * habuit à Phocenſibus honores. Alios autem Herculis

* aut pedes, aut eques,

*adeptus eſt

*amaſ

*amores *amaſios operoſum eſt recenſere ob multitudinem, qui verò arbitrantur Iolaum fuiſſe amaſium eius, vſque ad noſtra tempora colunt, & venerantur, accipientes ab amaſijs ſupra eius ſepulchrum iuſiurandũ & fidem amoris. Deus idem factus repentè medicus *deploratam, dicitur ſeruaſſe Alceſtem *deſperatã, in gratiam Admeti, qui vxoris ſuæ amore tenebatur, & erat *ab eo amatus. Fabulantur enim Apollinem Admeti *amatorẽ, mercenarium eius fuiſſe *magnum annum. Benè autem in memoriam nobis venit Alceſte. Non enim *Mars cum muliere magnum habet commercium. Afflatus verò prouenięs ab amore progreditur eò, vt aliquid præter naturam audeant & mori etiam. Si modò fabulæ aliquid ad fidem faciendam proſunt, quę de Alceſte traduntur & Proteſilao & Euridice vxore Orphei declarant, quòd ſoli Deorum amori paret Orcus. Quamuis erga omnes alios, vt ait Sophocles, nullam nouerit lenitatem, neque gratiam, ſed tueatur ius ſummum legemq; ſemel ſancitam, veretur tamen amatores, & his ſolis neque eſt indomitus, neque implacabilis. Quare bonum quidem eſt, ô amice, ſacrorum Eleuſinorum

* quondam eius fuerat amaſius.

*amaſium,

*integrum

* Cum Marte magnum habet mulier cõmercium.

norum participem eſſe. Ego autem video ſacerdotibus & myſtis amoris, meliorem eſſe apud inferos * ſortem, nequaquam fabulis fidem adhibens, neq; omnino fidem detrahens. Bene nanque dicunt diuina quadã ſorte attingunt finem, qui affirmant ex Orco viris amatorijs aſcenſum ad lucem eſſe conceſſum, alia quadam via quàm deſcenderint. Quomodo verò & quamobrẽ ignorant veluti à tramite aberrantes, quem Plato hominum primus ex philoſophia cognouit. Quamuis tenues quidam & obſcuri defluxus veritatis, inſperſi ſint fabulis Aegyptiorum, cæterùm ſolerti egent indagatore, & qui poſſit magna ex paruis elicere. Quare hæc quidem miſſa faciamus. Poſt vires autem amoris, quæ tam ſunt magnæ, conſidero iam lenitatem & * dona quibus erga homines vtitur. Non an multa bona * vtentibus reddat. Nam hæc omnibus ſunt nota. Sed an plura & maiora largiatur eius amatoribus. Etenim Euripides, quãuis amori fuerit deditus, id quod eſt minimum, miratus eſt. Nam poëtam amor docet, quamuis à Muſis fuerit ante alienus, & prudentem facit, quamuis prius fuerit ſupinus, &, vt dictũ

* conditionẽ,
* gratiam
* fruentibus

eſt, fortem reddit ignauum, quemadmodũ qui ligna igni emendant, è mollibus valida faciunt. Liberalis autém apertè, magnanimusq́; fit omnis amator, quamuis ſordidus fuerit priùs. Nam parſimonia & auaritia liqueſcunt, vt ferrum igni, ita vt gaudeant largientes amaſijs, non minus quàm cùm ipſi ab alijs accipiunt. Scitis ſanè vt Alcibiades comeſſatum iuerit ad Anytum filium Anthemionis amatorẽ, qui conuiuio ſplendido & lauto hoſpites accipiebat. Vtq́; arreptis de menſa poculis ad dimidiam ferè partem diſceſſerit: Cùm autem hoſpites indignarentur, dicerentq́; contumeliosè & arroganter te tractauit adoleſcentulus. Imò humaniter, dixit Anytus, licebat enim omnia accipere, ille verò dimidia mihi quoq; reliquit. Gauiſus itaque Zeuxippus, O Hercules, inquit, propemodum amouiſtis ab Anyto paternam inimicitiam quam exercebat aduerſus Socratem & philoſophiam, ſi adeò erat lenis & generoſus in amore. Sit ita ſanè, dixit pater, ex moroſis autem & in conſuetudine tetricis, facit humanos & hilares. Igne domum lucente magis decet vſque tueri: Sic hominem igne amoris multò reddi

reddi hilariorem videmus. At certè multi ſunt iniqui rerum æſtimatores. Nam ſi domi lumen noctu conſpexerint, rem eſſe diuinam arbitrantur, admiranturq́; : videntes autem animam exiguam, & humilẽ, & ignobilem, ſubitò repleri, prudentia, libertate, gratia, liberalitate, non coguntur dicere, vt Telemachus, Certè Deus aliquis eſt intus. Illud verò rogo te per gratias, inquit Daphnæus, nonne eſt diuinum? Quòd cùm vir amore captus, omnes ferè alios deſpiciat, nõ ſolùm amicos & ſeruos, ſed etiam leges, & principes, & reges, & cùm nihil timeat, neque admiretur, neque colat, adeò vt & fulmen acutum* operiri poſſit, ſimul atque formoſum vidit, imbellis horret Gallus criſtam vt premens, frangitur eius audacia, & animi alacritas concidit. Par verò eſt, vt apud Muſas Sapphûs mentionem faciamus. Etenim Vulcani filium Cacum improbum tradunt Romani, ignem & flammas, quæ extra profluunt per os emittere, ipſa autem re vera, quæ ſunt igni mixta loquitur, & ſuis modulis emittit cordis caliditatem, ſatians amorem muſis* canoris iuxta Philoxenum. Cæterùm, ô Daphneæ, niſi ſecundum Lyſan-

*ſuſtinere

*concinnis

*iocorum, drum, antiquorum oblitus es * puerorum, reducito nobis in memoriam, vbinam formoſa Sappho dicat, apparente amica vocẽ cohiberi,& corpus ſonum emittere, & corripi pallore,*errore,& vertigine. Cùm autẽ carmina illa eſſent à Daphnæo recitata,excipiens pater, Quã pulchrè hæc, inquit, ro go te. Afflatio numinis adeò manifeſta, nõne eſt diuina animæ commotio? Quid tale Pythia paſſa eſt, vbi ad tripodem acceſſit? Quem eorum, qui furore corripiuntur ſic tibia, & inſtrumẽta quibus in Phrygiæ Deæ ſacris vtuntur,& tympanum à mente nobis alienauit? Multi vident idem corpus & eandem pulchritudinem, ſed ſolus amator corripitur ob cauſam dictam. Non enim diſcimus neque intelligimus Menandrum alicubi dicentem, lethalis eſt animæ morbus amor. Qui percuſſus eſt ab amore, vulneratur: cæterùm Deus in cauſa eſt, qui hunc tetigit,& illũ reliquit. Quod itaque in principio opportunè magis dictũ fuiſſet, ne nũc quidem, quando nunc venit in buccam, vt Aeſchyli verbis vtar, commodè mihi videor poſſe prætermittere. Eſt enim eximium fortaſſe quidem, ô amice, & alia omnia, quæ

*titubatione,

non

non veniunt nobis in cognitionem per ſenſum, partim quidem fabula, partim verò lege, partim autem ratione, autoritatem à principio habuerunt. Opinionis autē Deorum, omnino fuerunt nobis duces & magiſtri, poëtæ, & legiſlatores, & tertio loco philoſophi. Cùm autem omnes ſimiliter fateantur, Deos eſſe, magnopere inter ſe diſſentiunt de multitudine & ordine eorum, deq; ſubſtantia & poteſtate. Dij enim philoſophorum, morbo & ſenectute carent, neque labore defatigantur, neq; vnquam pertranſeunt grauiſtrepum flumen Acherontem. Quare non * admittunt philoſophi eridas, hoc eſt contentiones quæ à poëtis Deæ creduntur, *nō Litas: nolunt *timorem & *metum Deos eſſe, aut fateri eſſe filios Martis. De multis etiam cum legiſlatoribus contendunt, quemadmodum Xenophanes iubebat, Aegyptios ſi mortalem exiſtiment Oſitin, non eum vt Deum colerent, & ſi Deum arbitrentur minimè flere. Rurſus poëtæ & legiſlatores neque audiunt ſine ſtomacho, neque poſſunt intelligere philoſophos qui Deos faciunt Ideas quaſdam, & numeros monadas, & ſpiritus. Sunt omnino inæquabiles

* recipiunt

*quaſi ſupplicantes dixeris.

*pauorem

*pallorem

biles & diſcrepantes horũ opiniones. Quē-admodum ſane fuerunt aliquando Athenis tres factiones, Maritimorum, Mõtanorum, & eorum qui in locis planis morabantur, quæ ſeſe mutuo odio proſequebantur & inter ſe diſſentiebant. Poſtquam verò omnes in eundem locum conuenerunt,& ſuffragia ferrent,omnia Soloni dederunt,& eum cõmuniter elegerunt arbitrum & principem & legiſlatorem, qui viſus eſt, habere ſine controuerſia*virtutis principatum. Sic tres factiones, quæ de Dijs diſſentiunt, & varia habent ſuffragia, neq; facilè alterius ſuffragium admittunt, de vno conſtanter conſentiunt. Et communi conſenſu amorem Deorum numero aſcribunt præſtantiſsimi poëtæ,& voces confertæ legiſlatorum & philoſophorum, quæ magnopere eum laudant, vt dicebat Alcæus, Mitylenæos elegiſſe Pittacum tyrannum. Nobis autem rex & princeps & præſes amor, ab Heſiodo, & Platone, & Solone, ab Helicone in academiam coronatus deducitur,& ornatus ingreditur, multis bigis amicitiæ & concordiæ, non talis qualis eſt quam Euripides dixit iunctam eſſe pedicis natura non arte fabricatis. Frigidam

*in virtute

gidam

gidam hic quidem & grauem diuitijs adhibens præ pudore necesſitatem, ſed bigis allatis ad pulcherrimas res & maximè diuinas, de quibus alibi dictum eſt meliùs. Cùm pater hæc dixiſſet, Soclarus inquit, vides vt iam ſecundo in eadē incidens, neſcio quomodo vi abducitur, & auerſus iniquè nouas proponit tabulas: ſiquidem fas eſt, id quod apparet dicere, cùm ſit ſermo ſacer. Etenim cùm nuper attigiſſes Platonem, & Aegyptios, tanquam inuitus elapſus es, & nunc ſimilia facis. Quæ enim diuinitus dicta ſunt à Platone, imò potiùs ab his deabus per Platonem, ne hortamur quidem, ô bone, vt dicas. Quia verò ſubinnuiſti, fabulam Aegyptiorum, eadem ſignificare, quæ dicta Platonis de amore, non licet non detegere neque nō declarare apud nos. Lætabimur autē etiam ſi parua de magnis audiuerimus. Cū autem alij quoque rogarent, inquit pater, Aegyptij duos quidem norunt amores, ſimiliter ac Græci, vulgarem & cœleſtem. Tertium autem exiſtimāt amorem Solem. Venerem habent in maximo honore. Nos verò videmus magnam eſſe ſimilitudinē amoris & ſolis in terra. Ignis autem neutrum

horum eſt, id quod nonnulli arbitrantur. Squalida eſt huius caliditas: at ſolis caliditas ſuauis eſt & fœcunda, & proueniens ab eo, præbet corpori alimentum & lumen & perfectionem. Animis verò, quæ ab amore procedit caliditas? Quemadmodum autem ſol poſt nubes & poſt nebulam calidior eſt: ſic amor poſt iram & Zelotypiam reconciliato amaſio, ſuauior eſt & acrior.* Inſuper verò quemadmodum ſolem nonnulli arbitrantur accendi & extingui, ſic de amore ſentiunt, mortalem eſſe eum & inconſtantem. Cæterùm neq; habitus corporis inexercitatus Solem, neque mores animæ rudis amorem ſine moleſtia ferre poſſunt. Decedit enim de ſtatu ſuo vtrunque æquabiliter, vires Dei damnans, non ſuam imbecillitatem. Niſi quòd hac in re videri poſſunt differre, quatenus Sol formoſa & turpia cernentibus in terra oſtendit. Amor autem pulchrorum ſolùm eſt ſplendor, & ad hæc ſola reſpicere & conuerti ſuadet amantibus, alia verò omnia contemnere. Qui verò terram Venerem vocant, nequaquam attingunt ſimilitudinẽ aliquam horũ. Etenim eximia & cœleſtis & mixtionis locus, immortalis cũ mortale.

*ὅτι δὲ, ſi ſic legatur verba nullum habẽt ſenſum idoneum. Itaque lego ἔτι δὲ. Amplius verò vt ſolẽ &c.

le. Verũ inelegans per ſe & tenebroſa, ſi Sol non illuſtret, quemadmodũ Venus, ſi amor nõ adfuerit. Par verò eſt lunam Veneri, Solẽ autẽ amori conferre potiùs quàm alijs Dijs. Non tamen quòd omnino ſint eadem: neq; enim cum animo idem eſt corpus, ſed diuerſum, ſic aſpectabilis amor vero intellectu cognoſcitur. Et niſi acerbiùs dictu videretur dicere poſſet aliquis Solem amori contraria facere. Auertit enim cogitationẽ ab ijs quæ mente cõcipiuntur ad* ea quæ ſenſibus percipiuntur, gratia & ſplendore oculos ludificans, & perſuadens in ipſo & circa ipſum, cũ ſenſibilia alia, tum veritatem ſplendere: alibi verò nequaquam inſanus amor tenet, huius nos luminis quo vaſtus nitet orbis, vt inquit Euripides, quòd minimè cognoſcamus experientia alterã vitam, imò potiùs quòd obliti ſumus eorum quorũ eſt recordatio amor. Quemadmodũ enim ijs qui exercitantur in luce magna & ſplendida, omnia quæ in ſomnis viſa ſunt, ab animo recedũt & fugiunt ſic eorum quæ hîc fiunt & mutantur ſol obſtupefacere videtur memoriam, & cogitationem incantare, illis obliuioni traditus, ob voluptatem & miraculum. Atqui re ve-

* ſenſibilia

ra illic & circa illa eſt animis viſio certa. Hic verò ſomniorum imagines amplectitur, & quod pulcherrimum eſt & maximè diuinum in admiratione habet. Circa ipſum verò iucũda ſed doloſa fuderunt ſomnia, ſibi perſuadens hic eſſe, pulchri & diuini quicquid ſit, niſi nactus fuerit amorem diuinum & caſum, qui ſit illi medicus & ſeruator. Hic amor bonus per corpora accedens ad veritatem ex orco, & in campo veritatis. Vbi eximia illa, & pura, & libera mendacio pulchritudo firmatur, amplectitur animans eum, & longo temporis interuallo vnà eſſe cupientes recreans & inſtituens placidè, adeſt vmbris veluti myſtagogus in ſacro. Vbi huc rurſus mittuntur, ipſam quidem animam non attingit per ſe, at corporis interuentu. Quemadmodum autem geometræ pueris qui ſua ſponte cõprehendere nõdum poſſunt formas intelligibiles ſubſtantię incorporeæ & impatibilis, formantes ſimulachra quædam, quæ tangi & videri poſſunt ſphærarum, cuborum, & dodecædrion proponere ſolent. Sic amor cœleſtis formoſa formoſorum ſpecula, mortalia quidem Deorum, patibilia etiam eorum quæ intellectu compre

comprehenduntur, fabricans nobis quantum ad habitũ & colorem & formam ostendit iuuenes forma splendentes, & mouet paulatim memoriam, per hæc primùm accensam. Quare nonnnlli amatores propter amicorum & familiarium sinistram & importunam beneuolentiam & cohortationẽ extinguere motum vi conantium & imperitæ nihil fructus receperũt ex amore, nisi hoc solum quòd fumo & tumultu seipsos impleuerunt, aut ruentes rectà, in voluptates obscuras & illegitimas contabuerunt. Qui verò sobria ratiocinatione quasi sine fraude, ignis furorem detraxerunt amori, splendorẽ autem & lumen cum caliditate reliquerunt animæ, nõ concussionem, vt quidam dixit, caliditatis mouentis ad semen & lubricitatem atomorum, quæ * conteruntur præ leuore ac titillatione. Verùm dissolutionem miram & fœcundam, veluti in planta germinante & *augescente, & aperientis meatus obsequij & comitatis. Naquaquam intercedit multum temporis, quam prætereuntes corpus amatorum, intrò feruntur, & attingunt mores qui oculos prouocant, sese inuicem intuentur & vnà diu versantur, per sermon

*colliduntur

* alente,

ſermones & res geſtas, ſi in mente habuerint, pulchri * ſpectrum & imaginem. Alioqui valere ſinunt, & ad alios conuertuntur, veluti apes, quæ multas herbas floresq; multos, mel tamen non habentes, relinquunt. Vbi verò deprehēderint veſtigium aliquod rei diuinæ, & defluxum ac ſimilitudinem allicientem, à voluptate & admiratione concitati & attracti, ſeſe oblectant in eo quod eſt re vera amabile, & beatum, & omnibus charum & expetendum. Multa quidem videntur per luſum Deo illi adſcribere poëtæ, & per laſciuiam de ipſo canere, pauca verò ſunt ab eis ſeriò dicta, ſiue in conſilium adhibita mente & ratione, ſiue Dei impulſu veritatem attingentibus. E quorum numero vnum eſt illud quoq; de generatione. Acerrimum Deorum enixa eſt præpes Iris auricomo Zephyro mixta. Niſi fortè vos quoq; in ſuam traxerunt ſententiam grammatici qui dicunt factam coniecturam illam, propter affectum varium & * floridum nempe. Propter id ipſum aliud, inquit Daphnæus? Reſpondens pater, audite inquit, ſic enim cogit exiſtimare nos ipſa ſpecies eius quod cernitur. Repulſio enim eſt affectio viſionis

* portionem

* amœnum

circa

circa Irim. Cùm ſenſim incidens in nubem humidam, ſed leuigatam & affectũ mediocrem habentem, per repulſionem attingit Solẽ, & intuens ſplendorem eius & lumen facit vt nobis videatur in nube eſſe. Hoc ſanè amatorium commentum figmentumq́;, in animis ingenuis & elegantibus refractionem facit memoriæ, ab his quæ hîc videntur & appellantur pulchra, ad illud pulchrũ, diuinum, & amabile, & re vera beatum & admirandum. Cæterùm multi quidem ſectantes & perſcrutantes in pueris & mulieribus veluti in ſpeculis, imaginem eius quã ſibi finxerunt, nihil poſſunt aſſequi firmiùs, quàm ſit voluptas cum mœrore mixta. Sed hæc videtur eſſe vertigo & deceptio vulgi, qui id quod deſiderat venatur, veluti in nubibus & vmbris vacuum. Quemadmodum pueri, qui affectant irim capere, manus extendunt ad id quod apparet. Ingenui verò & pudici amatoris alius eſt modus. Illic enim fit refractio ad bonũ diuinum & quod mente concipitur, incidens verò in pulchritudinem corporis conſpicui, & vſus tanquã inſtrumento quodam recordationis, amplectitur & amat, & conſuetudinem habens ac hilaris,

hilaris, magis adhuc cogitatione ardet. Et neque cum corporibus hîc manentes, lumẽ hoc desiderantes, & admirantes quiescunt: neque cùm illic sunt post mortem, huc iterum reuersi & fugientes in foribus & thalamis nouorum maritorum se volutarunt, spectra tristia in somnijs apparentia, virorum & mulierum voluptates & corpora amantium, quibus immeritò amatorij nomen tribuitur. Nam qui re vera est amatorius, vbi est illic, & in pulchrorum consuetudinem veniens, quatenus licet euolat præ gaudio & bacchatur, & perpetuò manet circa eundem Deum, saltans & oberrans, donec veniens iterum in prata lunæ Venerisq; & dormiens alteram inchoet generationem. Verùm hæc altioris sunt instituti, quàm præsentes postulent sermones. Amori autem quemadmodũ alijs etiam Dijs talis est natura, vt Euripides inquit, Gaudet si in honore ab hominibus habeatur, & contrà. Est enim maximè beneuolus ijs qui ipsum*cõcinnè accipiunt, grauis verò ijs qui sunt contumaces. Nam neque Iupiter hospitalis tam citò insectatur & aggreditur iniurias supplicum hospitum, neq; Iupiter Natalitius exe-

*eleganter excipiunt,

crationes

crationes parentum, vt citò audit amatores violatos & ſpretos,puniens ineptos & ſuperbos. Quid cenſendũ,dicet aliquis de Euxyntheto,& Leucomantide, quæ adhuc in Cypro obliquè aſpiciens vocatur? Sed fortaſsis non audiuiſtis pœnam Gorgûs Creſſæ, quæ idem quod illa obliquè aſpiciens , paſſa eſt? Verùm illa conuerſa eſt in lapidem,cùm caput inflexiſſet , vt aſpiceret amatorem qui efferebatur. Gorgûs verò amore Aſander quidam captus eſt, iuuenis probus,& genero clarus , qui & à ſplendida fortuna ad humilitatem & ſordes deuenerat , nec tamen ſe indignum rebus magnis iudicauit. Sed cùm eſſet Gorgûs cognatus , eam vxorem poſcebat,quæ (vt par eſt) ob diuitias à multis expetebatur , & multos habebat procos. Habebat ille multos & præclaros riuales, omnes tamen procuratores & familiares eius in ſuam ſententiam pertraxerat. Adhuc ſanè quæ cauſæ & generationes amoris vocantur,nullius quidem generis ſunt peculiares,communes verò ſunt vtriuſque.Etenim ſpectra quæ proculdubio amatorijs viris ſubeunt & percurrunt,vt moueant & titillent tumorem, qui vnà cum alijs figuris ad ſper-

ma

ma defluit, fieri non poteſt vt à pueris proueniant, neq; à mulieribus. Et has pulchras & ſacras recordationes quibus alas anima aſſumit, vocamus nos ad pulchritudinem illam diuinam cœleſtemq; & veram. Quid igitur vetat, prouenire quidem à pueris & iuuenibus, & à virginibus & mulieribus, cũ mores caſti & ornati, conſpicui fiunt, in pulchritudine & gratia formæ. Quemadmodũ calceus aptus oſtendit pedis pulchritudinẽ, vt dicebat Ariſton. Cumq́ue in formis pulchris, & corporibus puris, vident qui poſſunt id percipere, veſtigia animæ ſplendida, quæ ſunt recta & emollita? An non ſi voluptatis amator interrogatus, inclinet'ne potiùs ad fœminam, quàm ad marem, reſpondeat, vbi adeſt pulchritudo, dextrè videbitur & aptè reſpondiſſe, cupiditatem declarans. Qui verò pulchritudinem amat & eſt generoſus, amore capitur non habita ratione pulchri, & generoſi, ſed differentiæ partium. Et vir equorum ſtudioſus, non minus amat generoſitatẽ*Podargi, quàm Aethem Agamemnoniam. Et venationis ſtudioſus, non ſolùm gaudet maribus, ſed & canes fœminas ex Creta & Lacedemonia nutrit. Qui verò

* equus apud Homerũ Ilia. χ. verſu 295.

verò pulchritudinem amat & humanitatem non eſt æqualis ſcilicet neque ſimilis vtriſq; generibus? Sed putat quemadmodum veſtium, ſic eſſe differentias amantium mulieres & eorum qui viros amant. Atqui affirmant formam eſſe florem virtutis. Negare verò fœminam florere, & nõ dare indicium indolis bonæ ad virtutem abſurdum eſt. Aeſchylus enim rectè ſcripſit:

Ardens puellæ non ocellus me latet,
Experta thalamos quæ viriles eſt ſemel.

Vtrum igitur impudicorum & perditorum corruptorumq; morum ſigna in formis mulierum occurrunt, ornati verò mores & pudici nequaquam in forma ſplendent? Multa, inquies, inſunt & ſimul apparent, nihil verò amorem mouet neque allicit, neutrum autem horum eſt veriſimile, aut verum, ſed communiter (vt demonſtratum eſt) omnia inſunt generibus illis amoris, perinde ac ſi vacuum conſiſteret*. At nunc, ô Daphnæe, aduerſus illos pugnemus ſermones, quos nuper Zeuxippus diſſeruit, faciens amorem idem cum cupiditate inordinata, & quæ animam ad intemperantiam adducit. Non ſibi hoc ipſe perſuaſit, ſed ſæpe au-

* Deſunt quædam.

e diuit

diuit ab hominibus moroſis & ab amore alienis. Alij quidem inijcientes miſeras mulierculas paruis dotibus attractas cum pecunijs in œconomiam, & illiberales cogitationes diſſentientes quotidie, in ſua habent poteſtate. Alij verò delectati pueris potiùs quã mulieribus, vt cicadæ in ſcillam vel aliquid ſimile, ſemen emittunt. Sic celeriter ſemen emittentes in corpora occurrentia, & fructum inde colligẽtes, valere ſinunt nuptias, aut earum præſentium nullam habent curam, neq; amare neq; amari volunt. στέργεσθαι autem & στέργειν vna litera mihi vidẽtur differre à στέγειν, id eſt, continere, & ſic protinus oſtendunt beneuolentiam mixtam eſſe neceſſitati, quæ poſita eſt ſub tempore & con ſuetudine. Ille autẽ cui amor hęſerit quemq; inſpirauerit, primùm quidem è Platonis republica meum & non meum occupabit. Neque enim ſimpliciter omnia amicorum bona ſunt communia. Sed corporibus diſtincti, animas vi adducunt & colliquant. neq; volentes, neque exiſtimantes duas eſſe. Deinde mutua vtuntur modeſtia, qua potiſſimùm egent nuptiæ. Exterior quidem & quæ præfert vim legum libidini præ manibus

* amari autẽ & amare pamihi differre videntur àtolerare.

bus semper est simul habitantibus pudore & metu coërcens, instar multorum frænorum, & gubernaculorum. Amor verò adeò particeps est continētiæ & ornatus & fidei, vt siquando attigerit animam etiam intemperantem, auertat ab alijs amatoribus, excindens quidem audaciam, & frangens arrogantiam & intemperantiam, inijciens verecundiam & silentium, & circumponens quietem & figuram ornatam, facit vni obedientē. Nostis sanè fama Laidem illam celebrem, & à multis expetitam, imò potiùs de qua duo maria pugnabant, quoq; pacto Græciam incenderit amore sui, & nosti quo modo ob amorem clam è Græcia discesserit. Postquã verò amor Hippolochi Tessali eam tetigit, relinquens Acrocorinthum, qui cærulea alluitur aqua, & fugiens clàm ab alijs amatoribus, quorum magnus erat numerus ornatè * incedebat. Mulieres autem quæ illic erant, inuidentes & æmulæ eius ob pulchritudinem, in templum Veneris eam deducentes lapidibus obruerunt, interfeceruntq;. Quare, vt verisimile est, templum illud etiam nunc Veneris homicidæ vocant. Scimus sanè etiam ancillulas fugisse domi- * euasit.

 norum

norum congressum, & priuatos homines despexisse reginas, cùm in anima haberent amorem dominum. Quemadmodum enim Romæ aiunt designato eximio Dictatore, abrogare eorum imperium qui alios habebant magistratus, sic quibus amor factus est dominus, liberati ab alijs dominis, principibusq́; & emeriti, per totam vitam degunt vt qui inseruiunt sacris. Generosa autē mulier, amore coniuncta viro legitimo, potiùs sustinebit amplexus vrsorum & draconum, quàm contactum & concubitum viri alieni. Cùm autem copia sit exemplorum, apud vos, qui Dei illius choros & sacra simul frequentatis, tamen indignum est vt prætermittamus exemplum de Camina Galla. Synorix enim Gallorum potentissimus, captus amore huius quæ eximiæ erat pulchritudinis, & Sinato tetrarchæ nupserat, Sinatum interficit, quòd viuente Sinato non posset mulieri illi vim inferre, neque eam in suam sententiam adducere. Erat autem Caminæ refugium & mali solatium, religio patria Dianæ, & apud Deam frequenter versabatur, nullum ex procis admittens, qui multi erant & potentes. Sinorigis tamen qui ausus

ſus eſt de nuptijs colloqui, non fugit colloquium, neque eum de ijs quæ facta fuerunt reprehendit, tanquam Synorix ad id fuiſſet impulſus amore & deſiderio eius, non alia improbitate. Venit ergo ille confidens, & nuptias popoſcit. Ipſa verò obuiam occurrit, & dextram eius comprehendens, atque eam ad aram Deæ deducẽs, libauit ex phiala mulſam (vt veriſimile eſt) veneno permixtam. Deinde cùm ipſa mediam ferè partẽ præbibiſſet, Gallo illi reliquum tradidit. Poſtquam verò eum bibiſſe conſpexit, maxima voce * exclamauit, & mortui nomen, *vlulauit, hunc, inquit, diem chariſſime vir expectans, ſine te moleſtè viuebam. Nunc autem me gaudens excipito, pœnas enim tua cauſa ſumpſi de perditiſsimo hominum, facta lubenter tibi quidem vitæ, huic verò mortis ſocia. Synorix ſanè geſtatus lectica, paulò poſt vitam finiuit. Camina verò cùm diem & noctem ſuperuixiſſet, magna cum fiducia & hilaritate obijſſe dicitur. Cùm multa ſimilia contigerint, & apud nos & apud barbaros, quis perpeti poterit eos, qui Venerẽ inſectantur, tanquam adiuncta & præſens amori, amicitiam conciliari vetet? Conſue-

tudinem autem maris cum mare, contumelia potiùs & insultũ dicere poteris, si sapis. Labes nefanda est, non Venus tale facinus facit. Quare eos qui lubenter talia patiuntur, in pessimo vitiorum genere ponentes, neque fidimus eis, neq; veremur eos, neq; amamus. Sed re vera iuxta dictum Sophoclis, istis amicis volupe priuari, quibus hæscere, votis maximis fugere expetunt. Qui autem nequaquã sunt natura mali, sed decepti aut coacti seipsos dediderunt & prostituerunt, nullum hominem habent quandiu viuunt magis suspectũ, neq; quenquã magis oderunt, quàm qui eos sic tractarunt, & acriter vlciscuntur, nacti temporis oportunitatem. Archelaum enim Crateus amasius interfecit, & Phereum Alexandrum Pytholaus. Periander autem Ambraciatarum tyrannus, interrogauit amasium, num adhuc vterum gestaret, & ille indignatus tyrannũ interfecit. Mulieribus autem matrimonio coniunctis, hæc simul sunt amicitiæ principia, veluti magnorum sacrorum communiones, & exigua est quidem voluptatis portio. Honor verò qui ab hac quotidie nascitur, & gratia, & mutua dilectio, & fides, probat

bat Delphos minimè delirare, quòd Venerem vehiculum appellent, neq; Homerum, qui talem congressum amicitiam vocat. Et testimonio est Solonem fuisse peritissimnm legislatorem in ijs quæ ad nuptias attinent, qui iubet vt vxori accedatur, non minus quàm ter in mense. Non propter voluptatem. Quî dum? sed quemadmodum ciuitates temporis interuallo fœdera mutua renouant, sic sanè volebat nuptias renouari ex figuris vtrinque collectis vnoquoque tempore in tali * hilaritate. Sed multa fiunt improbè & furiosè ab ijs qui mulierum amore tenentur? An non fiunt plura ab ijs qui pueros amant? familiatitatem intuens lapsus sum, iuuenculus imberbis, delicatus & pulcher, cui insitum est, vt moriar & epigramma habeam. Cæterùm quemadmodum affectus hic est furor erga pueros, ita neutrum est amor. Absurdũ sanè est affirmare, mulieres nõ esse alterius virtutis participes. Quorsum enim opus est loqui de temperantia & prudentia earum, insuper verò de fide & iustitia? Nam & fortitudo, & audacia, & magnanimitas in multis cõspicua, est sanè præter alia secundùm naturam earum, quamuis

*voluptate.

vituperentur. Grauè eſt omnino pronunciare ad ſolam amicitiam eſſe parum idoneas. Etenim liberos amant, & maritos, & charitas in eis veluti regio generoſa, & quæ amicitiam admittit, non eſt expers ſuadelæ neque gratiarum. Quemadmodum poëſis ſermoni accommodauit concinna carmina metráque & rythmos,& inſtitutionem quæ ab eo prouenit acriorem effecit, & nocumentum quod minus vitari poſſet. Sic natura ornans mulierem venuſtate oculorum, & vocis ſuauitate & forma ad ſe alliciente, intemperanti quidem ad voluptatem & deceptionem,temperanti autem ad concilian dam beneuolentiam & amicitiam viri magnopere profuit. Plato quidem hortabatur Xenocratem,qui alijs in rebus erat generoſus & eximius, ſed moribus erat præditus auſterioribus, vt gratijs ſacrificaret. Cæterũ hortari aliquis poterit mulierem probam & pudicam, amori ſacrificare, vt propitius & benignus per nuptias domi ſimul maneat, & rebus muliebribus faueat, ne maritus ad aliam accedens,cogatur proferre voces illas ex comœdia, Infelix ego qualem mulierem iniuria afficio: In nuptijs enim amare præſtantiùs

ſtantiùs eſt bonum, quàm amari. Nã à multis auertit delictis, imò potiùs ab omnibus quæ corrumpunt & euertunt nuptias. Affectum autem illum qui in principio accidit, & mordet, ne timeas ô bone Zeuxippe, tanquam vlcus aut viæ apertionem. Quamuis nihil mali fortaſſe ſit, per vlcus, vt ſolent arbores, cum muliere proba coaleſcere. Vlceratio verò principium quoq; eſt conceptionis. Mixtio enim non eſt eorum quæ minimè inuicem patiuntur. Mathemata verò pueros in principio perturbant, & philoſophia iuuenes, ſed neq; in his perpetuò manet morſus, neq; in amatoribus. Sed quemadmodum humidis inter ſe commixtis ſic amor in principio feruorem quendam & tumultum facere videtur, deinde temporis progreſſu ſedatus, & expurgatus, exhibet affectum firmiſſimum. Hæc eſt re vera mixtio, quæ per tota fieri dicitur. Mixtio aliorum amatorum qui vnà degunt, iuxta Epicurum, contactibus & amplexibus, videtur admittere colliſiones & diſiunctiones, at nõ facit talem vnitatem qualem efficit amor, nactus nuptialem communionem. Neque enim voluptates proueniunt ab alijs maio-

res, neque vtilitates frequentiores ad alios, neque alterius amicitiæ pulchritudo, laudabilis adeò & optanda, quàm cùm vir & mulier domum habent concordes. Etenim lex auxiliatur, & natura ostendit Deos egere communi generatione & amore. Sic poëtæ dicunt terram à cœlo amari, & Physici lunã à sole amari, & cum eo congredi & ab eo concipere. Non est necesse terram matrem hominum, & generationem omnium animalium & plantarum interire & omnino extingui, cùm vehemens amor, aut pars Dei, materiam relinquit, & desinit cupere & sectari, quod inde prouenit principium & motum. Cæterùm ne longè vagari videamur, aut nugari nimis, scis quàm multa parum firma dicant pueriles amores, & quomodo per iocum dicant, sicuti ouum, amicitiam eorum tripliciter diuidi: ipsos verò instar pastorum verno tempore degentes in locis germinantibus & floridis, protinus è regione hostili castra mouere. Quoniam autem contumeliosus Bion sophista, capillos pulchrorum Harmodios vocabat & Aristogitonas, tanquã simul ab ipsis à pulchra tyrannide amatores liberarentur. In his quidẽ iniust

iniuſtè veros amatores accuſat. Faceta autẽ ſunt Euripidis dicta: Inquit enim amplectẽs pulchrum Agathonem, formoſorũ pulcher autumnus excipit, & hyems quæ minimè abundat canis & rugis, ſed vſque ad ſepulchra & monumenta formoſa perdurat. Pauca licet enumerare paria amorũ puerilium, & multas muliebrium, in quibus ſit omnino fidei communio, & quæ excellant fide & animi promptitudine. Volo autem recenſere quidpiam ex ijs quæ noſtra memoria ſub Cæſare Veſpaſiano acciderunt. Iulius enim qui in Gallia mouit defectionem, multos alios, vt credibile eſt, habuit ſocios, & Sabinum iuuenem non ignobilem, diuitijs verò & gloria omnium hominum clariſsimum. Cùm ergo res magnas eſſent aggreſsi, fruſtrati ſunt, & cùm ſe pœnas daturos expectarent, alij ſeipſos interfecerunt, alij verò in fuga capti ſunt. Sabino autem alia quidẽ facilè concedebant, vt ſe proriperet, & ad barbaros confugeret. Duxerat verò vxorem præſtantiſsimam, quam illic quidem * Emponen vocabant, Græcè verò Heroida appellare poſſumus. Non poterat eam relinquere, neque ſecum adducere. Cùm ergo

* Emponinã. ſic Tac. lib. 20.

haber

haberet in agro repoſitoria pecuniarũ ſubterranea, quæ ſoli duo liberti nouerant, alios quidem domeſticos diſcedere iuſsit, tanquam vellet ſeipſum veneno interficere, aſſumens verò duos fideles, deſcendit in ſubterranea, & miſit ad vxorem Martalium libertum, qui renunciaret venenoeum periſſe & cum corpore habitationem fuiſſe com buſtam. Volebat enim vti vero luctu coniugis ad confirmandam ſui interitus famam, id quod euenit. Nam ſeſe temerè proijciens cum gemitu & luctu tres dies & totidem noctes ſine cibo perdurauit. Cùm Sabinus hæc intellexiſſet, & timeret ne omnino ſeipſam interficeret, iuſsit vt Martalius clàm ei declararet, ſe viuere in latebris, & vt eam rogaret pauliſper in luctu perſiſtere, ſic tamen vt non eſſet in diſsimulatione paulò affectatior. Cùm in alijs quidem mulier commodè perſonam ſibi demandatam ageret, ad confirmandam veri luctus opinionem, deſiderio viri videndi abijt noctu, & rurſus redijt. Poſteà verò clàm alijs parum abfuit, quin cum marito apud inferos habitaret, demptis ſex totis menſibus, quibus cùm ornaſſet Sabinum, veſte & Cæſarie, & capitis

alligat

alligatione incognitum, Romam ſecum deduxit, comitantibus aliquibus. Cùm autem nihil profeciſſet, rurſus rediit, & frequenter erat cum eo ſub terra, aliquando in ciuitatem veniebat, & à mulieribus amicis & domeſticis conſpiciebatur. Et quod eſt omnium maximè incredibile, ſeſe cum alijs mulieribus lauans, ſic vterum geſsit, vt à nulla* deprehenderetur. Medicamentum enim quo mulieres illinientes comam, auream flauamq; reddunt, pingue quoddam habet, quod carnem generare aut laxare po teſt, ita vt inducat veluti quandam dilatationem aut tumorem. Cùm ergo hoc copiosè vteretur in reliquis corporis partibus, ſublatæ ac plenæ ventris tumorem celabãt. Pariendi verò dolores ipſa tacitè paſſa eſt, vt Leæna ſolet in antro, latens apud virum, & natos duos leunculos clàm educauit: nam duos peperit maſculos. Ex his filijs alter in Aegypto perijt, alter haud ita pridem fuit apud nos in Delphis, nomine Sabinus. Illam quidẽ ſanè Cæſar interfecit, ſed cùm interfeciſſet, breui tempore dedit pœnas, omni ſuo genere funditus ſublato. Nihil enim crudeliùs factum eſt toto eius imperij

*cognoſcere-tur.

tempor

tempore, neq; aliquid vnquam contigit, à quo magis par erat Deos & dæmonas oculos auertere. Quamuis commiseratione͂ spectantium eximeret fiducia eius & magnanimitas, qua potissimũ irritabat Vespasianum, postquam de salute desperauit, petens ab eo veniam excedendi è vita: se enim suauiùs dicebat in tenebris & sub terra vixisse, quã illo regnante in luce. Ad hunc modum hîc, dicebat pater, sermonem de amore finem habuisse, cùm ipsi iam Thespiensibus appropinquarent. Et conspectum esse Diogenem vnũ ex Pisiæ amicis accelerato gradu ad eos accedere. Cùm autẽ Soclarus dixisset ei qui adhuc procul erat, an nuntias bellũ ô Diogenes. Respondit ille an non bene animabimini, cùm aguntur nuptiæ, & venietis citiùs ad nos, cùm sacra vos expectent? Omnes quidẽ alij gauisi sunt, Zeuxippus autẽ visus est tristis. Primus tamen quà poterat Ismenodoræ veniam dedit, & verò volẽs accepit coronã & vestem albam, paratusq; est per forum ad Deum deducere. Sed eamus per Iouẽ, inquit pater, eamus, vt rideamus simul cũ marito, & Deum adoremus. Certũ enim est eum hilarẽ & propitium rebus quæ gerũtur adesse.

FINIS.

MARTA VALERIA ARNOLDI FERRONI, *hæc congerebat.*

*

ZENODNOTI.

Ad liquidos fontes quis ſæuum inſculpſit amorem?
Scilicet hunc ignem ſedet vt vnda fluens.

ARCHIAE.

Aereus extat amor ſimili conflatus ab igne
Sic merita pœna torruit autor opus.

LVCILLII.

Sæue puer credêre Deus ſi tela in vtrunque
Torſeris, at non tum, cùm feris alterutrum.

ARCHIAE de Ioue verſo in Dianam.

Heu fuge Caliſto? non ſunt hæc oſcula Phœbes,
Sed faciem indutus Iuppiter eſt Triuiæ.

CVR VENVS ſuem nolit videre ex Nonnii Dyoniſiacis.

Mars quia Zelotypus ſpeciem ſuis improbus olim
Mentitus pulchrum lætali vulnere Adonin
Conficeret.

PHILIPPI DAPHNE in lectulum meretricis ex lauro.

Vnius heus thalamos fugiens, meme ipſa peremi
At quorſum hoc? multis ſi iaceo thalamis?

DE duob

De duobus inæquali sorte amantibus.

Pestiferas habitare domos Coruinus amator
Non timet vt dominæ stetq́ cadatq́ suæ:
At sponsæ in thalamos Spinatius ire recusat,
Quod dotem iusti ponderis esse neget:
Qui sciet hæc: meritò dementem dicet vtrunq́
Debuit hic nummis parcere, at ille sibi.

RECOGNITA QVAEDAM.

Hos siue scriptis, ὃς εἴτε γεγραμμένος. *hæc verba (ni fallor) non rogantis sunt, sed promissa postulantis: ideoq́ sic interpretor, quem à nobis rogatus, modò narraturus es, siue eum scriptis mandaris, siue memoria tenes, quòd ea de re sæpissimè patrem rogaueris.*

Scis'ne quantum, οἶτα ὅσον. *nihil aliud hîc est* ὅσον *quàm quid, vt & alibi sæpè. Itaq́ sic interpretor: Scis verò quidnam à te postulaturi simus.*

Sed sciam vobis dicentibus, ἀλλὰ εἴσομαι λεγόντων. λεγόντων *aoristus est in participio, ideò sic verto: minimè sed cùm dixeritis tum sciam.*

Noli ἄφελε *respondebit Græco si ita dicatur: Parce orationi inserere, & cæt. Poëticum tamen hoc parce, sed mirè conuenit Græco.*

Cursus διαδρομάς. *decursus si dicatur respondebit Græco, sed ego anfractus dicerem.*

Et quæcunq́ alia, & cæt. καὶ ὅσα ἀλλὰ τοιούτων *&c. locus est obscurus, nec ausim improbare interpretationẽ: at modò sic intelligo. Parce inserere prata & vmbras & cætera eiusmodi quæ plurimi quidem non probant, voluntq́ Helissum & cætera à Platone describi auda-*

ℓter magis quàm appoſitè.

Quorſum τί δὲ. quid verò indiget.

Recta eſt oratio ἐυθὺς. hîc ἐυθὺς aduerbium eſt, non nomen: vbi autem legitur ἑξῆς legendum ἐξ ἧς. Senſus ergo eſt, quid verò opus habet hæc narratio proœmÿs? Statim ab initio occaſio vnde ſermo cœpit chorum poſtulat: nam chorum non ſaltationem dicendum. Intelligit enim tantas eſſe turbas in ipſo initio narrationis vt choro tragico opus ſit. Itaq; oſtendunt ſequentia verba: σκηνῆς καὶ δράματος hîc enim δρᾶμα tragœdiam ſignificat, vt alibi ſæpè.

Vnà ſeruet. καὶ συνανασώζειν τόν μῦθον. Vt vná mecum eius narrationis memoriam reuocet.

Morum gratia maximè ornatum. μάλιϛα ἐυημερῦντα. Intelligo cui in eius amore inter omnes procos optimè res ceſſerat: aut cui in eius amore magis quàm cæteris procis ſecundæ res erant.

Duos itaq;. δύο δὲ. duos aut tres fermè dies in ciuitate vnà fuerunt ſemper in palæſtris aut theatris philoſophantes. &c.

Per Iouem. νὴ Δία. non memini apud Latinos me legiſſe per Iouem in eo ſenſu, quo Græci dicunt νὴ Δία. Verterem ſanè.

Formoſa ſatis. ἱκανὴ τὸ εἶδως. forma idonea dixit Terentius, & ni fallor exprimit Græcum.

Et proferens. de eo adÿciendum cenſeo.

Prædam venabantur. συνκυνηγοὶ. hinc demo prædam.

Poſt verbum deliberaret, deeſt interpretatio eius inciſi ὧν ὁ μὲν &c, vſque ad verbum ὁ δὲ. Volunt autem ſibi ea verba quorum hic quidem eius erat frater

f patruel

patruelis, & quidem grandior natu.

Euertendum obijceret. προιέμενον. *dederat.*

Vt illis non visis & in eis nouus. ὡς αὐτῶν ἀθέατος καὶ νεαρὸς *vt ea non respiciat, sed semper puer. &c.*

Ex præmunitione. ἐκ παρασκευῆς. *ex composito.*

Oblitus sermonum. λόγων. *literarum intelligo.*

Vel minima cum mulieribus. τῇ γυναικονίτιδι μετέστιν *veri autem amoris nullum est in mulierum thalamis vestigium.*

λήθη δὲ λόγων. *oblitus autem est sermonum.* λόγοι καὶ λόγος. *apud hunc autorem & alibi sæpè significant studia bonarum artium, vt indicat locus apertus in principio libri* περὶ τῆς τῶν παίδων ἀγωγῆς. *Itaque interpretor, hinc nulla iam amplius studiorum in literis, nulla amplius patriæ cura.*

ἀμέλει. *profectò. Nimirum enim Protogeni huiusmodi aliqua causa peregrinationis fuerat: aut Scilicet.*

ἢ τῇ γυναικωνίτιδι μέτεστιν. *cum mulieribus. In fœminarum thalamis reperitur.*

Voracitas quædam & vitæ cupiditas appellatur. λαιμαργία τις ἢ φιλοψυχία. *omnino malè legitur* φιλοψυχία *nullo sensu: legendum haud dubiè* φιλοψία *immoderata cura ciborum. Sic idem autor vsus est* τῶν συμποσιακῶν τετάρτου προβλήματι δ.

νέαν. *mollem, florentem, & vegetem intelligo.*

οὐκ ἐθέλει παραμένειν. *non vult expectare, amplius non durat.*

οὐδὲ θεραπεύει τὸ λυποῦν καὶ ἀκμάτον. *quippe qui nec forma mouetur, nec angitur, eamque non aliter colit nisi fructum ferat amicitiæ & virtutis secundùm mores amatorum & ingenia.*

πόθω

πόθῳ ςίλϐων. desiderio, cupiditate : Verbum est Ciceroni familiare in hac significatione, vt respondeat πόθῳ τῆς ἀξίοις ἐπιμελείας. sedulitate necessaria, ad personas non ad res refertur , adhortans eos qui eius cura digni sunt.

Alij quidem irrident eos. ἕτεροι μὲν γὰρ. Nam alij risum non tenebunt.

δεῖ δὲ τινὸς εὐπρεπείας. Decore autem quodam, honestum quendam prætextum intelligit per εὐπρέπειαν: vt loquitur Quintilianus.

ἀφροδισίων παιδικῶν κοινωνία. nulla Venere participes sunt , nulla est in amore puerili Veneris communicatio.

ἐπιλαϐέσθαι apprehendisse. non apprehendisse , sed reprehendisse.

τόδε ἐξοπλίζειν τοῦπος ἀργεῖον λέων. Illud verò est & cæt. Versus est Iambicus. Sermone inermi conuenit Græcis loqui : nam ἀργεῖον λέων, argiuum populum significat.

Comprehensam propemodum. μόλις συνεχομένην. vix teneri.

συνδιακεκαλυμμένῳ καὶ νέμοντι πυρὸς. contendo & pleno igni : intelligit Daphnæum , modò amare perditè Lysandram, non eius forma captum , sed quòd multus illi vsus esset cum quodam qui eam deperibat, & qui erat διακεκαλυμμένος καὶ νέμων πυρὸς προσηκόντα. reclamat , scilicet quòd & iudices offendo & mihi ipsi noceo.

ἐμοῦ γε ἕνεκα πάσαις γυναιξὶν ἐραστήν. Sensus est, Contendo igitur id antè præfatus per me licere huic adolescenti amare quamlibet mulierem.

μέγα γὰρ ἂν ἐλαφρᾷ. *magnum &c. nam in ea ætate etiam nuberet quantumuis humili & obscura: difficile tamen esset in ea coniunctione eum vt vnum temperatum locum suum tenere.*

δοκοῦσαν. *sperare, quodammodo veluti regnare.*

περικόπτουσι. *contemnunt & irrident. Sensus est: quidã cùm vxores locupletes duxerunt, ipsi sponte earum diuitias vt animi pinnulas amputant, ne his sublatæ auolẽt. Nam sic interpretandũ esse locum suadent verba & locus planus paulò infrà in his verbis,* πλοῦτον μὲ αἱρεῖσθω.

κἂν μένωσι. *melius est si enim vxores diuites maneant.*

ταῦτα γὰρ ἐρωτικά. *totus hic locus corruptus est.* Φυγεῖν τις ἂν ἔχοι. ἔχοι *lego. Sensus est, eam verò quæ se amare fatetur nemo non debet fugere & execrari nõ vxorem ducere &c.*

παυσαμένου δὲ τοῦ πρωτογένους. *cùm autem & cæt. intelligendum est Daphnæi hæc esse verba, & fortaßè deest in Græco* δαφναῖος. *sensus est, vides quomodò dum semper ad communem hypotesin redit eò nos adducat nõ inuitos vt necesse sit restim sequi, & amorem nuptialem in genere defendere.*

Posteà Anthemion respondet intelligo, inquit, quinimo & pluribus quàm anteà rationibus ab amore illos prohibere conatur, hoc enim significant ea verba ἀμύνει δεῖ πλειόνων νῦν αὐτοὺς ἐρᾶν. *Tu verò modò tantùm fer opem opibus quibus nos maximè nunc Peisias terret. sic sensus erit apertus. Vt autem sic intelligatur vbi legitur* εἰ δὲ βοηθήσων *reponendum* σὺ δὲ βοήθησον.

αἱ δὲ σώφρονες. *pudicæ. totũ hoc per interrogationem legendum puto. quid pudicæ? nonne eorum seueritas &*

contrac

contractum os habet aliquid graue & intolerandum, sed suspicor modò legendum κατερρυπωμένον, vt significet munditiem quam videmus ferè in pudicis.

κατεσυμμάτων. locus discutiendus.

Huius aras & cæt. ἧς ἱερὰ καὶ ναοὺς. sensus est. Belestiæ templa habent, aut certè Veneris Belesticæ Alexandrini sic imperante rege: nam vult non ampliùs ab Alexandrinis Belestiam vocatam, sed Venerem Belesticam.

ὠχυρωμένω. non est nomen proprium, sed sensus est, Antigonus cùm scriberet ei qui præsidio tenebat Munichiam, & in ea munienda erat occupatus, iußit nō tantùm vt torquem faceret validum, sed & canem inualidum: indicans scilicet vt Atheniensium opes frangeret.

δυσμιῶτα difficile enim duo conueniunt, cùm vtrumq; feruidum adhuc est, & in ipso iuuentutis flore.

παρεφύλαττε τὴν ὥραν. Sensus est, obseruauit horam qua solebat Bacchon eundo ad gymnasium pro foribus eius ire moderato gressu.

πλοῦτον χελιδῶσα &c. opibus affluens fœmina mortalia tantùm sapis.

Et nisi natura. καὶ εἰ μὴ & sanè cuius facilitatis & stultitiæ fuisset me celare, cui omnia cōmittebat consilia, quemq; hac in re maximè partes Ismenodoræ sequi sentiebat.

Nam cùm vult. ὅτι γὰρ ἂν θελήσω. nam quod concupiuerit amor, id vita, id opibus, id proprij nominis iactura redimit.

εἰληφέναι τὸν ἄνθρωπον ἐπίνοια. legendum τὴν ἄνθρωπον vt ad Ismenodoram referatur, mirè enim congruit dictum Pemptidis quod sequitur.

οὕτως ὁρῶν &c. sensus est, cùm viderem de amore

decertantes, cùm vterq; suum esse diceret, in mentem non veniebat mirari quòd diuinũ aliquid & eximium haberetur, cùm tantam eum viderem vim habere, vt cõpelleretur hinc, retineretur tamẽ, & ab vtrisq; coleretur. Itaq; tum silebam, videbam enim non tam publicam & communem esse disputationem, quàm priuatam disceptationem. Nunc autem &c.

Οὐδ' ἄκρας τὸ σοφὸν εὕρηται *&c. Versus est Iambicus: vult autem differentiam esse inter ea quæ ad sapientiam, & ea quæ ad pietatem pertinent: vt ea quæ ad scientiam spectant, tota penitus mente exquirenda sint: at ea quæ pietatis sunt non sic in disquisitionem reuocanda sint, quoniam si in vno pietatis sedes & basis labefactetur, tota religio corruat.*

Ζεὺς γὰρ οἶδα. *Locus hic mihi videtur lacer, cogitandum est.*

ὥστε παρεὶς γραφῆς. *Nullo sensu legitur* παρεὶς γραφῆς: *legendum omnino* παρεισγραφῆς *vnico verbo & sensus constabit bellißimè. Significat autem, Non modò sibi aram poscit amor, nec aduena irrepsit inter homines delitias sibi poscens, vt illi cauendum sit ne causam dicat quòd se subiecerit (hoc enim est* παρεισγραφεῖν*) cùm legitimus non sit, se tamen deis inserat.*

πόῤῥω γὰρ οὐκ ἄπειμι. *sensus est, Nam vt non longè discedam à re proposita (nempe à sermone de amore) ipsa Venus si de ea quæratur demonstrari non potest.*

ἔρωτος δὲ πάρεργόν ἐστι ἀφροδίτη. *Sensus est, Hæc quidem hominũ renouatio adanimata Veneris est opus. Hæc Venus cùm adest amor amoris est* πάρεργον: *si autem abest Venus, etiam est vilis, ignobilis, non optanda: Sic enim probat quæri non debere vtrum amor Deus*

sit

ſit cùm de Venere non quæratur quæ tamen perfectè eius ſit πάρεργον ac ſi abſit res nullius precij.

καὶ πάλιν ὦ τῶδε. *mihi quidem locus eſt corruptus.*

καὶ ἄλλο πρὸς ἄλλον. *Homerus, inquit, homicidam vocat & multa in illum continua conuicia aggerat, intelligit de verſu qui eſt ni fallor Iliad. β.* ἆρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφονὲ τειχεσιπλῆτα, *ſunt enim ibi tria in Martem conuicia* ἄλλο πρὸς ἄλλον. *Noſtri Galli dicunt appoſititius l'un ſur l'autre: Nunc prior verſio magis arridebat.*

οὐ γὰρ νύμφαι τινὲς. *totum hoc per interrogationem legendum.*

ἀλλὰ θνητὸν ἅμα ψυχαῖς. *ſuſpicor corruptum eſſe locũ, non eſt planus ſenſus nec conſtat ſecundus Iambicus.*

γλυκὺ γὰρ θέρος. *Amor enim in corde penitus cupiditatem ſerens, cupiditatem, inquam, dulcem viri æſtatem, id eſt, ſegetem.*

παντὸς μᾶλλον. *hoc idem potiùs quàm quiduis aliud.* παντὸς *enim non* παντῶς *legitur & rectè.*

ἔχει καὶ ταῦτα. *habent & hæc. Intelligo id dicere Zeuxippum, habent certè mea quidem ſententia & amatoria non alienum quendam, ſed aliquẽ proprium & ſuum præſidem & propugnatorem.*

ἐπιλάβοιτο τοῦ λόγου. *rationi ſunt conſentanea. Ipſe interpretarer: ad rem faciunt, vel propoſitam quæſtionem tangunt. Dicerem igitur id etiam quod à Platone dictũ eſt, licet longè à propoſito diſtet, tamẽ ad remfacit.*

ἀρχὴν κρείττονος. *qui occupat principium. dupliciter hæc verba accipi poſſunt. Primò error ille & deflexio ratiocinationis & mentis, qui non aliter oritur, quàm cùm ea vis animæ quæ nobilior eſt in nobis*

regnat vt sic victoria & principatus eius nobilioris pi-tentiæ sit ortus & principium.

ἐνθουσιασμοῦ. *aliter intelligi potest, idem haberi principium enim errorem & furorem quod habet præstantior animæ potentia.* λογικὴν *autem intelligit.*

ἐναλλαγῆς ἐν ἀνθρώπῳ καὶ παρατροπῆς. *furorem & errorem intelligit, id est,* ἐνθουσιασμὸν. *deprauationem autem vertere durum videtur.*

βούλομαι τουτονὶ Πεμπτίδην ἐρέσθαι τι. *dicitur amor vnus &c. Parum aut omnino non corruptus mihi videtur hic locus. Sic autẽ esse accipiendũ censeo. Plato furorẽ quendã esse putauit qui ex corporis intemperie profectus, animum afficit, hic malus est & morbosus. alter est merus furor animi, qui generali nomine enthusiasmus appellatur. huius quatuor species sunt. manticus hic vatum est: bacchicus hic est menadum & coribantum: poëticus hic est vatum: bellicus hic est militum. & singuli quidẽ suos habent Deos præsides: manticus Apollinem: bacchicus Dionysium: poëticus Musas: bellicus Martem. At non dubium alium dicunt esse furorem, nec eum quidem segnem, qui dicitur amatorius. Quis igitur Deus, ô Pemptide, quatit hunc fructiferũ thyrsum amatorium: quis regit hunc enthusiasmum longè acerrimum & calidissimum erga fœminas.*

καὶ οὐκ ὥς τις εἶπεν. *& nequaquam: id vult quod aliquis dixit de poëtis eorum versus esse: vigilantum somnia id verè de amatoribus dici potest.*

καὶ τὸ εἶδος καὶ τὸ ἦθος *&c. hic locus modicum memini desiderat. Non dubito tamen quin vbi bis legitur* συντονον *vltimo loco legendum* σύντομον.

μέγα μὲν σθένος. *atqui magnam habet. Venus addit*

enim

enim magnam victoriam. νίκας *enim in genitiuo dorico est, non accusatiuo plurali.*

τῶν Ταντάλε λεγομένων ταλάντων. *hoc vult, eã quæ modò ab omnibus deserta noctu vagabatur sine face, modò afflante amoris vento videre est in tanto esse pretio, vt talentis Tantali eiusq́ regno anteponi debere videatur. quæ fuerit gnathænion nescio, nec etiam an fuerit, nec hîc quid sibi velit.*

τῶν περὶ Νυκώστρατον. *phrasis est Græca: nihil autem aliud est quàm Nicostratus.*

ἐπὶ ταῖς τε Διὸς τιμαῖς. *sensus est, cùm pleriq́ inuenti sint, qui vt honores & dignitates assequerentur copiam vxorum fecerint, quenquam ne putas esse qui amasiũ prostituat, etiamsi premiũ lenocinij propositũ sit? vt amasio prostituto non aliter colatur qua ipse Iupiter.*

ἑτέρε δὲ τῶν ἑταίρων. *hoc vult, Cùm quidam sociorum Antipatridæ cum eius Psaltria lasciuius versatus esset, ipse Alexander erga eam bene affectus rogauit Antipatridam an & tu eam amas? qui cùm respondisset, & valdè quidem: Pereat dixit ille malus malè. & à Psaltria abstinuit, intactamq́ eam reliquit. vbi autem legitur* ἀποχέρεσθαι, *nullo sensu, legendum* ἀποσχέσθαι *abstinuisse.*

σκόπει *&c. rursus itaque considera, non hîc præfert amorem Marti, sed huic amorem commendat quòd non mollis sit nec effœminatus, sed quòd etiam in bellicis rebus strenuus sit, nec in bellorum periculis frigescat.*

οὐδὲν ἄρεος δεῖται. *non dicit amatorem non egere Marte ad pugnandum, sed dicit Martis esse plenum, id est, bellici furoris, sic enim semper interpretamur Martem. sic apud Homerum: sæpè Martem sumunt men-*

tes & arte gerentes. tamen & sensus rectè constat, si seruentur versionis verba.

ἐπὶ χαλκιδέων κάλλει πόλεσι. *puto legendum non* κάλλει *sed* θάλλει, *vt sit in vrbibus Chalcidensium, viget amor non sine animi fortitudine.*

ἀρδέτης ἐγγραφόμενον. *de huius loci interpretatione nihil dicam, prius quàm libros consuluerim: interim per interrogationem legendum hoc censeo.*

μόνον ἀήτλιστον ὄντα. *locus mihi videtur lacer.*

ὅτε καὶ μηδὲν δεομένοις. *Quare non egent. Ego intelligo, in bello quidem nullus vnquam hostis amatorem & amasium vlla vi disiunxit, cùm & soleant amatores amasijs ostendere fortes ne sint, an ignaui etiam, cùm nihil est opus. Sic forsan intelligi potest hic locus, tamen meo quidem iudicio mendo non caret.*

εὔναμος. *nomen est proprium,* ἀμφισσεὺς *autem nomen est patriæ.*

καὶ θείᾳ τινὶ τύχῃ ψαυσοὶ *legẽtes: puto nihil deesse, nisi* τοῦ ἀληθοῦς, *vt sit, rectè enim dicunt, & diuina quadam sorte accidit vt veritatẽ tangerent, cùm aiunt* θείᾳ *igitur legendum, & in lacuna* τοῦ ἀληθοῦς.

ὦ ἡράκλης. *hoc vult: pene me conciliasti Anyto cum quo veluti paternas gerebam inimicitias Socratis & Philosophiæ nomine: Anytus enim desertor fuit Socratis.*

ἰωμένη μούσαις. *eiaculans. non eiaculans, sed sanans, curans. Principium cuiusdam Idyllij apud Theocritum ad Niciam: explicat hunc locum.*

ἀλλ᾽ εἴτι μὴ Λύσανδρον. *secundùm Lysandrum in mentem reuocare oportet quod prius dicebat Pasias Daphnæum amare Lysandram. Itaq; sic legendum puto:* εἴτι μὴ δεῖ. Λυσάνδραν ἐκλέλησαι παιδίων. *nisi fortè*

propter

propter Lysandræ amorem antiquorũ iocorum oblitus es.

ταῦτα. quàm pulchrè: sic intelligo. Atqui hæc omnia quid aliud sunt quàm diuinus quidam afflatus. Deest enim manifestò ἐ ante θεολημψία.

ἐπὶ στόμα ἐᾶσιν. permittere vt per os egrediatur, quinimo vertendum puto in ore manere, sinere os non egredi. Et hoc quod minimè præterit quia suo loco omisit, id est, quod posteà rogatur vt dicat scilicet de fabulis Aegyptiorum.

καὶ γὰρ ἐστὶ παμμέγεθες. est enim longum.

ἴσως μὲν γάρ. disputationem persequitur. Iam verò arbitror, vt & in alijs fermè omnibus quæ nobis animi cogitatione non sensuum perceptione cognita sint, ea nos accepisse aut à poëtis, aut à legibus, aut ratione, sic & opinionem de Deis, &c.

ἀχαλκεύτοις πέδαις. intelligebat Euripides amorem colligatum pedicis, non æreis, neq; fabricatis, & loquebatur de amore vxorio qui non tam mutuo affectu quã pudore constringitur, vt indicant sequentia verba.

ἀλλ᾽ ὑπὸ πτέρου φερομένοις. lego φερομένης, vt referatur ad φιλίας καὶ κοινωνίας. In Academiam, inquit, coronatus amor deducitur vectus quadrigis bigisq; amicitiæ, & societatis, non qualem Euripides ait constrictam pedicis, non æreis frigidam ille quidem & grauem imponens pro re & vsu pudoris neceßitatem, sed alia quadam stipatus amicitia quæ pennis fertur volans per quæcunq; sunt in rerum natura pulcherrima & diuinissima, de quibus & ab alijs scriptum est diligentiùs.

βίαις ἀπάγει. non vacat mendo.

Tota hæc Aegyptia narratio mihi sanè est mystica, ideoq; manus hisce sacris non admoueo vsque ad eum locum

cum ὡς δὲ γεωμέτραι.

νῦν δὲ κατ' οὐδὲν ἀφροδίτην καλοῦντες. *qui verò terram Venerem: sic interpretor, qui verò Venerem terram vocant etsi nihil est quod eorum sententiam iuuet, capiam tamen aliquam similitudinem. Quemadmodum enim terra ob continuos in eam syderum aspectus quodãmodo cœlestis dici potest, certè locus est copulationis immortalium cum mortalibus, cùm tamen per se infirma sit & obscura in lucente sole, sic & Venus sublata Amoris luce.*

τὸν δὲ ζεύξιπον, *&c. Verba sunt Diogenis, qui narrat celebrari nuptias, & Zeuxippum quidem primo subtristem visum, sed nunc primum esse qui choream ducat.*

Hæc adnotare libuit, pleraq; autem sunt ex ijs quæ à Stephano Boëtho collega meo viro verè Attico & altero ætatis nostræ Budæo excepi.

Iulius enim qui in Galatia. adnotaui in Pini Tolosani codice (Gallia) legi. quod etsi non probari scio, quibusdã tamen veram esse Pini lectionem docet C. Tacitus libro xx. loquens enim de bello Gallico tempore Vespasiani & Claßico. Miscuere (ait) sese Iulius Tutor & Iulius Sabinus, hic Treuir, hic Lingo. Ac post plura: Intereà Iulius Sabinus proiectis fœderis Romani monimentis Cæsarem se salutari iubet, magnamq; & inconditam popularium turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem & nobis fidam. Nec Sequani detrectauere certamen: fortuna melioribus affuit: fusi Ligones, Sabinus festinatum temerè bellum, pari formidine deseruit. Vtq; famam exitu faceret, villam in quam profugerat cremauit. Illic voluntaria morte interijsse creditus. Sed quibus artibus,

tibus, latebrisq; vitam per nouem annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam, & insigne Epponinæ vxoris exemplum suo loco reddemus. Hæc Tacitus, cuius libri si ad nos integri peruenissent, nihil desideraremus. Nunc & locus hic Plutarchi ex eo lucem accipit, & illius historia suppleri potest ex Plutarcho: Sed Galatiam ex Gallia efferri notum quoque est.

Formas intelligibiles. hoc verbo vsum Ciceronem aiunt qui fragmenta Academicorum retinent. Nam impatibilis non video cur repudietur, cùm in Tusculanis patibilis sit. Seneca Ciceronem ens & essentiam sæpè vsurpasse ait, vt & Sidonius Apollinaris, non video cur fugisse putetur sensibile, vt & sensile, quod & est apud Lucretiū & carētiam pro priuatione Aristotelica, & Pontanus in fragmentis veterū à Cicerone vsurpatam docet.

Eunamus. proprium est nomen, alij non putant, & interpretantur aliter.

Rursus autem alia quæ aliter verti posse videbantur adiunximus, & quæ addi poterant.

In ipso principio. quorsum istis opus? locus videtur corruptus, ego quandoque sic interpretabor: quorsum autem optime Flauiane narratio hæc proœmijs indiget? Recta est oratio, ordine prodierunt sermones, saltationem poscit affectui, & scena opus habet, in reliquis non cædit fabulæ.

Citharœdorum prensationibus. quid si legamus congreßibus.

Quasi arbitros. arbitros & præmij dispensatores patrē.

In me odia versus. sunt versus. Odisti me, ego verò facilè patior odio me haberi, lucro imputans dedecus meum.

meum.

Adhortantem ad virtutemeos sedulitate necessaria.

Dulcibus in pratis. Thebis amabilibus in floribus oscu laberis puerorum femora, & corpus dulce.

Veneranda femorum. dignitatem verò femorum non contemnam, ô ingrate, propter oscula amara.

Et eam nondum tempestiua. Et hanc quæ nondum nupsit, aut nuptias experta est.

Vi ne executus. vi ne gratias fecisti, an blanditijs puellam pellexisti.

Sine decore. sine forma.

Grata Venus. opera autem Cypridis nunc mihi placẽt, & Dionysij, & musarum, quæ hominibus lætitiam adferunt.

Pisias præ se ferebat. cùm ipse parùm tacuisset, Hercules inquit, quænam est promptitudo & temeritas.

Fucum. venena.

Edico per me quidem. pronuntio quantum in me est.

Rarum & notum est. magnũ enim est si leuis mixtio mulieri & litæ, adolescentulo in idem conueniente, vini in morem vincat.

Delitias infert. & mollities firmas & stabiles à quibus sublatæ.

Hesiodum inuertamus. Si illius est dictum, neq; multum à triginta annis absit, neque multum illos superet, hæ nuptiæ sunt tempestiuæ, mulier verò quartodecimo pubescat, & decimoquinto nubat.

Quis vetat comessabundum. quis verò vetat lasciuire pro foribus.

Eatenus perspicitur. & ea parte superbia percipitur.

Eam verò mulierem. quis fugere posset mulierem

quæ

quæ se amore correptam affirmat, & abhorret ne quo pacto matrimonium contrahat, initium sumendo à tali intemperantia.

Pluribus iam emicet. id est, quædam argumenta adiunxit orationi Protogenis. Nemo intelligeret si sic verteremus, auxilio nobis est quòd cum pluribus ipsi amant.

Opem laturus. opem feramus, id quod maximè timet Pisias nos facere.

Præter tergorum. aduectam per fluctus Ionios.

Sed culti ab vxoribus. sed in honore & potentia collocati, simul vixerunt beneuolè.

Scribens ei qui præsidio tenebat Munichiam. vidi qui putarent hîc Orchomeno proprium esse nomen: mihi non videtur.

Mirum facinus. rem miram audacter factam.

Humana luxu. diuitijs affluens mortalis tamen ô mulier animata es.

Omitte itaque. ades itaque vt depreceris crimen & degenerationem quam ponis in Dijs.

Dulcis amice. ô socie & amice intuere hanc animo in æqualitatibus, quantum ad longitudinem & latitudinẽ neque oculis perculsus esto.

Tendiculas. deceptorium sed parum cultum esset.

Non absum procul. non enim longè absum, sed non video quænã hæc sit Dea Venus, quæ seminat largiturque amorẽ per quẽ omnes sumus, qui sumus in terra prognati.

Accesßio parergon: sed decet augere linguã Romanã.

Primum è cœlicolis. primum quidem ante omnes alios Deos fecit amorem.

Amor otiosus. amor nanque desidiosus in talibus quoque natus est.

Non

Non Cypris modò. non Cypris solùm, sed est multorum nominum nomina efficiens. Est quidem orcus, est vis, incorrupta est verò rabies insaniæ.

Mars cæcus. cæcus enim ô mulieres Mars, & nihil videns, & facie suis omnia malis turbat.

Et parricidam. cruentum.

Sed neque fas est. sed neq; fas affectione Deos facere, neq; rursus existimare Deos affectiones.

Venator. agrestis verò Apollo rectam rexit sagittam.

Quis aliter. quis aliter censet rogo te per Deos.

De via declinare. deprauari.

Malis moribus. aut ob malitiam occurrentium.

Neq; est opus. in vsibus quorum nonnulli finem habent magis necessarium quàm pulchriorem.

Non edidit me. non enim me nox peperit lyræ dominum, neq; vatem, neq; medicum, sed mortalem vnà cum animis.

Cognatum ob locum. patriam intelligo.

Non aliam tamen gubernationem. non quidem alienam: sed hoc aduerbio pauci vtuntur.

Platonis occurrere. nationi sunt consentanea.

In genere. communiter.

Afflatus diuinus. enthusiasmus.

Illius autem. postquam ab humeris eius læti ministri arma abstulerunt non bellatur & sedet spectator aliorũ.

Vis vna. familiare ad pulchrum, repugnans verò ad turpe, fuit ab initio animis, vt alicubi ait Plato generatum.

Cùm autem Antipatrides. cùm autem amicorum Antipatridis alter cum cantatrice lasciuiret, aiunt Antipatridem qui eam beneuolentia prosequebatur, interrogasse.

rogasse.

Dixit Pemptides. dixerunt qui cum Pemptide erant. Sed lubenter audiremus.

Calchidensium aduersus. Thessalorum.

Deus idem factus. Deus autem medicinæ peritus.

Tueatur ius summum. solam obseruet iustitiam aut pœnam, solos ritus suos obseruet.

Diuina quadam sorte. diuinam quandam sortem attingunt.

Vtq; arreptis de mensa. nam auferens à mensa dimidiam partem poculorum abijt.

Leuore. leuitate.

Igne domus lucente. lucente nanq; igne domus, conspicitur splendidior, & homo videtur hilarior ob caliditatem amoris. cæterùm præposterè sunt affecti.

Imbellis horret. contrahit alas vt Gallinaceus Clinias.

Ne nunc quidem. neque nunc in mentem venit, optimum esse videor permittere, vt per os egrediatur, vt Aeschili verbis vtar.

Nouas proponit tabulas. fraudat debitores.

Squalida huius est caliditas. acris est ignis caliditas.

Decedit enim. insanit enim & ægrotat.

Amor verò cognoscitur. cognobilis, sed rarius est, licet apud Gellium.

Insanus. scilicet de sole inquiens: infelices verò amatores videmus euntes ad orcum sub terra.

Vbi eximia. cuius quod eximium est & parum & sine mendacio firmatur, vt amplectatur pulchritudinem & temporis progressu vnà esse cupiat auferens & remittens placidè est.

Amatores propter amicitiam. quare nonnulli amici & familiares tentantes per ſæuitiam extinguere affectum vi, & temerè nihil profecerunt, ſed firmo:

Rectà. rigidè.

Acerrimum Deorum. potentiſsimorum Deorum. genuit Iris, habens pulchra thalaria, commixta cum Zephyro aureas comas habentem.

Sic enim cogit exiſtimare. ſic enim vis infertur ei quod ſignificare videtur. Refractio enim.

Amatores violatos. iniucundos.

A ſplendida fortuna. qui tamen ex claris ad res humiles & viles deuenerat, cæterùm illa ipsũ cõtemnebat.

Ardens puellæ. Non me latet exurens oculus mulieris iuuenis, quæ virum guſtauit.

Hæſerit. imperat & innuit.

Pro eius. maxillis.

Abrogari. deponi eos.

Labes nefanda. hæc enim contumelia non Venus efficit.

Sophoclis dictum. qui talibus amicis priuati ſunt gaudent, qui verò eos habent, precantur vt careant.

Vti vero luctu coniugis. ſic cognoſcere re vera vxoris amorem adhibita fide mortis renuntiatæ.

In ſimulatione paulò. in fictione violentia.

Bene ominabimini. acclamabitis.

Medicamentum verò. quale hoc ſit medicamentum quæſiui apud Græcos & Arabas medicos, nec inueni, & quæ minuunt comam, tãtum abeſt, augeant carnem vt exedant.

RESTIT

RESTITVTA ALIA.

Προοιμίων ἢ διήγησις. *deest* μετὰ, *nam esse* εἰρωνείαν *puto in hunc modum :* μετὰ προοιμίων ἢ διήγησις εὐθὺς ἢ πρότασις. *in eos dictum qui eloquentiam non opportuno loco venditant.* Pag. 761. Vers. 12.

φίλης ὄντι. ὄντι *vacat.* 29.

παιδὸς πορεῖσθαι. *malunt* παιδοπορεῖσθαι. 763. 8.

δ. πολὺν. διὰ. 40.

κιλίκς. *aliàs inueni* κιλικίκς, *id est,* κακοηθεῖς. *Suid.* 764. 4.

ἀμύναι διὰ πλειόνων. *cumulatiùs id iam peruincit, cùm ait :* εἰ δὲ τῷ πλούτῳ βοήτησον. *est* ἀποσιώπησις. *scilicet* οὐ προσηκόντως λέγει. 18.

δι' ἰωνῆς καλεασυμάτων. δι ὠνῆς κασσυμάτων. *Aristophan.* σφυξὶ ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ κατλύματα. *Et idem Acharnens. vers.* 300. οὐ ἐγὼ καταλεμῶ τοῖσιν ὑππεῦσι ποτὲ ἐς κατλύματα. *& ibi interpres:* κατλύματα δ' ἐστι δέρματα ἰσχυρὰ καὶ σκληρα, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλεται. *itaq;* δι ὠνῆς κασσυμάτων. *præcio Sandaliorum dixerim.* 22.

εἰ δ' ἔτι. *ad* μὴ. 765. 6.

προσήκει. προσήει. 23.

ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν. ζεὺς, οἶδα γὰρ πλὴν. 766. 23.

ὥστε παρεῖς. *lego* παρεὶς. *omitte ista, nec reum præbeas te, accusando Deos vt spurios. & videtur deesse quidpiam :* τῶν δὲ τῶν λόγων ἀπέχου. 29.

καὶ ὅπως ἐνταῦτα. *scilicet,* ὅρα. 769. 1.

μαλάκαισιν. *ad.* ἐνοικῶν. 27.

θεσσαλικοῦ. χαλκιδικοῦ. 35.

770. 2. καὶ ὁ λυσιμελὴς. καὶ κάλλει, ὁ λυσιμελὴς : *nam* κάλλει *transpositum est.*

7. στρατηγῶν. στρατιωτῶν.

32. ψαύουσι τοῦ. *ad.* νεκροῦ.

771. 1. ταῦτα. πάντα.

13. κλινίας. κλείνας.

25. καιρός ἐστιν. *malim* καίριος, *lætalis, id est,* ὁ ἔρως.

26. πληγείς. *ad.* καιρίως. *epigram. lib.* 1. εἰς λεπτοὺς. 190. λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον.

27. οὐδὲ νῦν. οὐδὲ νῦν, ὅτι νῦν ἦλθεν ὅτι τὸ στόμα κατ' αἰγυλον. *Victorius variarum lib.* 11. *cap.* 6.

772. 24. ὁμοιότητα. *ad.* καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς τῇ γῇ. *in terra. Vide hanc pag. infr.* 22.

772. 15. αὐ. αὐχμηρὰ μὲν ἡ τούτου θερμότης, ἡδὲ τοῦ ἡλίου

31. δυσεισρῶτες. *Vide pag.* 320. 41. φαινομεθ' ὄντες τοῦδε ἔτι τοῦδε στίλβει.

44. αὐτὴ μὲν ψυχή. αὐτῇ μὲν ψυχῇ.

773. 39. τωργίαται. καλωργίασθαι.

775. 13. καμίναν. κάμμαν. *supra* 191. 18.

776. 19. οὐδὲν ἢ δεινὸν. οὐδὲν εἴη.

777. 2. ἐμπονὴν. *Dionis Epitoni in Vespasiano.* πεπονίλαν, *& Sabinum Gallum principem coniurationis. Corn. verò Tacitus Epponinam lib.* 20. *Hunc locum & paginam totam Victorius vertit lib.* 18. *cap.* 15.

763. 32. τὸ δὲ ἐξοπλίζειν τοῦπος ἀργεῖον λέων. *arbitror esse dictum Senarium in Sycophantas. Apollonius in prouerb.* ἀργεῖα φορὰ λέγεται ὅτι τῶν συκοφαντούντων. *Sensus est: Detrahere, vt arma, dicta an Argiuis decet? Cur Pisias eripit locum dicendi tibi Protogenes, qui satis acer tua sponte sis?* λέως *pro* λαός.

θαλαθ

*θ' ἀληθείας. τοῦ ἀληθείας παιδίου. deinde οὗ pro ἔνται. & 772. 41.
versu sequenti ποθοῦντας non ποθοῦνται.*

Hæc è multis pauca, quæ, si tibi (lector) probantur, fruere: sunt enim meræ coniecturæ.

FINIS.


ON
EN
EV
S
ART
DI

PLVTARCHI CHAERONEI PHILOSOPHI, HISTORICIQ. CLARISSIMI

DE SVPERSTITIONE, LIBELLVS.

Gulielmo Plantio Cenomanno Medico, interprete.

VIRTVTE DVCE, COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1552.

GVLIELMVS PLANTIVS D. MORLETO MVSAEO APVD HELVETIOS REGIS LEGATO S. P. D.

QVEM *Plutarchi de Superstitione libellum, quia tibi eius placuisset lectio tuo nomine emissurum me promiseram, iam emitto, fidemq; meam libero. Quam rem etsi præstare teneor, quia obtuli & ultrò sum pollicitus, tuis tamen in me meritis magis quàm promisso & recepto debere me fateor. Ne igitur ingratus sim potius quàm ne non stare promissis uidear, quicquid id est siue promissi, siue debiti, quod omninò perexiguum est, si cum tuorum in me collatorum beneficiorum magnitudine conferatur, sub tui nominis celebritate in publicum prodire permitto. Si qua autem inde ad lectores utilitas est peruentura, eam tibi cui debebatur, non mihi qui exolui acceptam referre debebunt. Mihi certè abunde erit si tibi uni fuerit satisfactum. Benè Vale, meq; in tuorum numero habe.*

PLVTARCHI CHAERONEI DE SVPERSTITIONE LIBELLVS.

Gulielmo Plantio Cenomanno, medico, interprete.

QVVM *hominũ ignorantia & inscitia ab initio duæ de Dijs falsæ manauerint opiniones, harum una in multorum animis, ueluti locis quibusdam asperis & duris Impietatem inseuit: in teneris uerò, & mollioribus, & facilioribus Superstitionem ingenerauit altera. Porrò quum falsum omne iudicium, præsertim si de Dijs agatur, prauum esse solet, tum uerò Superstitio uel perturbationis, quam habet, nomine pessima meritò censeri debet. Siquidem animi perturbatio omnis errori, ue-*

Grauior est error qui cõiunctã habet animi perturbationem.

luti morbo inardeſcenti & excrucianti, ſimilis eſt.

Et ut artuum humanorum luxationes deteriores ſunt quæ ulcus habent: ſic grauior quæ cum praua & diſtorta affectione eſt, animi peruerſitas. Indiuidua quis & leuia corpuſcula per aërem uolitantia, rerum primordia eſſe putat. Falſa eſt ea opinio, ſed non lancinans aut pungens ulcus, non pulſantem & differentem dolorem facit. Exiſtimat alius diuitias ſummum bonum eſſe. Mendacium hoc ſuo ueneno animum peruadens, corrumpit & degenerare cogit, permouet nec quieſcere ſinit, ſed habendi cupiditate, ceu œſtro, ſtimulatum per ſaxa præcipitem agit, timoris cruciatu angit, omniq; loquendi libertate adempta, excruciat & ſolicitat irrequietum. Quid, quod nonnulli Virtutem & Vitium corpus eſſe putant? Turpis profectò ea eſt ignorantia, at fletu & lacrymis minimè proſequenda. Iam uerò aliæ ſunt exiſtimationes & opiniones eiuſmodi:

> Ò miſera Virtus, uerba tantum'ne modò eras?
> At ego colebam te uelut facturus aliquod operæ
> Pretium, relinquens iniuſtitiam autorem opum, ualereq;
> Iubens parentem intemperantiam uoluptatum omnium.

Iſtæ, inquam, ſunt ſententiæ, propter quas flendum ſit

ſit & indignandum. Morbos enim & perturbationes complures, tanquam uermes quoſdam peſtiferos & lumbricos, gignunt in animis hominum. Et, ne à propoſito longiùs egrediamur, Impietas (quæ nil aliud eſt quàm prauum iudicium, quo nihil beatum, nihil diuinum aut immortale putatur eſſe) in quandam apathiam, id eſt, affectionis erga Prouidentiam omnis uacationem, temeraria quadam cogitatione & numinis diffidentia animum redigere uidetur. Quæ quoniam Deum eſſe non putat, eiuſdem ipſi non pertimeſcendi finis eſſe ſolet. Superſtitionem uerò perturbationis & formidationis plenam opinionem eſſe, quæ hominem affligat, percellat & abijciat, uel Græcum uerbum oſtendit, Δεισιδαιμονία. Siquidem Superſtitione obligatus Deos exiſtere quidem, ſed carnifices & tortores atque maleficos eſſe credit. Nam impius, quem Græci atheum nominant, aduersùs prouidentiam nullo modo afficitur: qui uerò Superſtitione laborat, mouetur quidem, ſed modo inepto & peruerſo. Illi ſiquidem iuuantis, resúe noſtras curantis dubitationem: huic incommodantis etiam & lædentis Dei opinionem adfert ignorantia. Quo fit, ut impietas falſa ſit de Deo ratiocinatio: Superſtitio ex falſa ratione perturbatio animi profecta. Cæteri quidem certè animi morbi & perturbationes iure uitio dantur:

Δεῖσις ὁ φόβος καὶ δαίμων, quaſi quædam θεοφοβία.

nonnul-

nonnullis tamen celsus, erectus, & leuitate elatus adest animus. Suo uerò impetu nulla propè dixerim animi motio, strenuo quidem illo & efficaci destituta est: sed commune omnium affectuum uitium, actuosa quadam appetitione & uiolenta urgere, hucq; aut illuc contorquere rationem. Solus metus audacia iuxtà ac ratione uacans, otiosam, inertem, impeditam, deprehensamque & perplexam habet partem animi consideratione uacantem. Vnde Græcis φόβος, id est metus, δεῖμα et τάρβος, naturam rei indicantibus nominibus dictus est, quasi αὐτὸς συνδέων ὅμως τὴν ψυχὴν καὶ ταράττων, quòd & perplexum uinctumq; animum teneat, & eundem percellat Omnium uerò maximè ignaua & otiosa Superstitio remoras anxietatesq; animi, & scrupulos multos habet. Non mare horret, bellum non pertimescit, qui nauigandi est, aut militandi insolens. A latronibus sibi non metuit, qui peregrè nunquam proficiscitur, sed perpetuò domi se continet: non à quadruplatore pauper. Inuidiam non timet priuatus: non, qui apud Galatas agit, terræmotum: nec qui in Aethiopia, Iouis fulmen. Deos uerò qui formidat, omnia timet: terram, mare, aërem, cœlum, tenebras, lumen, strepitum, silentium, somnium. Iustò imperiosiorum dominorum per quietem obliuiscuntur; seruitutem qui seruiunt. Vinculorum tæ-

dium

dium & molestiam uinctis leuat somnus. Inflammata uulnera, carnemq; depascentia fœda ulcera, & dolores magni intermittunt somni tempus.

O illecebram somni amicam minuere
Valentis ægritudines! ô quàm mihi
Ipso quidem iucunda ades in tempore!

Hoc Superstitio proloqui non sinit. Sola cum somno solicitudinis & anxietatis inducias non paciscitur. Non colligendi se & confirmandi, non à metu respirandi animo dat tempus ullum, reiecta tantisper & repudiata molesta illa de Deo opinione: sed uelut impiorum choro, sic Superstitiosorum somno spectra quædam horrenda, & sceleratorum laruas, & pœnas quasdam ultrices fingens sibi Superstitio & uersans, miseram turbat animam, & dare se somno & quieti meditantem uarijs interpellat somnijs. Quibus ipse se uerberibus animus accipit & punit non aliter, quàm si alterius molesta, grauia & portentosa quædam iussa sibi capeßenda duceret. Deinde exurgentes somnia fuisse non sentiunt, non rident, non contemnunt, non uana & fictitia esse quæ terrere uidebantur, intelligunt: sed rei falsæ, mali in se nihil habentis umbram fugientes, se ipsos omnino fallunt, turbant, suaq; in circulatores, si in eos fortè inciderint, & impostores, & præstigiatores insumunt, qui eis illud occinant, Sed te si

Circulatores reddidi, qui à Græcis significātißimo nomine ἀγύρται

 phan

dicuntur: qui iidē omnino ethnicis olim fuere, qui hodie D. Virgini, cæterisq́; Diuis stipem cogunt tintinabula gestantes. Quam cogendæ stipis consuetudinē Romæ sublatā fuisse, quia īpleret superstitione animos, & domos exhauriret, autor est Cicero 2. de legib. quā eandem Plato similiter reiicit, tanquā incantationis plenam.

phantasma terret nocturnum, aut terrestris Proserpinæ comessator fuisti, uetulam quampiam mediastinam accersiri iube, teq́; in mare merge, humiq́; sedendo diem transige. O' Græcia Superstitione obstricta! quàm absurda & barbara inuenisti mala! Lutationes, uolutationes in cœno, sabbatismos, in faciem turpes iactationes, & abiectiones totius corporis, prostrationes & monstrosas adorationes? Qui musicam olim legitimam retinebant, citharœdos iubebant iusto ore canere: sic nos erecto & iusto ore Deos implorandos & precandos esse censemus: nec extorum aut uiscerum linguam, an pura & recta sit, inspiciendam, suam absurdis nominibus peruertendam & uerbis conspurcandam barbaris, ipsamq́; adeò tum diuinæ, tum patriæ religionis dignitatem uiolandam, atq; probro & dedecore afficiendam esse ducimus. Non illepidè alicubi Comicus aduersùs eos, qui lectulos auro & argento inducerent & perpolirent:

Cùm gratis omnibus unicum nobis Dij
Somnum tribuerint, hunc tibi cur sumptibus tantis paras?

Itidem in Superstitiosum dicere possumus, Si somnum Dij laborum & solicitudinum perfugium, si ad malorum omnium obliuionem nobis concessere, quid hunc tibi carnificem, & miseram continenter

affli

affligentem animam paras, quæ, ut quietem captet, aliud non habet quò confugiat? Vnum eundemq; uigilantium mundum esse, in suum & proprium dormientium quemque discedere, autor est Heraclitus. At Superstitioso communis mundus non est. Neq; enim quũ uigilat ad se reuersus resipiscit, nec, si dormiat, tortore unquam & carnifice uacat: sed somniat ratio, semper excubat metus: nec ulla interim recipiendi sui, aut loci mutandi potestas datur. Samijs formidabilis erat Polycrates tyrannus, Corinthijs Periander. At istos nemo formidabat, qui in ciuitatem liberam & populare imperium retinentem migrare posset. Deorum uerò imperium qui tyrannidem quandam esse fingit, Deosq; ipsos tanquam seueros quosdam, tristesq; & inexorabiles iudices pertimescit, quò migret? quò fugiat? aut quam terræ partem Deorum opinione non imbutam? quod mare? quem mundi angulum aut recessum inueniat, quò non peruaserit fama Deorum? Aut ubi gentium, quà terra, quà mare, miserum te occultes, ubi Deos credas fugere & latêre posse? Seruis, quibus libertatis spes omnis est adempta, lex est, quæ uenditionem sui petere, & dominum faciliore & æquiore permutare permittit. Superstitio Deorum mutationem nescit. Quem enim is non metuat Deorum, qui patrios & natales pertimescit? qui Seruatores,

uatores, qui indulgentes, faciles & beneuolos horret? eosq; à quibus opulentiam, pronum secundarum rerum cursum, concordiam, pacem, summamq; bene gerendo & dicendo perfectionem petere solemus, ualde perhorrescit & reformidat? Seruitutem deinde isti graue infortunium esse putant, uulgoq; aiunt: Quàm molesta tum uiro, tum uxori res est & calamitosa, seruitus, præsertim si miseros & pauperes nanciscatur dominos! At quantò grauius cum ijs agi putandum, qui nusquam confugere, nusquam elabi possunt? quibus gentium nusquàm est Asyliæ spes, quoquò se uerterint semper comitante Deorum metu? Famulus siquid in dominum grauius admiserit, ad aram confugere licet. Latronibus quoque perfugia, & salutis præsidia & receptacula, templa sunt complura. Qui persequentes hostes fugiunt, si statuam manibus prehenderint, aut templum tetigerint, trepidandi finem faciunt, animumq; recipiunt. Quæ omnia Superstitiosus pauet maximè, perhorrescit & reformidat, in quibus auxilij spem collocare solent, qui atrocissima & extrema pertimescunt mala. Ex locis sacris Superstitione laborantem ne auellas, siquidem satis ibi supplicij & pœnarum dat. Sed quid pluribus moror? Omnibus uitæ extremum Mors. At hic Superstitioni terminus non est, sed uiuendi superat finem,

post

post uitam longè metum statuens, & cum morte malorum nunquam desinentium opinionem copulans: quumq; molestijs uitæ, & negotijs defungitur, inde perpetuorum malorum initium ducere se putat. Plutonis nescio cuius profundæ recluduntur ualuæ, flumina, ignis simul & Stygis tetra soboles, panduntur & in conspectum ueniunt, & tenebræ uarijs informandis & fingendis formis aptæ, spectris quibusdam replentur formidabiles facies præ se ferentibus, dirasq; & miserabiles uoces edentibus. Iudices quoq; & tortores, hiatus terræ profundi, recessusq; abditi, & tormentorum malorumq; genus omne refertissima terrent penetralia. Sic misera Superstitio, quia diuinam in uita ultionem posse se effugere est diffisa, ipsa sibi expectanda post mortem mala proponit ineuitabilia. Istorum nihil adest impietati, sed turpis inest ignorantia, &, in tantis rebus horribili cæcitate aut despicientia, animæ magna calamitas: nimirùm quæ Dei intelligentiæ, ueluti ex multis facilè præcipui & clarissimi oculi, magnam fecerit iacturam. Animi uerò uehemens commotio (ut diximus) & ulcus lancinans, consternatioq;, abiectio & perturbatio unà cum Deorum opinione Superstitiosa adsunt. Musicam festiuitatis elegantiæ & concinnitatis autorem, non ad effœminandos animos & aures demulcendas à Dijs concessam hominibus

minibus memoriæ prodidit Plato: ſed animæ periodorum & harmoniæ turbationem interdum accidere, & propter Muſicæ et lepôris in corpore abſentiam, motionem quandam uagam & incompoſitã per laſciuiam ſæpe & proteruitatem, in ordinem aptè & decenter uoluentem ſe & circumagentem inſultare petulantiùs. Verùm, ut Pindarus ait,

Quæ non amauit Iupiter,
Vocem Pieridum
Aure mala excipiunt:
Ferociunt etenim magis,
Magisq́; deſipiunt.

Ipſas quoque Tygres, ſi tympanis fortè uicimus perſtrepat locus, percelli eo ſonitu, & in furorem agi, & ad poſtremum ipſas ſe diſcerpere & dilaniare ferunt. Vt cum ijs certè conſultiùs agi uideatur, qui propter ſurditatem, aut aliam quamuis auditus deprauationem omnino Muſica non affici aut moueri contigit. Infortunatus uidebatur Tireſias, quia liberos & familiares non uideret: Longè infortunatiores Athamas & Agaue, ſiquidem eos tanquam Leones & ceruos uidere cogebantur. Inſano & furibundo Herculi liberos profectò non cernere, aut præſentes non ſentire ſatius fuiſſet, quàm aduersùs eos hoſtiliter ſeſe gerere, quos debuit habere chariſsimos. Quid'ni igitur Impij & Superſtitioſi

ſtitioſi tali inter ſe animi amentia & cæcitate differant? ut illi Deos eſſe prorſus non uideant, aut certè contemnant & deſpiciant: hi eſſe quidem credant Deos, ſed pro beneuolis horribiles & formidandos, pro patrijs tyrannos, pro hominum tutoribus & propugnatoribus hoſtes nocentiſsimos, pro deniq; inimitabili facilitate & beneuolentia immanitatem eorum pluſquam belluinam eſſe in animum inducant? Deinde Deos (ſi ipſis placet) chalcotypis, ſtatuarijs & ſcultoribus, ſignorumq; & puparum fictoribus humana forma corpora habere credunt, talesq; fingunt ipſi & ornant, atque uulgò adorandos proponunt. Philoſophos uerò, & ciuilis uitæ prudentes uiros, ſi Dei maieſtatem bonitate & prouidentia, non impotentia & tyrannide æſtimandam eſſe, demonſtrare ipſis pergant, eos deſpectui habent & ludibrio. Quo fit, ut boni à Deo manantis ſenſus Impio nullus, nulla fides, firmáue de Dei beneficentia opinio adſit: ad hanc uerò Dei benignitatem Superſtitioſus turbetur & paueat. Et ut paucis dicam, Impietas qd?
Impietas, aduersùs numen eſt affectionis omnis priuatio, quam apathiam Græci uocant ſummi boni intelligentia uacantem. Superſtitio, perturbationum Superſtitio
eſt turba, polypathia ijſdem Græcis dicta, quod bo- quid?
num eſt malum eſſe ſuſpicata. Deos Superſtitione obſtricti ſimul timent et ad eoſdem confugiunt, aſſen-

tantur

tantur ſimul & cõuitiantur precantur et accuſant. Commune hominum, non etiam Deorum, aduerſis iuxtà ac ſecundis rebus uti: nemini ſiquidẽ hominum unquam fortuna æquabilis perpetuaq́; fuit. Dÿ uerò morborum, & ſeniÿ, & laborum expertes, clamoſam Acherontis effugere traiectionem, ut Pindarus inquit. Res autem & affectiones humanæ iÿſdem nunquã, ſed alÿs atq; alÿs, & identidem uariantibus reguntur & temperantur caſibus. Agedum: ſi placet, in malis & rebus aduerſis Impium cõſidera, eiusq́; naturam, & animi affectionem perdiſce. Ea ſi mediocris erit, præſentibus rebus quietè utetur, ſibiq́ue auxilia & ſolatia undecunq; poterit quæret.

Si uerò ægrè grauiterq́; ferat quid, aut patiatur: in fortunam & caſum omni queritandi & lamentandi cauſa reiecta, per iuſtitiam nihil aut prouidentiam geri, ſed temerè & confusè ſurſum deorſumq́; omnes humanas res agi ferriq́; uociferabitur. Superſtitioſi longè diuerſa eſt ratio. Huic enim caſus quiuis leuiſsimus eſſe debet, præut magna, grauia, & inexpiabilia ſunt ea mala, quæ ſedens ipſe ſecum reputando adſtruit anxietati animi & ſolicitudini, pauores, ſuſpitiones & trepidationes uarias ſibi ipſe incutiens, omnibusq́; lamentis & querelis inceſſens prouidentiam & accuſans. Neq; enim hominum quemquam, non fortunam, non tempora, non

denique ſeipſum accuſat: ſed Deum ipſum omnium facit reum, ab eoq; in ſe Atæ illius, id eſt, noxæ & iræ diuinæ fluxum deriuari & manare profitetur: nec tanquam infortunatum, ſed inuiſum & odioſum Dijs hominem puniri ſe & pœnas dare dicit, atque hæc meritò omnia propterea pati, quia mẽtis ſit particeps. Contrà, Impius ſi ægrotet, ſecum ipſe reputando uarias ciborum ingurgitationes & comeſſationes intempeſtiuas & uinolentias, minimeque ſibi ſeruatam rationem uiuendi præſcriptam, ad hæc labores immodicos, cœliq; & regionis præter conſuetudinem mutationes in memoriam redigit. Deinde ſi regenda fortè Rep. ciuium animos offenderit, aut ad populum infamiæ notam ſuſceperit, aut apud Principem calumnijs in odium & inuidiam uocatus ſit: rationem ſic à ſeipſo eorum quæ ſibi euenere, ſolet repoſcere: Lapſus ubi? quid feci? aut officij quid omiſſum eſt? Superſtitioſo uerò corporis infirma ualetudo omnis, rerumq; iactura, mortes liberorum, aut ſi gerendis magiſtratibus & adminiſtranda Repub. malè & infeliciter res ceſſerint, ſi ſpes fruſtrata ſit: inceſſentis dæmonis ad infligenda uulnera petitio, Deiq; animaduertentis flagra eſſe dicuntur. Quare nec ſi quid mali acciderit, auxiliari, nec malis uenientibus occurrere audet, non eluctari, non mederi, non repugnare, ne Theomachiam meditari, & Gi-

 gantum

gantum more aduersùs Deos bellum gerere, ipsisq; supplicium infligentibus reniti uideatur: sed longè ab ægrotante summouetur & foras exigitur medicus. Qui sui officij ægrum admoneat, qui afflictum erigat & soletur, si fortè adest uir philosophus, domo protinus excluditur. Sine me obsecro, inquit, impium, impurumq; hominem & scelestum, atque Dijs dæmonibusque omnibus inuisum meritas dare pœnas. Homini, qui nullo unquam in se numinis instinctu, nullo afflatu, nullo præsenti auxilio Deos esse periclitatus est: si mœrore & tristitia afficiatur, aut alioqui grauius patiatur, lacrymas sistere et abstergere possis, capillum etiam tundere, & uestem adimere. Superstitiosum uerò hominem quibus compelles uerbis? aut quo modo opem feras laboranti? foris sedet saccum gestans pro ueste, aut detritos & uiles quosdam pannos & laceros. Nudus quoq; sæpe in luto turpiter uolutatur, palamq; nonnulla sua errata & peccata confitetur: ut (exempli gratia) quòd de obsonio quodam comederit, aut uino biberit, aut deniq; uiam ingressus sit, quam non permitteret dæmonium. Secundis porrò rebus si in otiosum et desidem fortè inciderit is qui Superstitione tenetur: domi ferè semper desidens, ineptis & anilibus amuletis onerari se & obrui patitur. Siquidem uetulæ ei, tanquam paxillo, ut Bion ait, quicquid undequaq; nactæ fuerint,

fuerint, appēdunt aptantq́;. Teribazum, quum à Persis caperetur, Acinacem, ualidum gladium Persicum strinxisse, fortiterq́; depugnasse accepimus: quibus tamen testatò affirmantibus & clamantibus, id se Regis facere mandato, protinus gladium illum uagina condidisse, constringendasq́; manus tradidisse. Quod exemplum aptè ad propositum quadrare uidetur. Siquidem alij quibuscunq; possunt armis aduersùs ingruentia depugnant mala, & obluctantur, cæterasq́; molestias abs se propulsant & deuitant, quam sibi possunt declinandi & amoliendi malorum uiam comminiscentes. Superstitiosus nemi- nem audiens, sed ipsemet sibi identidem illud repetens, Ista miser consultò páteris, ita nimirùm uolente & iubente Deo: spem omnem abijcit, & malis se obiectat ingruentibus, fugit, reijcitq́; eos qui parati sunt ferre auxilium. Parua deniq;, aut certè mediocria mala, maxima & perniciosa sibi ipsa reddit Superstitio. Quum aliquando propter insomnia quædam antiquus ille Midas deiecto animo & consternato per dies aliquot fuisset, tam grauiter ille ex animi principatu laborasse dicitur, ut tauri poto sanguine ultrò mortem sibi accelerauerit. Itidem Aristodemus Messeniorum Rex, auditis bello in Messenios canibus luporum instar ululantibus, atq; in patrio & auito foco enata Agrosti herba, quum ha-

rioli iſta pro portentis haberent & timenda dicerent: inde tantam cepiſſe triſtitiam dicitur, ut, quod in magna uitæ deſperatione fieri ſolet, gladio in iugulum adacto necem ſibi ipſe conſciuerit. Sic fortaſſe Niciæ Athenienſium Duci Superſtitione liberari fuiſſet melius, quàm Lunæ deficientis umbræ metu, hoſtibus undiq; eum cingentibus, ſuos à prælio continere, tandemq́; unà cum quadraginta hominum partim cæſorum, partim captorum millibus uenire in poteſtatem hoſtium, turpiterq́; & ingloriè uitam finire. Neque enim terræ media uniuerſitate collocatæ inter Solem & Lunam certo tempore obiectio formidanda res eſt, ut nec Lunam obſcurari terræ umbra ad eam uſq; perueniente. Verùm Superſtitioſa cæcitas & caligo ſi ſemel hominem occupauerit, rationem turbare & obcæcare poteſt, in ijs maximè rebus, quæ mentis lucem requirunt. At prudens nauclerus aliter ſe tempeſtate futura ſolet comparare.

Cæruleis pelagus iactatur fluctibus actum,
Glomeratur autē nebula ſtans circùm in gyrum,
Sæui imbris index. quod uidens gubernator
Et uota nuncupat, Deosq́; tutores
Inuocat ut auertant. ita precatusq́;
Regit gubernaclum, & remittit antennæ
Pedes. & ad ſe linteum ſimul magnum ac

Recepit,

Recepit, ex mari fugit tenebroso.

Ante arationem & sementem Cthonio Ioui & almæ Cæreri agricolam stiuam tenentem uota facere iubet Hesiodus. Et Aiacem, inquit Homerus, cum Hectore singulari certamine congressurum, cæteris Græcis, ut pro se Deos precarentur, iussisse, quo facto, arma statim cepisse. Agamemnon quoque, postquam suis Priami domum oppugnaturis imperasset,

Hastã quisq; acuat, clypeumq́; accõmodet aptè,

tum ipse à Ioue postulat,

Da Priami ualeam subuertere funditùs arcem.

Virtutis enim autor Deus, non ignauiæ suasor hominibus esse solet. Iudæi uerò, Sabbatum si fuerit, albis induti uestibus domi sedent otiosi, atq; hostibus scalas ad muros applicantibus, mœniaq́; ipsa iam occupantibus, non surgere, non domo pedem efferre audent, sed ibi Superstitione, quasi sagena quapiam, irretiti manent. Talem igitur se aduersis & afflictis, calamitosisq́; rebus & temporibus gerit Superstitiosus, quæ Græci ἀβούλητα & περιστατικὰ πράγματα appellant. Secundis uerò & iucundioribus nihilo Impio melior esse uidetur. Iucũdissimi hominibus festi dies, gratæ in templis solennes epulæ, gratæ Deorum recordationes, orgiasmi, id est, cæremoniæ et Orgia celebrantium ritus, preces item & supplicationes & adorationes Deorum. Si tamen quum

iſthæc fiunt Impium contemplêris inſanum quendam riſum & Sardonium ridere, interdum etiam ſuis inſuſurrare familiaribus, Quàm horribili cæcitate & amentia fuiſſe putatis eos, qui iſta Dijs fieri uoluerunt & inſtituerunt? mali autem prætereà nihil habere comperies. Deorum uerò qui inani & uano metu percellitur, optaret quidem unà ſe iucunditati dare & lætitiæ, ſed exhilarari non poteſt. Tota eodem ciuitas tempore thymiamatis fumat & incenſis odoribus referta flagrat, eodem Superſtitioſi animus & lætis ſimul acclamationibus, & lamentationibus, & ſuſpirijs eſt deditus, pallet coronatus, & medijs ſacrificijs totus timore perterritus contremiſcit, uoce Deos precatur incerta & titubante, tremulisq́; manibus odores incendit. Pythagoram denique ineptiarum & uanitatis, quantum in ſe eſt, facit reum, qui tum beatiſſimos fore nos, quum ad Deos adiremus, dixit. Siquidem peiùs & miſeriùs nunquam angitur ſuperſtitioſus, quàm quum Deorum ædes & templa ingreditur, non aliter metu exanimatus, quàm ſi urſorum antra, aut draconum latibula, aut prægrandium, moleq́; ipſa immanium piſcium abſtruſos receſſus ſubiret. Quamobrem mirari ſæpe mihi uenit in mentem eos, qui quam Græci ἀθεότητα dicunt, impietatem eſſe affirmant: τὴν δὲ δεισιδαιμονίαν, id eſt, Superſtitionem autem negant

Superſtitio ab Impietate uerbo, non etiam re, diſtinguitur.

negant. Quanquam Anaxagoras Impietatis accusatus est, quòd Solem lapidem esse dixisset: Cimerios autem populos impios appellauit nemo, quòd eundem omnino non existere arbitrentur. Quid? qui Deos esse negat, Impius censeatur: qui uerò tales esse putat, quales fingit Superstitiosus, num ille de Dijs multò peiùs sentire uideatur? Equidem de me homines dicere malim, nunquam fuisse, aut non esse omnino Plutarchum, quàm talem de Plutarcho opinionem induisse, quòd leuis, inconstans, & ad iracundiam facilis sit Plutarchus, quòd propter minima quæq; delicta puniat grauißimè, rebusq; offendatur leuißimis. Vt si (exempli gratia) ad cœnam inuitans alios, eum prætermiseris: aut si, suppeditante otio, ad eius fores non uentitaueris, non salutaueris: mirum, ni mordicùs corpus exedat tuum, aut correptum torqueat filium, aut belluam habens noxiam, fructibus immittat, & poma labefactet. Timotheo Dianam Athenis celebranti, & Thyada, Phœbada, Mænada, Lyssada: id est, bacchantem, insanam, lymphatam, furiosam, appellanti, Cinesias modifex unus ex spectatoribus surgens, Talis, inquit, tibi contingat filia. De eadem similiter, aut peiùs etiam, Superstitiosus sentit: ut, quòd ad laqueum homines adigat, quòd trãquillitate animi fruentem contristet, quodq; suo ingressu sedata & composita turbet & omnia

misceat, atq; impuro sicario copulata de curru spoliet ad se attractos uiatores, & impunè grassetur. De Apolline uerò, Iunone & Venere nihilo modestiùs sentit, aut æquiùs iudicat: hosce enim horret omnes & pertimescit. Sed talibus'ne conuitijs aut maledictis Niobe Dianam insectata est unquam, qualia stultis & ineptis hominibus persuasit Superstitio? ut, quæ conuitijs affecta, sagittis confixerit miseræ muliercula sex filias, totidemq́; puberes filios: tanta impotentem animum, contumeliæq́; insolentem uindictæ exarsisse cupiditate, ut nullis alienis malis placari, nullo maleficij genere expleri satiaríue potuerit? Nā si reuera bili inardescente Dea commota malos auersabatur, séque malè audire & conuitijs inceßi dolebat, nec hominum stultitiam & ignorantiam risui habebat & despectui: iure profectò indignetur, & istis meritò succenseat, qui tantæ eam crudelitatis & immanitatis falsò accusant, atque in eam talia scribunt, & uulgò iactant:

Hecates abominandā acerbitatem censeo impiæ,
Quæ uoce plusquàm barbara atque belluina dixerit.
Huius ego hepar medium lubenter aßiduo morsu uorem.

Syricam uerò Deam Superstitio credit tibiarum partem anteriorem exedere, si quis apuas aut mænidas,

das, id est, haleculas pisces comederit, fœdisq; ulceribus corpus replere, hepar deniq; ipsum consumere.

Quid'ni igitur, si Dijs maledicere impium habetur & nefarium, de ipsis quoq; malè & sentire & iudicare Impietatis plenum esse uideatur? aut opinio concepta eius qui maledictis & conuitijs Deos incessit, absurdam uocem proferre non hortetur? Siquidem ipsi maledicentiam, tanquam certum maleuolentiæ argumentum, despuimus & auersamur, iniuriosq; homines & maledicos hostium habemus numero, ut perfidos & malè de nobis sentientes. Quam de Dijs sententiam Superstitiosi habeāt, uides, horrendos eos, perfidos, incōstantes, maleficos, carnifices, immanes, & temerè, leuiq; de re irritabiles & difficiles suspicati. Vnde scire licet, odisse simul & timere Deos eum, qui Superstitione laboret. Quî enim ipsorum hostis non sit, quos oderit, quos metuat, sibiq; profecta ab ijs maxima mala, olimq; profectura putet? Nec uerò quenquam mouere debet, quòd simul & metuat & adoret, sacrificetq; & in templis sedeat. Tyrannos enim salutant, amplexantur, quum interim clàm oderint, & uelint interfectos.

Alexandrum Hermolaus obseruabat & reuerenter colebat: Pausanias Philippum stipabat & officiosè assectabatur, Chæreas Caium. Verùm dum istos ita comitarentur & cingerent, secum quisque

mußitabat,

Qualiter acciperem, eßet si mihi tanta potestas.

Deos Impius esse non credit, idem Superstitiosus uellet, nisi inuitus esse crederet: nam mortem timet. Ei uerò si, tanquam Tantalo ad collum appenso lapide, metu oppresso & enecto nonnihil existere & respirare daretur, præ sua profectò Impij conditionem, ut magis liberam & æquiorem, mallet, & beatam iudicaret. Iam Superstitionis ne minimū quidem adest Impio. Superstitiosi uerò si spectes uoluntatem, impius certè quidem fuerit: eo tamen est inferior, quia non quod uelit de Dijs sentiat & opinetur. Ad hæc, Impius nullam Superstitioni occasionē præbet, nec eam ullo modo fouet, aut adiuuat. At Superstitio primum nascenti Impietati initium dare, ac auctæ iam & consummatæ apologiam suppeditare solet, minimè quidem ueram illam aut honestam, sed prætextu tamen & causificatione non carentem.

Nam quum in Cœlo nihil homines reprehensione dignum, nihil in astris, nihil in cōmutationibus temporum quadripartitis ad generationem & maturationem frugum, & ad temperationem corporum aptis, eorumq; omnium moderatore & duce Sole, nihil in noctium & dierum uicißitudinibus, quarum Sol suo circumactu, & uersatione circa terram aßidua autor esset, animaduerterent: nec in ijs quæ ad uitam

uitam animantium tuendam, & fructuum generationem pertinent, temerè geri quicquam, ſed ordinatim omnia, & ſuo quæque tempore fieri cernerent: Tali adducta eſt ratione Antiquitas, ut Deos eſſe crederet, eumq́; qui aliter ſentiret, Impietatis damnaret. Verùm tam ea quæ facit & patitur Superſtitio, quàm uerba, corporis geſtus inepti, impoſturæ, faſcinationes, & magicæ præſtigiæ, circulationes, & ad cogendam ſtipem pulſationes, impuræ item luſtrationes, inquinata ſanctimonia, ſcelereq́; obſtricta & contaminata caſtitas, barbara denique & præter iura omnia in templis ſui uerberatio & laceratio fœda: hæc, inquam, & eiuſmodi alia anſam & occaſionem nonnullis calumniandi Deos præbent, melius omnino non eſſe Deos affirmantibus, quàm eos talia approbare, quàm talibus deliniri & gaudere, quamq́; eo uſq; impotentes eſſe, & minima quaq; de re irritabiles & iracundos, ut in uitæ ineunda ratione nihil remittant, non condonent quicquam, ſed rigidè & anxiè omnia ad ultimum uſq; quadrantem exigant. Quid? an non fuiſſet tolerabilius, ſi Galatæ & Scythæ nullam unquam Deorum notitiam, nullam opinionem aut hiſtoriam habuiſſent, quàm tales eos facere, qui cæſorum hominum delectentur ſanguine, eamq́; ſolam immolationem numeris omnibus abſolutam, & longè perfectiſsimam cæremo-

niam ducere? Carthaginiensibus uerò non'ne fuisset melius, Critiam aut Dragoram atheos & Impietatis autores accersere, atq; eorum legibus & placitis nullum Deorum aut Dæmonum ab initio statim admittere, quàm talibus sacrificijs uti, qualia Saturno faciebant? non, quemadmodùm ait Empedocles, eos qui animantia mactant reprehendens,

Sublatum sub forma alia pater, antè precatus,
Næ stolidus charum natum enecat.

Sed scientes & prudentes ipsi suos liberos deuotos sacrificijs mactabant. Qui liberos non haberent, à pauperibus puerulos, ueluti agnos aut pullos, ad immolandum redimebant. Adstabat porrò immitis & dura mater sine gemitu. Nam si illacrymasset, aut ingemuisset: sine honore uitam degere, nihiloq; minùs immolari filium eius oportebat. Quinetiam ante statuam tibijs canentium sono, & tympana pulsantium strepitu personabant omnia, ne puerorum, dum mactabantur, eiulatus exaudiri possent. Quòd si immanium Typhonum aut Gigantum, Dijs cœlo exactis, perferendum nobis esset imperium, quibus alijs, obsecro, illi sacrificijs delectarentur? aut quas alias sibi poscerent cæremonias? Amestris Xerxis uxor, uiuos duodecim pro se Plutoni homines defossos, multaque terra obrutos necauit: quem tamen Plato Græcis ᾅδην, quia perhumanus ipse & prudens, ac

diuitijs

diuitijs affluens, ſuada quadam, dulciq́; & iucunda oratione apud ſe animas detineat, appellatum eſſe tradit. Xenophanes Phyſicus Aegyptios ferijs quibuſdam ſeipſos cædere & lugere conſpicatus, familiariter & amicè admonuit: Heus uos Aegyptij, inquit, ſiquidem ſunt Dij, eos ne lugeatis: ſi uerò ſunt homines, ne ipſis ſacrificaueritis. Verùm nullus tot erroribus, nullus tot perturbationibus ſcatet animi morbus, tamq́; contrarias & inter ſe pugnantes opiniones habet, ac Superſtitio. Quare ipſa modis omnibus eſt fugienda, ſed ita, ne eorum more, qui latronum & beſtiarum impetum, aut incendium fugientes, temerè huc atq; illuc præcipites feruntur, in loca quædam deuia, præcipitia, & ſalebroſa incidamus. Ita enim nonnulli Superſtitionem uitant, ut in duram & aſperam Impietatem incurrant, in medio conſiſtentem Pietatem tranſilientes.

Hinc pudeat, pudeat, inquã, iſtos, qui Superſtitionis & ignorãtiæ uelo ſemel redu cto, & introſpecta ueritate, poſteà aut reſiliunt, aut præproperè, Pietate tranſmiſſa & ludibrio habita, in alterum migrãt extremũ τῶν ἀθεότητα.

Τέλος, τῷ μεθερμηνεύσαντι συνεργοῦντος θεοῦ.



ΕΠΤΑ ΣΟ-
ΦΩΝ ΣΥΜΠΟ-
ΣΙΟΝ ΤΟΥ ΠΛΟΥ-
ΤΑΡΧΟΥ.

Locis innumeris emendatum & pristinæ integritati restitutum per Gulielmum Plantium Cenomanum.

VIRTUTE DUCE,



COMITE FORTUNA.

APUD SEB. GRYPHIUM
LUGDUNI,
1552.

ΕΠΤΑ ΣΟΦΩΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

Διοκλῆς.

Ἦ που προϊὼν ὁ χρόνος ὦ Νίκαρχε πολὺ σκότος ἐπάξει τοῖς πράγμασι, καὶ πᾶσαν ἀσάφειαν, εἰ νῦν ἐπὶ προσφάτοις οὕτω καὶ νεαροῖς λόγοι ψευδεῖς συντεθέντες ἔχουσι πίστιν. οὔτε γὰρ μόνων, ὡς ὑμεῖς ἀκηκόατε, τῶν ἑπτὰ γέγονε τὸ συμπόσιον, ἀλλὰ πλειόνων ἢ δὶς τοσούτων, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ἤμην· συνήθης μὲν ὢν περιάνδρῳ διὰ τὴν τέχνην, ξένος δὲ θάλεω. παρ' ἐμοὶ γὰρ κατέλυσεν ὁ ἀνὴρ περιάνδρου κελεύσαντος. οὔτε τοὺς λόγους ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσεν ὅστις ἦν ὑμῖν διηγούμενος. ἦν δὲ ὡς ἔοικεν οὐδεὶς τῶν παραγεγονότων. ἀλλ' ἐπεὶ σχολὴ πάρεστι πολλή, καὶ τὸ γῆρας οὐκ ἀξιόπιστον ἐγγυήσεται τὴν ἀναβολὴν τοῦ λόγου, προθυμουμένοις ὑμῖν ἀπ' ἀρχῆς ἅπαντα διηγήσομαι. παρεσκευάκει μὲν γὰρ οὐκ ἐν τῇ πόλει τὴν ὑποδοχὴν ὁ περίανδρος, ἀλλ' ἐν τῷ περὶ τὸ λέχαιον ἑστιατορίῳ παρὰ τὸ τῆς ἀφροδίτης ἱερόν, ἧς ἦν καὶ θυσία. μετὰ γὰρ τὸν ἔρωτα τῆς μητρὸς αὐτοῦ προεμένης τὸν βίον ἑκουσίως, οὐ τεθυκὼς τῇ ἀφροδίτῃ, τότε πρῶτον ἐκ τινων ἐνυπνίων τῆς μελίσσης ὥρμησε τιμᾶν καὶ

θεραπεύειν τὴν θεόν. τῶν δὲ κεκλημένων ἑκάστῳ συνωρὶς ἱκανῶς κεκοσμημένη προσήχθη, καὶ γὰρ ὥρα θέρους ἦν, καὶ τὴν ὁδὸν ἅπασαν ὑπὸ πλήθους ἁμαξῶν καὶ ἀνθρώπων ἄχρι θαλάττης κονιορτὸς καὶ θόρυβος κατεῖχεν. ὁ μὲν τοι θάλης τὸ ζεῦγος ἐπὶ ταῖς θύραις ἰδὼν καὶ μειδιάσας ἀφῆκεν. ἐβαδίζομεν οὖν ἐκτραπόμενοι διὰ τῶν χωρίων καθ' ἡσυχίαν, καὶ μεθ' ἡμῶν τρίτος ὁ ναυκρατίτης νειλόξενος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ τοῖς περὶ σόλωνα καὶ θάλητα γεγονὼς ἐν αἰγύπτῳ συνήθης, ἐτύγχανε δὲ πρὸς βίαντα πάλιν ἀπεσταλμένος, ὧν δὲ χάριν οὐδὲ αὐτὸς ᾔδει, πλὴν ὑπενόει πρόβλημα δεύτερον αὐτῷ κομίζειν ἐν βιβλίῳ κατασεσημασμένον. εἴρητο γὰρ εἰ βίας ἀπαγορεύσειεν, ἐπιδεῖξαι τοῖς σοφωτάτοις ἑλλήνων. ἕρμαιον τὸ βιβλίον ὁ νειλόξενος ἔφη μοι γέγονεν, ἐνταῦθα λαβεῖν ἅπαντας ὑμᾶς, καὶ κομίζω τὸ βιβλίον ὡς ὁρᾷς ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἅμα δὲ ἡμῖν ἐπεδείκνυε. καὶ ὁ θάλης γελάσας, εἴ τι κακὸν εἶπεν, αὖθις εἰς πριήνην. διαλύσει γὰρ ὁ βίας, ὡς διέλυσεν αὐτὸς τὸ πρῶτον. τί δὲ ἔφην ἐγὼ τὸ πρῶτον; ἱερεῖον εἶπεν ἔπεμψεν αὐτῷ, κελεύσας τὸ πονηρότατον ἐξελόντα καὶ χρηστότατον ἀποπέμψαι κρέας. ὁ δὲ ἡμέτερος εὖ καὶ καλῶς τὴν γλῶτταν ἐξελὼν ἔπεμψεν, ὅθεν εὐδοκιμῶν δῆλός ἐστι καὶ θαυμαζόμενος. οὐ διὰ ταῦτα ἔφη μόνον ὁ νειλόξενος, ἀλλ' οὐδὲ φεύγει τὸ φίλος εἶναι καὶ βασιλέων, καθάπερ ὑμεῖς ἐπεὶ σοῦ τε καὶ τὰ ἄλλα θαυμάζει, καὶ τῆς πυραμίδος τὴν μέτρησιν ὑπερφυῶς ἠγάπησεν, ὅτι

πάσης

πάσης αὐτοῦ πραγματείας, καὶ μηδενὸς ὀργάνου δεηθείς, ἀλλὰ τὴν βακτηρίαν στήσας ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς σκιᾶς ἣν ἡ πυραμὶς ἐποίει, γενομένων τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος δυοῖν τριγώνων, ἔδειξας ὃν ἡ σκιὰ πρὸς τὴν σκιὰν λόγον εἶχε, τὴν πυραμίδα πρὸς τὴν βακτηρίαν ἔχουσαν. ἀλλ' ὅπερ ἔφην, διεβλήθης μισοβασιλεὺς εἶναι, καί τινες ὑβριστικαί σου περὶ τυράννων ἀποφάσεις ἀνεφέροντο πρὸς αὐτόν, ὡς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Μολπαγόρου τοῦ Ἴωνος τί παράδοξον εἴης ἑωρακώς, ἀποκρίναιο τύραννον γέροντα· καὶ πάλιν ἔν τινι πότῳ, περὶ θηρείων λόγου γενομένου, φαίης κάκιστον εἶναι, τῶν μὲν ἀγρίων θηρείων, τὸν τύραννον, τῶν δὲ ἡμέρων, τὸν κόλακα. ταῦτα γὰρ, εἰ καὶ πάνυ προσποιοῦνται διαφέρειν οἱ βασιλεῖς τῶν τυράννων, οὐκ εὐμενῶς ἀκούουσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, εἶπεν ὁ Θάλης, πιττακοῦ ἐστιν, εἰρημένον ἐν παιδιᾷ ποτε πρὸς μυρσῖλον. ἐγὼ δὲ θαυμάσαιμ' ἂν ἔφη, οὐ τύραννον ἀλλὰ κυβερνήτην γέροντα θεασάμενος. πρὸς δὲ τὴν μετάθεσιν τὸ τοῦ νεανίσκου πέπονθα, τοῦ βαλόντος μὲν ἐπὶ τὴν κύνα, πατάξαντος δὲ τὴν μητρυιὰν, καὶ εἰπόντος οὐδ' οὕτω κακῶς. διὸ καὶ σόλωνα σοφώτατον ἡγησάμην οὐ δεξάμενον τυραννεῖν. καὶ πιττακὸς εἰ μοναρχίᾳ μὴ προσῆλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. περίανδρος δὲ ἔοικεν ὡς ἐν νοσήματι πατρῴῳ τῇ τυραννίδι κατειλημμένος, οὐ φαύλως ἐξαναφέρειν χρώμενος ὁμιλίαις ὑγιειναῖς ἄχρι γε νῦν, καὶ συνουσίας ἀνδρῶν νοῦν ἐχόντων ἐπαγόμενος, ἃς δὲ θρασύβουλος αὐτῷ κολούσεις τῶν ἄκρων οὐ-

μὸς πολίτης, ὑφηγεῖται μὴ προσιέμενος. γεωργοῦ γὰρ ἀκρίδας καὶ ὄρνιθας ἀντὶ πυρῶν καὶ κριθῶν συγκομίζειν ἐθέλοντος, οὐδὲν διαφέρει τύραννος ἀνδραπόδων μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἀνδρῶν βουλόμενος. ἓν γὰρ ἀντὶ πολλῶν κακῶν ἀγαθὸν αἱ δυναστεῖαι τὴν τιμὴν ἔχουσι καὶ τὴν δόξαν, ἂν τῶν ἀγαθῶν ὡς κρείττονες ἄρχωσι, καὶ μεγάλων μείζονες εἶναι δοκῶσι. τὴν δὲ ἀσφάλειαν ἀγαπῶντας ἄνευ τοῦ καλοῦ, προβάτων ἔδει πολλῶν καὶ ἵππων καὶ βοῶν ἄρχειν, μὴ ἀνθρώπων. ἀλλὰ γὰρ εἰς οὐδὲν προσήκοντας ἐμβέβληκεν ἡμᾶς, ἔφη, ὁ ξένος οὗτος λόγους ἀμελήσαντας λέγειν τε καὶ ζητεῖν, ἃ ἁρμόττει τοῖς ἐπὶ δεῖπνον βαδίζουσιν. ἢ γὰρ οὐκ οἴει καθάπερ ἑστιῶντός ἐστι τις παρασκευή, καὶ δειπνήσοντος εἶναι; συβαρῖται μὲν γὰρ ὡς ἔοικε πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλήσεις ποιοῦνται τῶν γυναικῶν, ὅπως ἐκγένοιτο κατὰ σχολὴν παρασκευασαμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐγὼ δὲ πλείονος οἶμαι χρόνου δεῖσθαι τὴν ἀληθινὴν τοῦ δειπνήσοντος ὀρθῶς παρασκευήν, ὃ χαλεπώτερόν ἐστιν ἤθει τὸν πρέποντα κόσμον, ἢ σώματι τὸν περιττὸν ἐξευρεῖν καὶ ἄχρηστον. οὐ γὰρ ὡς ἀγγεῖον ἥκει κομίζων ἑαυτὸν ἐμπλῆσαι πρὸς τὸ δεῖπνον ὁ νοῦν ἔχων, ἀλλὰ καὶ σπουδάσαι τι καὶ παῖξαι, καὶ ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν, ἃ ὁ καιρὸς παρακαλεῖ τοὺς συνόντας εἰ μέλλουσι μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἔσεσθαι. καὶ γὰρ ὄψον πονηρόν ἐστι παρώσασθαι, κἂν οἶνος ᾖ φαῦλος, ἐπὶ τὰς νύμφας καταφυγεῖν. σύνδειπνος δὲ κεφαλαλγὴς καὶ βαρὺς καὶ ἀνάγωγος, παντὸς μὲν οἴνου καὶ ὄψου, πᾶσαν δὲ μουσουργοῦ χάριν ἀπόλ-

λύσει καὶ λυμαίνεται, καὶ οὐδὲ ἀποπέμψαι τὴν τοιαύτην ἀηδίαν ἕτοιμόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐνίοις εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐμμένει τὸ πρὸς ἀλλήλους δυσάρεστον, ὥσπερ ἑωλοκρασία τις ὕβρεως, ἢ ὀργῆς ἐν οἴνῳ γενομένης. ὅθεν ἄριστα Χίλων καλούμενος χθὲς οὐ πρότερον ὡμολόγησεν, ἢ πυθέσθαι τῶν κεκλημένων ἕκαστον. ἔφη γὰρ ὅτι σύμπλουν ἀγνώμονα δεῖ φέρειν καὶ σύσκηνον, οἷς συμπλεῖν ἀνάγκη καὶ συστρατεύεσθαι, πρὸς δὲ τὸ συμπότοις ἑαυτὸν ὡς ἔτυχε καταμιγνύειν, οὐ νοῦν ἔχοντος ἀνδρός ἐστιν. ὁ δὲ αἰγύπτιος σκελετὸς, ὃν ἐπιεικῶς εἰσφέροντες εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται, καὶ παρακαλοῦσι μεμνῆσθαι τάχα δὴ τοιούτους ἐσομένους, καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων, ὅμως ἔχει τινὰ καιρὸν, εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς φιλίαν καὶ ἀγάπησιν ἀλλήλων προτρέπεται, καὶ παρακαλεῖ τὸν βίον μὴ τῷ χρόνῳ βραχὺν ὄντα πράγμασι κακοῖς μακρὸν ποιεῖν. ἐν τοιούτοις λόγοις γενόμενοι καθ᾽ ὁδὸν, ἀφικόμεθα πρὸς τὴν οἰκίαν, καὶ λούσασθαι μὲν ὁ Θάλης οὐκ ἠθέλησεν: ἀλήλιμμαι γὰρ εἶπεν. ἐπιὼν δὲ τούς τε δρόμους ἐθεᾶτο καὶ τὰς παλαίστρας καὶ τὸ ἄλσος τὸ παρὰ τὴν θάλασσαν ἱκανῶς διακεκοσμημένον, ὑπ᾽ οὐδενὸς ἐκπληττόμενος τῶν τοιούτων, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ καταφρονεῖν δοκοίη τοῦ περιάνδρου, μὴ δὲ ὑπερορᾶν τῆς φιλοτιμίας. τῶν δὲ ἄλλων τὸν ἀλειψάμενον ἢ λουσάμενον οἱ θεράποντες εἰς ἦγον εἰς τὸν ἀνδρῶνα διὰ τῆς στοᾶς. ὁ δὲ ἀνάχαρσις ἐν τῇ στοᾷ καθῆστο, καὶ παιδίσκη προσειστήκει τὴν κόμην ταῖς χερσὶ διακρίνουσα. ταύτην Θάλης ἐλευθεριώτατά

τατά πως αὐτῷ προσδραμοῦσαν, ἐφίλησε, καὶ γελάσας, οὕτως, ἔφη, ποίει καλὸν τὸν ξένον, ὅπως ἡμερώτατος ὢν μὴ φοβερὸς ᾖ τὴν ὄψιν ἡμῖν, μηδὲ ἄγριος. ἐμοῦ δὲ ἐρομένου περὶ τῆς παιδὸς ἥ τις εἴη, τὴν σοφὴν ἔφη καὶ περιβόητον ἀγνοεῖς Εὔμητιν; οὕτω γὰρ ταύτην ὁ πατὴρ αὐτὸς, οἱ δὲ πολλοὶ πατρόθεν ὀνομάζουσι κλεοβουλίνην. καὶ ὁ νειλόξενος ἦπου τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν ἔφη τῆς κόρης ἐπαινεῖς, καὶ γὰρ εἰς αἴγυπτον ἔνια τῶν προβαλλομένων ὑπ' αὐτῆς διίκται. οὐκ ἔγωγε εἶπε θάλης, τούτοις γὰρ ὥσπερ ἀστρολόγοις ὅταν τύχῃ παίζουσα χρῆται, καὶ διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας· ἀλλὰ καὶ φρόνημα θαυμαστὸν καὶ νοῦς ἔνεστι πολιτικός, καὶ φιλάνθρωπον ἦθος, καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολίταις πραότερον ἄρχοντα παρέχει. καὶ δημοτικώτερον ἔχειν ὁ νειλόξενος ἔφη, φαίνεται βλέποντι πρὸς τὴν λιτότητα, καὶ ἀφέλειαν αὐτῆς. ἀνάχαρσιν δὲ πόθεν οὕτω τημελεῖ φιλοστόργως; ὅτι ἔφη σώφρων ἀνήρ ἐστι, καὶ πολυμαθὴς, καὶ τὴν δίαιταν αὐτῇ καὶ τὸν καθαρμὸν ᾧ χρῶνται σκύθαι περὶ τοὺς κάμνοντας, ἀφθόνως καὶ προθύμως παραδέδωκε. καὶ νῦν οἴομαι, περιέπειν αὐτὴν τὸν ἄνδρα καὶ φιλοφρονεῖσθαι, μανθάνουσάν τε καὶ προσδιαλεγομένην. ἤδη δὲ πλησίον ἐστὶν ἡμῖν τοῦ ἀνδρῶνος, ἀπήντησεν ἀλεξίδημος ὁ μιλήσιος. ἦν δὲ θρασυβούλου τοῦ τυράννου νόθος. καὶ ἐξῄει τεταραγμένος, καὶ σὺν ὀργῇ τινὶ πρὸς αὐτὸν οὐδὲν ἡμῖν γε σαφὲς διαλεγόμενος. ὡς δὲ τὸν θάλην εἶδε μικρὸν ἀνενεγκὼν καὶ καταστὰς, οἵαν ὕβριν, εἶπε,

πρὸς

πρὸς ἡμᾶς Περίανδρος ὕβρεικεν, ἐκπλεῦσαι μὲν οὐκ
ἐάσας ὡρμημένον, ἀλλὰ προσμεῖναι δεηθεὶς τὸ δεῖ-
πνον· ἐλθόντι δὲ νέμων κλισίαν ἄτιμον, αἰολεῖς δὲ καὶ
νησιώτας, καὶ τίνας γὰρ οὐχὶ θρασυβούλου προτιμῶν.
θρασύβουλον γὰρ ἐν ἐμοὶ τὸν πέμψαντα προπηλα-
κίσαι βουλόμενος καὶ καταβαλεῖν, ὡς δὴ περιορῶν,
δῆλός ἐστιν. εἶτα, ἔφη, σὺ δέδιας μὴ, καθάπερ
αἰγύπτιοι τοὺς ἀστέρας ὑψώματα καὶ ταπεινώματα
λαμβάνοντας ἐν τοῖς τόποις οὓς διεξίασι γίνεσθαι βελ-
τίονας ἢ χείρονας ἑαυτῶν λέγουσιν, οὕτως ἡ περὶ σὲ
διὰ τὸν τόπον ἀμαύρωσις ἢ ταπείνωσις γένηται, καὶ
τοῦ λάκωνος ἔσῃ φαυλότερος, ὃς ἐν χορῷ τινι κατα-
σταθεὶς εἰς τὴν ἐσχάτην χώραν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος, εὖ γε
εἶπεν ἐξεῦρες, ὡς καὶ αὕτη ἔντιμος γένηται. οὐ κα-
ταλαβόντες ἔφη τόπον μετά τινας κατακείμεθα,
μᾶλλον δὲ ὅπως εὐάρμοστοι τοῖς κατακειμένοις ὦμεν,
ἀρχὴν καὶ λαβεῖν φιλίας εὐθὺς ἐν αὐτοῖς δηλοῦντες,
μᾶλλον δὲ ἔχοντες τὸ μὴ δυσκολαίνειν, ἀλλ' ἐπαι-
νεῖν ὅτι τοιούτοις συγκατεκλίθημεν. ὡς ὅ, γε τόπῳ
κλισίας δυσχεραίνων, δυσχεραίνει τῷ συγκλιτῇ μᾶλ
λον ἢ τῷ κεκληκότι, καὶ πρὸς ἀμφοτέρους ἀπεχθάνεται.
λόγος ἔφη ταῦτα, ἄλλως ἐστὶν ὁ ἀλεξίδημος, ἔρ-
γῳ δὲ καὶ τοὺς σοφοὺς ὑμᾶς ὁρῶ, τὸ τιμᾶσθαι διώκοντας,
καὶ ἅμα παραμειψάμενος ἡμᾶς ἀπῆλθε, καὶ ὁ θάλης
πρὸς ἡμᾶς τὴν ἀτοπίαν τοῦ ἀνθρώπου θαυμάζοντας
ἔμπληκτος ἔφη καὶ ἀλλόκοτος φύσει. ἐπεὶ καὶ μειρά-
κιον ἔτι, μύρου πολυτελοῦς θρασυβούλῳ κομισθέντος,
εἰς ψυκτῆρα κεράσας μέγαν, καὶ προσεγχέας ἄκρα-

τὸν, δ' ἔπεισεν, ἔχθραν ἀντὶ φιλίας διαπεπραγμένος: ἐκ τούτου προσελθὼν ὑπηρέτης ἐκέλευσε· περίανδρος ἔφη, καὶ θάλην, παραλαβόντα τοῦτον ἐπισκέψασθαι τὸ κεκομισμένον ἀρτίως αὐτῷ, πότερον ἄλλως γέγονεν, ἤ τι σημεῖόν ἐστι καὶ τέρας; αὐτὸς μὲν γοῦν τέρας. αὐτὸς δὲ γὰρ ἔοικε τεταράχθαι σφόδρα, μίασμα καὶ κηλίδα τῆς θυσίας ἡγούμενος, ἅμα δὲ ἀπῆγεν ἡμᾶς εἴς τι οἴκημα τῶν περὶ τὸν κῆπον. ἐνταῦθα νεανίσκος, ὡς ἐφαίνετο νομευτικὸς οὔπω γενειῶν, ἄλλως τε καὶ τὸ εἶδος οὐκ ἀγεννής, ἀναπτύξας τινὰ διφθέραν ἔδειξεν ἡμῖν βρέφος, ὡς ἔφη, γεγονὸς ἐξ ἵππου, τὰ μὲν ἄνω μέχρι τοῦ τραχήλου καὶ τῶν χειρῶν ἀνθρωπόμορφον, τὰ λοιπὰ δὲ ἔχον ἵππου, τῇ δὲ φωνῇ καθάπερ τὰ νεογνὰ παιδάρια κλαυθμυριζόμενον. ὁ μὲν οὖν νειλόξενος ἀλεξίκακε εἰπὼν, ἀπεστράφη τὴν ὄψιν. ὁ δὲ θάλης προσέβαλε τῷ νεανίσκῳ πολὺν χρόνον. εἶτα μειδιάσας, εἰώθει δὲ ἀεὶ παίζειν πρὸς ἐμὲ περὶ τῆς τέχνης, ἦπου τὸν καθαρμὸν ὦ διόκλεις ἔφη κινεῖν διανοῇ, καὶ παρέχειν πράγματα τοῖς ἀποτροπαίοις, ὡς τινος δεινοῦ καὶ μεγάλου συμβάντος; τί δὲ εἶπον οὐ μέλλω, στάσεως γὰρ ὦ θάλη καὶ διαφορᾶς τὸ σημεῖόν ἐστι, καὶ δέδια μὴ μέχρι γάμου καὶ γενεᾶς διίκηται, πρὶν ἢ τὸ πρῶτον ἐξιλάσασθαι μήνιμα τῆς θεοῦ, δεύτερον ὡς ὁρᾷς προφαινούσης. πρὸς τοῦτο μηδὲν ἀποκρινόμενος ὁ θάλης, ἀλλὰ γελῶν ἀπηλλάττετο. καὶ τοῦ περιάνδρου πρὸς τὰς θύρας ἀπαντήσαντος ἡμῖν καὶ διαπυνθανομένου περὶ ὧν εἴδομεν, ἀφεὶς ὁ θάλης με, καὶ λαβόμενος τῆς ἐκείνου χειρὸς, ἐφ'

ἃ μὲν

ἃ μὲν διοκλῆς ἐκέλευε, φράσεις καθ' ἡσυχίας. ἐγὼ δέ σοι παραινῶν, ἐθίσω τὸ μὴ χρῆσθαι νομεῦσιν ἵππων ἢ διδόναι γυναῖκας αὐτοῖς. ἔδοξε μὲν οὖν μοι τὸν λόγον ἀκούσας ὁ περίανδρος ἡσθῆναι σφόδρα, καὶ γὰρ ἐξεγέλασε, καὶ τὸν θάλην περιλαβὼν κατησπάσατο. κἀκεῖνος, οἶμαι δὲ εἶπεν ὦ διόκλεις καὶ πέρας ἔχει τὸ σημεῖον. ὁρᾷς γὰρ ἡλίκον κακὸν γέγονεν ἡμῖν, ἀλεξιδήμου συνδειπνεῖν μὴ τελήσαντος; ἐπεὶ δὲ εἰσήλθομεν μεῖζον ἤδη ὁ θάλης φθεγξάμενος, ποῦ δ' εἶπεν ὁ ἀνὴρ κατακλινάμενος ἐδυσχέραινεν; ἀποδειχθείσης δὲ τῆς χώρας, περιελθὼν ἐκεῖ κατέκλινεν ἑαυτὸν καὶ ἡμᾶς, ἀλλὰ κἂν ἐπριάμην εἰπὼν, ἀρδάλῳ κοινωνεῖν μιᾶς τραπέζης. ἦν δὲ τροιζήνιος ὁ ἄρδαλος αὐλῳδὸς καὶ ἱερεὺς τῶν ἀρδαλίων μουσῶν, ἃς ὁ παλαιὸς ἄρδαλος ἱδρύσατο ὁ τροιζήνιος. ὁ δὲ αἴσωπος, ἐτύγχανε γὰρ ὑπὸ κροίσου νεωστὶ πρός τε περίανδρον ἅμα καὶ πρὸς τὸν θεὸν εἰς δελφοὺς ἀπεσταλμένος, καὶ παρῆν ὑπὲρ δίφρου τινὸς χαμαιζήλου παρὰ τὸν σόλωνα καθήμενος ἄνω κατακείμενον, ἡμίονος ἔφη λυδὸς ἐν ποταμῷ τῆς ὄψεως ἑαυτοῦ κατιδὼν εἰκόνα, καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος τε καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ὥρμησε θεῖν ὥσπερ ἵππος ἀναχαιτίσας, εἶτα μέντοι συμφρονήσας ὡς ὄνου υἱὸς εἴη, κατέπαυσε ταχὺ τὸν δρόμον, καὶ ἀφῆκε τὸ φρύαγμα καὶ τὸν θυμόν. ὁ δὲ χίλων λακωνίσας τῇ φωνῇ, καὶ τύνη ἔφη βραδὺς ὢν τρέχεις τὸν ἡμίονον. ἐκ τούτου παρῆλθε μὲν μέλισσα, καὶ κατεκλίθη παρὰ τὸν περίανδρον. ἡ δὲ εὔμητις ἐκάθισε παρὰ τὸ δειπνεῖν. καὶ ὁ θάλης ἐμὲ προσαγορεύσας

ρεύσας

ρεύσας ἐπάνω τοῦ Βίαντος κατακείμενον, τί οὐκ ἔφρασας, εἶπεν ὦ Διόκλεις, Βίαντι τὸν ναυκρατίτην ξένον ἥκοντα μετὰ προβλημάτων βασιλικῶν αὖθις ἐπ' αὐτὸν, ὅπως νήφων καὶ προσέχων ἑαυτῷ, τὸν λόγον δέχηται. καὶ ὁ Βίας, ἀλλ' οὗτος μὲν ἔφη πάλαι δεδίττεται ταῦτα παρακελευόμενος, ἐγὼ δὲ τὸν Διόνυσον οἶδα τά τε ἄλλα δεινὸν ὄντα, καὶ λύσιον ὑπὸ σοφίας προσαγορευόμενον, ὥστε οὐ δέδια τοῦ θεοῦ μεστὸς γενόμενος, μὴ ἀθαρσέστερον ἀγωνίσωμαι. τοιαῦτα μὲν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἅμα δειπνοῦντες ἔπαιζον. ἐμοὶ δὲ τὸ δεῖπνον εὐτελέστερον ἢ τοῦ συνήθους ὁρῶντι, ἐννοεῖν ἐπῄει πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς σοφῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὑποδοχὴ καὶ κλῆσις οὐδεμίαν προστίθησι δαπάνην, ἀλλὰ συστέλλει μᾶλλον ἀφαιροῦσα περιεργίας ὄψων, καὶ μύρα ξενικὰ καὶ πέμματα, καὶ πολυτελῶν οἴνων διαχύσεις, οἷς καθημέραν χρώμενος ἐπιεικῶς ὁ Περίανδρος ἐν τυραννίδι καὶ πλούτῳ καὶ πράγμασι, τότε πρὸς ἄνδρας ἐκαλλωπίζετο λιτότητι καὶ σωφροσύνῃ δαπάνης. οὐ γὰρ μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῆς γυναικὸς ἀφελὼν καὶ ἀποκρύψας τὸν συνήθη κόσμον, ἐπεδείκνυε σὺν εὐτελείᾳ καὶ μετριότητι κεκοσμημένην. ἐπεὶ δὲ ἤρθησαν αἱ τράπεζαι καὶ στεφάνων παρὰ τῆς μελίσσης διαδοθέντων, ἡμεῖς μὲν ἐσπείσαμεν, ἡ δὲ αὐλητρὶς ἐπιφθεγξαμένη μικρὰ ταῖς σπονδαῖς, εἰς μέσον μετέστη, προσαγορεύσας τὸν Ἀνάχαρσιν ὁ Ἄρδαλος ἠρώτησεν εἰ παρὰ Σκύθαις αὐλητρίδες εἰσίν. ὁ δ' ἐκ τοῦ προστυχόντος, οὐδ' ἄμπελοι εἶπε. τοῦ δὲ Ἀρδάλου πάλιν εἰπόντος,

ἀλλὰ

ἀλλὰ θεοί γε σκύθαις εἰσὶν, πάνυ μὲν οὖν ἔφη γλώσσης ἀνθρωπίνης συνιέντες, οὐχ ὥσπερ δὲ οἱ ἕλληνες οἰόμενοι σκυθῶν διαλέγεσθαι βέλτιον, ὅμως τοὺς θεοὺς ὀστέων καὶ ξύλων ἥδιον ἀκροᾶσθαι νομίζουσιν. ὁ δὲ αἴσωπος εἴγε εἶπεν εἰδείης ὦ ξένε τοὺς νῦν αὐλοποιοὺς ὡς προέμενοι τὰ νεβρεῖα χρώμενοι τοῖς ὀνείοις, βέλτιον ἠχεῖν λέγουσιν. διὸ καὶ κλεόβουλιν ἡ πρὸς τὸν φρύγιον αὐλὸν νεβρογόνος κνήμη κερασφόρον οὖας ἦξε θαυμάζειν ἐκάλε κρούσεως. ὥστε θαυμάζειν τὸν ὄνον εἰ παχύτατος καὶ ἀμουσότατος ὤν, τἆλλα λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ὀστέον παρέχεται. καὶ ὁ νειλόξενος ἀμέλει ταῦτα ἔφη καὶ ἡμῖν τοῖς ναυκρατίαις ἐγκαλοῦσι βουσιρῖται, χρώμεθα γὰρ ἤδη τοῖς ὀνείοις εἰς τὸν αὐλὸν, ἐκείνοις δὲ καὶ σάλπιγγος ἀκούειν ἀθέμιτον, ὡς ὄνῳ φθεγγομένης ὅμοιον, ὄνον δὲ ὑπὸ αἰγυπτίων ἴστε δή που διὰ τυφῶνα προπηλακιζόμενον. γινομένης δὲ σιωπῆς, ὁ περίανδρος περιορῶν βουλόμενον μὲν, ὀκνοῦντα δὲ ἄρξασθαι τοῦ λόγου τὸν νειλόξενον, ἐγὼ τοι εἶπεν ὦ ἄνδρες ἐπαινῶ καὶ πόλεις, καὶ ἄρχοντας, οἳ τοι ξένοις πρῶτον, εἶτα πολίταις χρηματίζουσι. καὶ νῦν δοκεῖ μοι τοὺς μὲν ἡμετέρους λόγους οἷον ἐπιχωρείους καὶ συνήθεις βραχὺν χρόνον ἐπισχεῖν, πρόσοδον δ' ὥσπερ ἐκκλησίᾳ δοῦναι τοῖς αἰγυπτίοις ἐκείνοις καὶ βασιλικοῖς, οὓς ὁ βέλτιστος ἥκει κομίζων νειλόξενος βίαντι, βίας δὲ βούλεται κοινῇ σκέψασθαι μεθ' ἡμῶν. καὶ ὁ βίας ποῦ γὰρ ἢ μετὰ τίνων ἔφη προθυμότερον ἄν τις ἀποκινδυνεύσειεν, εἰ δεῖ πρὸς τοιαύτας ἀποκρίσεις, ἄλλως τε τοῦ βασιλέως κελεύσαντος ἄρξασθαι μὲν

ἀπ'

ἀπ' ἐμοῦ, προελθεῖν δὲ εἰς ἅπαντας ὑμᾶς τὸν λόγον. οὕτω δὴ παρεδίδου μὲν αὐτῷ τὸ γραμματεῖον. ὁ νειλόξενος δὲ αὐτὸν ἐκέλευσε λύσαντα παντάπασιν ἐς μέσον ἀναγνῶναι, διάνοιαν δὲ τοιαύτην εἶχε τὰ γεγραμμένα. Βασιλεὺς αἰγυπτίων ἄμασις λέγει βίαντι σοφωτάτῳ ἑλλήνων. Βασιλεὺς αἰθιόπων ἔχει πρὸς ἐμὲ σοφίας ἅμιλλαν, ἡττώμενος δὲ τοῖς ἄλλοις, ἐπὶ πᾶσι συντέθεικεν ἄτοπον ἐπίταγμα καὶ δεινόν, ἐκπιεῖν με κελεύων τὴν θάλασσαν. ἔστι δὲ λύσαντι μὲν ἔχειν κώμας τε πολλὰς, καὶ πόλεις τῶν ἐκείνου, μὴ λύσαντι δὲ ἄστεων τῶν περὶ ἐλεφαντίνην ἀποστῆναι. σκεψάμενος οὖν εὐθὺς ἀπόπεμπε νειλόξενον, ἃ δεῖ φίλοις σοῖς ἢ πολίταις γενέσθαι παρ' ἡμῶν, οὐ τὰ 'μὰ κωλύσει. τούτων ἀναγνωσθέντων οὐ πολὺν χρόνον ἐπισχὼν ὁ βίας, ἀλλὰ μικρὰ μὲν αὐτὸς πρὸς αὑτῷ γενόμενος, μικρὰ δὲ τῷ κλεοβούλῳ προσλαλήσας ἐγγὺς κατακειμένῳ, τί λέγεις εἶπεν ὦ ναυκρατῖτα, βασιλεύων τοσούτων ἀνθρώπων ἄμασις, κεκτημένος δὲ χώραν ἀρίστην τοσαύτην ἐθελήσει ἐπὶ κώμαις ἀδόξοις καὶ λυπραῖς ἐκπιεῖν θάλασσαν; ὁ νειλόξενος γελάσας, ὡς θέλεις αὐτὸς εἶπεν ὦ βία σκόπει τὸ δυνατόν. φραζέτω τοίνυν ἔφη τῷ αἰθίοπι τοὺς ἐμβάλλοντας εἰς τὰ πελάγη ποταμοὺς ἐπισχεῖν ἕως αὐτὸς ἐκπίνῃ τὴν νῦν οὖσαν θάλασσαν. περὶ ταύτης γὰρ τὸ ἐπίταγμα γέγονεν οὐ περὶ ὕστερον ἐσομένης. ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ βίας, ὁ μὲν νειλόξενος ὑφ' ἡδονῆς ὥρμησε περιβάλλειν τὸν βίαντα καὶ φιλῆσαι. τῶν δὲ ἄλλων ἐπαινεσάντων καὶ ἀποδεξαμένων, γελάσας ὁ

χίλων,

χίλων, ὦ ναυκρατῖτα ἔφη ξένε, πρὶν ἀπολύσασθαι τὴν θάλασσαν ἐκποτεῖσαν, ἀπάγγελε πλεύσας ἀμάσιδι, μὴ ζητεῖν ὅπως ἅλμην ἀναχώσει τοσαύτην, ἀλλὰ μᾶλλον ὅπως πότιμον καὶ γλυκεῖαν τοῖς ὑπηκόοις παρέξει τὴν βασιλείαν, περὶ ταῦτα γὰρ δεινότατος βίας καὶ διδάσκαλος τούτων ἄριστος, ἃ μαθὼν ἄμασις, οὐδὲν ἔτι τοῦ χρυσοῦ δεήσεται ποδονιπτῆρος πρὸς αἰγυπτίους, ἀλλὰ θεραπεύσουσι πάντες αὐτὸν καὶ ἀγαπήσουσι χρηστὸν, ἐόντα κἂν μυριάκις ἢ νῦν ἀναφανῇ δυσμενέστατος. καὶ μὴν ἔφη ὁ περίανδρος ἄξιόν γε τοιαύτας ἀπαρχὰς τῷ βασιλεῖ συνεισενεγκεῖν ἅπαντας, ἀνδρακὰς ὥσπερ ἔφησεν ὅμηρος, ἐκείνῳ τε γὰρ ἂν γένοιτο πλέονος ἀξία τῆς ἐμπορίας ἡ παρενθήκη, καὶ ἡμῖν ἀντὶ πάντων ὠφέλιμος. εἰπόντος οὖν τοῦ χίλωνος, ὁ σόλων καταρχέσθαι τοῦ λόγου δίκαιός ἐστιν, οὐ μόνον ὅτι πάντων προήκει καθ' ἡλικίαν, καὶ τυγχάνει κατακείμενος πρῶτος, ἀλλ' ὅτι τὴν μεγίστην καὶ τελειοτάτην ἀρχὴν ἄρχει, νόμους ἀθηναίοις θέμενος. ὁ οὖν νειλόξενος ἡσυχῇ πρὸς ἐμὲ, πολλά γε εἶπεν ὦ διόκλεις πιστεύεται ψευδῶς, καὶ χαίρουσι πολλοὶ λόγους ἀνεπιτηδείους περὶ σοφῶν ἀνδρῶν αὐτοῖς τε πλάττοντες καὶ δεχόμενοι παρ' ἑτέρων ἕτοιμοι, οἷα καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰς αἴγυπτον ἀπηγγέλη περὶ χίλωνος. ὡς ἄρα διαλύσαιτο τὴν πρὸς σόλωνα φιλίαν καὶ ξενίαν, ὅτι τοὺς νόμους ὁ σόλων ἔφη μετακινητοὺς εἶναι, καὶ ἐγὼ γελοῖος ἔφην ὁ λόγος, οὕτω γὰρ δεῖ πρῶτον ἀποποιεῖσθαι τὸν λυκοῦργον αὐτοῖς νόμοις, ὅλην μετακινήσαντα τὴν λακεδαιμονίων πολιτείαν. μικρὸν οὖν ἐπισχὼν

ὁ σό

ὁ σόλων, ἐμοὶ μὲν οὖν ἔφη δοκεῖ μάλιστ' ἔνδοξος γενέσθαι καὶ βασιλεὺς καὶ τύραννος, εἰ δημοκρατίαν ἐκ μοναρχίας κατασκευάσειε τοῖς πολίταις. δεύτερος δὲ ὁ βίας εἶπεν, εἰ πρῶτος χρῷτο τοῖς νόμοις τῆς πατρίδος. ἐπὶ τούτῳ δὲ θάλης ἔφησεν εὐδαιμονίαν ἄρχοντος νομίζειν, εἰ τελευτήσει γηράσας κατὰ φύσιν. τέταρτος ἀνάχαρσις εἰ μόνος εἴη φρόνιμος. πέμπτος δ' ὁ κλεόβουλος εἰ μηδενὶ πιστεύοι τῶν συνόντων. ἕκτος δὲ ὁ πιττακὸς, εἰ τοὺς ὑπηκόους ὁ ἄρχων παρασκευάσειε φοβεῖσθαι μὴ αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ. μετὰ τοῦτον ὁ χίλων ἔφη τὸν ἄρχοντα χρῆναι μηδὲν φρονεῖν θνητὸν, ἀλλὰ πάντα ἀθάνατα. ῥηθέντων δὲ τούτων ἠξιοῦμεν ἡμεῖς καὶ αὐτὸν εἰπεῖν τι τὸν περίανδρον. ὁ δὲ, οὐ μάλα φαιδρὸς ἀλλὰ συστήσας τὸ πρόσωπον, ἐγὼ τοίνυν ἔφη προσαποφαίνομαι τὰς εἰρημένας γνώμας ἁπάσας σχεδὸν ἀφιστάναι τοῦ ἄρχειν τὸν νοῦν ἔχοντα. καὶ ὁ αἴσωπος οἷον ἐλεγκτικὸς, ἔδει τοίνυν ἔφη τοῦτο καθ' ἑαυτοὺς περαίνειν, καὶ μὴ συμβούλους φάσκοντας εἶναι καὶ φίλους, κατηγόρους γίνεσθαι τῶν ἀρχόντων. ἁψάμενος οὖν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς ὁ σόλων, καὶ μειδιάσας φησὶν, οὐκ ἂν δοκῇ σοι μετριώτερον ἄρχοντα ποιεῖν καὶ τύραννον ἐπιεικέστερον, ὁ πείθων, ὡς ἄμεινον εἴη τὸ μὴ ἄρχειν, ἢ τὸ ἄρχειν. τίς δ' ἂν ἔφη σοὶ τοῦτο πειθείη, ἢ τῷ θεῷ φράσαντι κατὰ τὸν πρὸς σὲ χρησμόν. εὐδαίμων πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκούειν. καὶ ὁ σόλων ἀλλὰ μὴν ἔφη καὶ νῦν ἀθηναῖοι ἑνὸς κήρυκος ἀκροῶνται, καὶ ἄρχοντος τοῦ νόμου, δημοκρατίαν ἔχοντες, σὺ δὲ δεινὸς εἶ κοράκων ἐπαΐειν, καὶ κολοιῶν, τῆς δὲ

σοῦ

σοῦ φωνῆς οὐκ ἀκριβῶς ἐξακούεις, ἀλλὰ πόλιν μὲν οἴει κατὰ θεὸν ἄριστα πράττειν τὴν ἑνὸς ἀκούουσαν, συμποσίου δὲ ἀρετὴν νομίζεις τὸ πάντας διαλέγεσθαι καὶ περὶ πάντων. σὺ γὰρ ἔφη ὁ αἴσωπος οὕτω γέγραφας, ὅτι ὅμοιον οἰκέτας μὴ μεθύειν ὡς ἔγραψας ἀθήνησιν οἰκέτας μὴ δρᾶν, μὴ δὲ ξηραλοιφεῖν. γελάσαντος οὖν τοῦ σόλωνος, κλεόδωρος ὁ ἰατρὸς, ἀλλ' ὅμοιον ἔφη τὸ ξηραλοιφεῖν τῷ λαλεῖν ἐν οἴνῳ βρεχόμενον, ἥδιστον γάρ ἐστι. καὶ ὁ χίλων ὑπολαβὼν ἔφη, διὰ τοῦτό τοι μᾶλλον ἀφεκτέον αὐτοῦ. πάλιν δὲ ὁ αἴσωπος καὶ μὴν ἔφη, θάλης ἔδοξεν εἰπεῖν ὅτι τάχιστα γηράσει. γελάσας οὖν ὁ περίανδρος, ἔχομεν εἶπεν αἴσωπε τὴν δίκην προσηκόντως, ὅτι πρινὴ τοὺς ἀμάσιδος προειλόμεθα πάντας εἰσαγαγεῖν λόγους εἰς ἑτέρους ἐμπεσόντες, ὅρα δὴ νειλόξενε τὰ λοιπὰ τῆς ἐπιστολῆς, καὶ χρῶ παροῦσιν ἐν τούτῳ τοῖς ἀνδράσιν. ἀλλὰ μὴν ὁ νειλόξενος ἔφη, τὴν μὲν τοι αἰθίοπος ἐπίταξιν οὐδὲν ἄν τις ἄλλο πλὴν ἀχνυμένην σκυτάλην προσείπῃ κατ' ἀρχίλοχον. ὁ δὲ σὸς ξένος ἄμασις ἡμερώτερος ἐν τοῖς τοιούτοις προβλήμασι καὶ μουσικώτερος γέγονεν, ἐκέλευσε γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν τὸ πρεσβύτατον, καὶ τὸ μέγιστον, καὶ τὸ σοφώτατον, καὶ τὸ κοινότατον, καὶ ναὶ μὰ δία πρὸς τούτοις τὸ ὠφελιμώτατον, καὶ βλαβερώτατον, καὶ τὸ ἰσχυρότατον, καὶ τὸ ῥᾷστον εἰπεῖν. ἆρ' οὖν ἀπεκρίνατο καὶ διέλυσε τούτων ἕκαστον; οὕτως ὁ νειλόξενος ἔφη, κρίνετε δὲ ὑμεῖς ἀκούσαντες, περὶ πολλοῦ γὰρ ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, μήτε συκοφαντῶν ἁλῶναι τὰς ἀποκρίσεις, εἴ τέ τι σφάλλεται περὶ ταύτας

ἀποκρινάμενος, ὥστε μὴ διαφυγεῖν ἀνεξέλεγκτον, ἀναγνώσομαι δὲ ὑμῖν ὥσπερ ἀπεκρίνατο. τί πρεσβύτατον, χρόνος. τί μέγιστον, κόσμος. τί σοφώτατον, ἀλήθεια. τί κάλλιστον, φῶς. τί κοινότατον, θάνατος. τί ὠφελιμώτατον, θεός. τί βλαβερώτατον, δαίμων. τί ῥωμαλεώτατον, τύχη. τί ῥᾷστον, ἡδύ. τούτων πάλιν ἀναγνωσθέντων ὦ νίκαρχε, γενομένης σιωπῆς, Θάλης ἠρώτησε τὸν νειλόξενον, εἰ προσήκατο τὰς λύσεις ὁ ἄμασις. ἐκείνου δὲ εἰπόντος ὅτι τὰς μὲν ἀπεδέξατο, ταῖς δ' ἐδυσκόλαινε, καὶ μὴν εἶπεν ὁ Θάλης ἀνεπίληστόν οὐδὲν ἐστιν, ἀλλ' ἔχει πάντα διαμαρτίας μεγάλας, καὶ ἀγνοίας, οἷον εὐθὺς ὁ χρόνος πῶς ἂν εἴη πρεσβύτατον, εἰ τὸ μὲν αὐτοῦ γεγονός, τὸ δ' ἐνεστώς ἐστι, τὸ δὲ μέλλον. ὁ γὰρ μεθ' ἡμᾶς ἐσόμενος χρόνος καὶ πραγμάτων τῶν νῦν καὶ ἀνθρώπων νεώτερος ἂν φανείη. τὸ δὲ τὴν ἀλήθειαν ἡγεῖσθαι σοφίαν, οὐδὲν ἐμοὶ δοκεῖ διαφέρειν τοῦ τὸ φῶς ὀφθαλμὸν ἀποφαίνειν, εἰ δὲ τὸ φῶς, ὥσπερ καλόν ἐστιν νόμιζε, πῶς τὸν ἥλιον αὐτὸν παρεῖδε; τῶν δ' ἄλλων ἡ μὲν περὶ θεῶν καὶ δαιμόνων ἀπόκρισις, θράσος ἔχει καὶ κίνδυνον, ἀλογίαν δὲ καὶ πολλὴν ἡ περὶ τῆς τύχης. οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε ῥᾳδίως, οὕτως ἰσχυρότατον οὖσα τῶν ὄντων καὶ ῥωμαλεώτατον, οὐ μὴν οὐδὲ θάνατος κοινόν ἐστιν, οὐ γάρ ἐστι πρὸς τοὺς ζῶντας, ἀλλ' ἵνα μὴ δοκῶμεν εὐθύνειν τὰς τῶν ἑτέρων, ἰδίας ἀποφάσεις, ταῖς ἐκείνου παραβάλλωμεν, ἐμαυτὸν δὲ παρέχω πρῶτον εἰ βούλεται νειλόξενος ἐρωτᾶν καθ' ἕκαστον. ὡς οὖν ἐγίνοντο τότε, κἀγὼ νῦν διηγήσομαι τὰς

ἀποκρί

* ἀνεπίληπτον aut ἀνεπίπληκτον

ἀποκρίσεις, καὶ τὰς ἐρωτήσεις, τί πρεσβύτατον, θεὸς ἔφη θάλης. ἀγέννητον γάρ ἐστι. τί μέγιστον, τόπος. τἆλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει. τί κάλλιστον, κόσμος. πᾶν γὰρ τὸ κατὰ τάξιν, τούτου μέρος ἐστί. τί σοφώτατον, χρόνος. τὰ μὲν γὰρ εὕρηκεν οὗτος ἤδη, τὰ δὲ εὑρήσει. τί κοινότατον, ἐλπίς. καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηδὲν, αὕτη πάρεστι. τί ὠφελιμώτατον, ἀρετή. καὶ γὰρ τἆλλα τῷ χρῆσθαι καλῶς, ὠφέλιμα ποιεῖ. τί βλαβερώτατον, κακία. καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα βλάπτει παραγινομένη. τί ἰσχυρότατον, ἀνάγκη. μόνον γὰρ ἀνίκητον. τί ῥᾷστον, τὸ κατὰ φύσιν. ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἀπαγορεύουσιν. ἀποδεξαμένων δὲ πάντων τὸν θάλην, ὁ κλεόδημος εἶπεν, τοιαῦτα ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνασθαι βασιλεῦσιν ὦ νειλόξενε προσῆκόν ἐστιν. ὁ δὲ προπίνων τὴν θάλατταν ἀμάσιδι βάρβαρος, ἐδεῖτο τῆς πιττακοῦ βραχυλογίας, ᾗ πρὸς ἀλυάττην ἐχρήσατο προστάττοντά τι καὶ γράφοντα λεσβίοις, ὑπερήφανον ἀποκρινάμενος οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μόνον κελεύσας κρόμμυα καὶ θερμὸν ἄρτον ἐσθίειν. ὑπολαβὼν οὖν ὁ περίανδρος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς παλαιοῖς ἕλλησιν ἔθος ἦν ὦ κλεόδημε τοιαύτας ἀλλήλοις ἀπορίας προβάλλειν. ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς ἀμφιδάμαντος ταφὰς εἰς χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον, ἦν δὲ ὁ ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολεμικὸς, καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν ἐρετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ ληλάντου μάχαις ἔπεσεν, ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν

κρεῖττον, διὰ τὸ ἐφάμιλλον, ἥτε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν ὁμήρου καὶ ἡσιόδου πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις, καὶ προὔβαλε μὲν ὥς φησι λέσχης, μοῦσά μοι ἔνεπ' ἐκεῖνα τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν, μήτ' ἔσται μετόπισθεν. ἀπεκρίνατο δὲ ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ νίκης, καὶ διὰ τοῦτο λέγεται μάλιστα θαυμασθεὶς τοῦ τρίποδος τυχεῖν. τί δὲ ταῦτα ὁ κλεόδωρος εἶπε διαφέρει τῶν εὐμήτιδος αἰνιγμάτων, ἃ ταύτῃ μὲν ἴσως οὐκ ἀπρεπές ἐστι παίζουσαν καὶ διαπλέκουσαν ὥσπερ ἑταῖραι ζώνια, καὶ κεκρυφάλους προβάλλειν ταῖς γυναιξὶν, ἄνδρας δὲ νοῦν ἔχοντας ἔν τινι σπουδῇ τίθεσθαι, γελοῖον. ἡ μὲν οὖν εὔμητις ἡδέως ἂν εἰποῦσά τι πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐφαίνετο, κατέσχεν ἑαυτὴν ὑπ' αἰδοῦς, καὶ ἀνεπλήσθη τὸ πρόσωπον ἐρυθήματος. ὁ δὲ αἴσωπος, οἷον ἀμυνόμενος ὑπὲρ αὐτῆς, οὐ γελοιότερον οὖν εἶπε τὸ μὴ δύνασθαι ταῦτα διαλύειν; οἷόν ἐστιν ὃ μικρὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν τοῦ δείπνου προὔβαλεν, ἄνδρα εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, τί τοῦτ' ἐστὶν ἔχοις ἂν εἰπεῖν; ἀλλ' οὐδὲ μαθεῖν δέομαι ἔφη ὁ κλεόδωρος. καὶ μὴν οὐδεὶς ἔφη σε τοῦτο μᾶλλον οἶδεν, οὐδὲ ποιεῖ βέλτιον, εἰ δὲ ἀρνῇ, μάρτυρας ἔχω σικυωνίας. ὁ μὲν οὖν κλεόδωρος ἐγέλασε, καὶ γὰρ ἐχρῆτο μάλιστα ταῖς σικυωνίαις τῶν καθ' αὑτὸν ἰατρῶν, καὶ δόξαν οὐχ ἥκιστα τὸ βοήθημα τοῦτο δι' ἐκεῖνον ἔσχηκε. μνησίφιλος δὲ ὁ ἀθηναῖος ἑταῖρος ὢν καὶ ζηλωτὴς σόλωνος,

ἐγὼ

ἐγώ τοι εἶπεν ὦ περίανδρε τὸν λόγον ἀξιῶ καθάπερ τὸν οἶνον μὴ πλουτίνδην, μὴ δὲ ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξίσου πᾶσιν ὥσπερ ἐν δημοκρατίᾳ νέμεσθαι καὶ κοινὸν εἶναι, τῶν δ' ἄρτι περὶ ἀρχῆς καὶ βασιλείας εἰρημένων οὐδὲν ἡμῖν τοῖς δημοτικοῖς μέτεστιν, ὅθεν οἰόμεθα δεῖν πάλιν ἕκαστον ὑμῶν περὶ πολιτείας ἰσονόμου γνώμην τινὰ συμβαλέσθαι ἀρξαμένους αὖθις ἀπὸ σόλωνος. ἐδόκει δὴ ταῦτα ποιεῖν, καὶ πρῶτος ὁ σόλων, ἀλλ' ἀκήκοας μὲν εἶπεν ὦ μνησίφιλε μετὰ πάντων ἀθηναίων ἣν ἔχω γνώμην περὶ πολιτείας, εἰ δὲ βούλει καὶ νῦν ἀκούειν, δοκεῖ μοι πόλις ἄριστα πράττειν καὶ μάλιστα σώζειν δημοκρατίαν, ἐν ᾗ τὸν ἀδικήσαντα τοῦ ἀδικηθέντος οὐδὲν ἧττον οἱ μὴ ἀδικηθέντες προβάλλονται καὶ κολάζουσιν. δεύτερος δὲ ὁ βίας ἔφησε, κρατίστην εἶναι δημοκρατίαν, ἐν ᾗ πάντες ὡς τύραννον φοβοῦνται τὸν νόμον, ἐπὶ τούτῳ θάλης τὴν μήτε πλουσίους ἄγαν, μήτε πένητας ἔχουσαν πολίτας. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ ἀνάχαρσις ἐν ᾗ τῶν ἄλλων ἴσων ὁριζομένων, ἀρετῇ τὸ βέλτιον ὁρίζεται, καὶ κακίᾳ τὸ χεῖρον. πέμπτος κλεόβουλος ἔφη μάλιστα σωφρονεῖν δῆμον, ὅπου τὸν ψόγον μᾶλλον οἱ πολιτευόμενοι δεδίασιν, ἢ τὸν νόμον. ἕκτος δὲ πιττακός, ὅπου τοῖς πονηροῖς οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔξεστιν ἄρχειν. μεταβαλὼν δὲ ὁ χίλων ἀπεφήνατο τὴν μάλιστα νόμων, ἥκιστα δὲ ῥητόρων ἀκούουσαν, πολιτείαν ἀρίστην εἶναι. τελευταῖος δὲ πάλιν ὁ περίανδρος ἐπικρίνων, ἔφη δοκεῖν αὐτῷ πάντας ἐπαινεῖν δημοκρατίαν τὴν ὁμοιοτάτην ἀριστοκρατίᾳ. τέλους δὲ καὶ τούτου τοῦ λόγου λαβόντος, ἠξίουν ἐγὼ καὶ περὶ οἴκου, ἣ χρη-

στέον, εἰπεῖν τοὺς ἄνδρας ἡμῖν, βασιλείας μὲν καὶ πόλεις ὀλίγοι κυβερνῶσιν, ἑστίας δὲ πᾶσιν ἡμῖν καὶ οἴκου μέτεστι. γελάσας οὖν ὁ αἴσωπος οὐκ, εἴ γε τὸν πάντων, ἔφη καὶ ἀνάχαρσιν, ἀριθμεῖς, τούτῳ γὰρ οἶκος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ σεμνύνεται τῷ ἄοικος εἶναι χρῆσθαι δ᾽ ἁμάξῃ καθάπερ τὸν ἥλιον ἐν ἅρμασι λέγουσι περιπολεῖν, ἄλλοτε ἄλλην ἐπινεμόμενον τοῦ οὐρανοῦ χώραν. καὶ ὁ ἀνάχαρσις διὰ τοῦτό τοι εἶπεν ἢ μόνος ἢ μάλιστα τῶν θεῶν ἐλεύθερός ἐστι, καὶ αὐτόνομος, καὶ κρατεῖ πάντων, κρατεῖται δὲ ὑπ᾽ οὐδενός, ἀλλὰ βασιλεύει καὶ ἡνιοχεύει, πλὴν σέ γε λέληθε τὸ ἅρμα αὐτοῦ, ὡς ὑπερφυὲς κάλλει καὶ μεγέθει θαυμάσιόν ἐστιν. οὐ γὰρ ἂν παίζων ἐπὶ γέλωτι παρέβαλες ἐκεῖνο τοῖς ἡμετέροις, οἶκον δέ μοι δοκεῖς ὦ αἴσωπε ταυτὶ τὰ πήλινα καὶ κεράμεα στεγάσματα νομίζειν, ὥσπερ εἰ κοχλίαν ἡγοῖο τὸ κέλυφος, ἀλλὰ μὴ τὸ ζῷον. εἰκότως οὖν σοι γέλωτα παρέσχεν ὁ σόλων, ὅτι τὴν κροίσου τὴν οἰκίαν κεκοσμημένην πολυτελῶς θεασάμενος, οὐκ εὐθὺς ἀπεφήνατο τὸν κεκτημένον εὐδαιμόνως οἰκεῖν καὶ μακαρίως, ἅτε δὴ τῶν ἐν αὐτῷ μᾶλλον ἀγαθῶν, ἢ τῶν παρ᾽ αὐτῷ βουλόμενος γενέσθαι θεατής. σὺ δὲ ἔοικας οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ μνημονεύειν ἀλώπεκος ἐκείνη μὲν γὰρ εἰς ἀγῶνα ποικιλίας καταστᾶσα πρὸς τὴν πάρδαλιν, ἠξίου τὰ ἐντὸς αὐτῆς καταμαθεῖν τὸν δικαστήν, ποικιλωτέρα γὰρ ἐκεῖθεν φανεῖσθαι, σὺ δὲ τὰ τεκτόνων καὶ λιθοξόων ἔργα περινοστεῖς οἶκον ἡγούμενος, οὐ τὰ ἐντὸς ἑκάστου καὶ οἰκεῖα, καὶ παῖδας καὶ γάμους, καὶ φίλους, καὶ θεράποντας, οἷς κἂν ἐν μυρμηκιᾷ τις ἢ νεοττιᾷ

νοῦν

νοῦν ἔχουσι καὶ σωφρονοῦσι κοινωνεῖ τῶν ὑπαρχόντων χρημάτων, οἶκον οἰκεῖ καὶ μακάριον. ἐγὼ μὲν οὖν ἔφη ταῦτα καὶ πρὸς αἴσωπον ἀποκρίνομαι, καὶ πρὸς διοκλῆν συμβάλλομαι, τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστος ἀποφαινέσθω δίκαιός ἐστι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, οὕτως ὁ σόλων, ἄριστον αὐτῷ δοκεῖ οἶκον, ὅπου τὰ χρήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία, μήτε φυλάττουσιν ἀπιστία, μήτε δαπανῶσι, μετάνοια πρόσεστιν. ὁ δὲ βίας, ἐν ᾧ τοιοῦτός ἐστιν ὁ δεσπότης δι' αὐτὸν, οἷος ἔξω διὰ τὸν νόμον. ὁ δὲ θάλης, ἐν ᾧ πλείστην ἄγειν τῷ δεσπότῃ σχολὴν ἔξεστιν. ὁ δὲ κλεόβουλος εἰ πλείονας ἔχει τῶν φοβουμένων αὐτὸν τοὺς φιλοῦντας ὁ δεσπότης. ὁ δὲ πιττακὸς εἶπεν ὡς ἄριστος οἶκός ἐστιν ὁ τῶν περιττῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μηδενὸς ἐνδεόμενος. ὁ δὲ χίλων ἔφη, δεῖ μάλιστα βασιλευομένῃ πόλει προσεοικέναι τὸν οἶκον, εἶτα προσεῖπεν, ὅτι λυκοῦργος πρὸς τὸν κελεύοντα δημοκρατίαν ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι, πρῶτος ἔφη ποίησον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου δημοκρατίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος ἔσχεν ὁ λόγος τέλος, ἡ μὲν εὔμητις ἐξῆλθε μετὰ τῆς μελίσσης, τοῦ δὲ περιάνδρου τῷ χίλωνι προπιόντος εὐμεγέθη κύλικα, τῷ δὲ βίαντι τοῦ χίλωνος, ἄρδαλος ἐπαναστὰς καὶ προσαγορεύσας τὸν αἴσωπον. σὺ δὲ οὐκ ἂν ἔφη διαπέμψαιο δεῦρο τὸ ποτήριον πρὸς ἡμᾶς, ὁρῶν τούτους ὥσπερ τὴν βαθυκλέους κύλικα διαπεμπομένους ἀλλήλοις, ἑτέρῳ δὲ μὴ μεταδιδόντας. καὶ ὁ αἴσωπος ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔφη τὸ ποτήριον δημοτικὸν εἶναι. σόλωνι γὰρ ἐκπαλαι παράκειται μόνῳ. τὸν οὖν μνησίφιλον προσαγορεύσας ὁ πιττακὸς ἠρώτησε, τί οὐ πίνει ὁ σόλων; ἀλλὰ κατα-

μαρτυρεῖ τῶν ποιημάτων ἐν οἷς γέγραφε. ἔργα δὲ κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα καὶ διονύσου, καὶ μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας. ὑποφθάσας δ' ὁ ἀνάχαρσις, σὲ γὰρ ὦ πιττακὲ, καὶ τὸν σὸν ἐκεῖνον τὸν χαλεπὸν φοβεῖται νόμον, ἐν ᾧ γέγραφας, ἐάν τις ὁτιοῦν μεθύων ἁμάρτῃ, διπλασίαν ἢ τῷ νήφοντι τὴν ζημίαν. καὶ ὁ πιττακὸς, σὺ δέ γε εἶπεν οὕτως ἐξυβρίζεις εἰς τὸν νόμον, ὥς τε πέρυσι καὶ νῦν μεθυσθεὶς, ἆθλον αἰτεῖν καὶ στέφανον. τί δ' οὐκ ἔμελλον ἔφη ὁ ἀνάχαρσις τῷ πλεῖον πιόντι προκειμένων ἄθλων, πρῶτος μεθυσθεὶς ἀπαιτεῖν τὸ νικητήριον; ἢ διδάξατέ με ὑμεῖς τί τέλος ἐστὶ τοῦ πολὺν πίνειν ἄκρατον ἢ τὸ μεθυσθῆναι. τοῦ δὲ πιττακοῦ γελάσαντος, ὁ αἴσωπος λόγον εἶπε τοιοῦτον. λύκος ἰδὼν ποιμένας ἐσθίοντας ἐν σκηνῇ πρόβατον ἐγγὺς προσελθὼν, ἡλίκος ἂν ἦν ὑμῖν θόρυβος, εἰ ἐγὼ τοῦτ' ἐποίουν. καὶ ὁ χίλων ὀρθῶς ἔφη αἴσωπος ἠμύνατο, μικρὸν ὄπισθεν ἐπιστομισθεὶς ὑφ' ἡμῶν, εἶτα νῦν ὁρῶν ἑτέρους τὸν μνησιφίλου λόγον ὑφῃρηκότας, μνησίφιλος γὰρ ἠρώτηθη τῆς ὑπὲρ σόλωνος ἀπόκρισιν, καὶ λόγον ὁ μνησίφιλος εἶπεν, εἰδὼς ὅτι σόλωνι δοκεῖ πάσης τέχνης καὶ δυνάμεως ἀνθρωπίνης τε καὶ θείας ἔργον εἶναι τὸ γινόμενον μᾶλλον, ἢ δι' οὗ γίνεται, καὶ, τὸ τέλος, ἢ τὰ πρὸς τὸ τέλος. ὑφάντης γὰρ ἂν οἶμαι χλαμύδα ποιῆσαι μᾶλλον ἔργον αὐτοῦ καὶ ἱμάτιον, ἢ κανόνων διάθεσιν καὶ ἀνέγερσιν ἀγνύθων, χαλκεύς τε κόλλησιν σιδήρου καὶ στόμωσιν πελέκεως μᾶλλον, ἢ τι τῶν ἕνεκα τούτου γινομένων ἀναγκαίων, οἷον ἀνθράκων ἐκζωπύρησιν,

ἢ λατοῦ

ἢ λατύπης παρασκευήν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχιτέκτων μέμψαιτ' ἂν ἡμᾶς ἔργον αὐτοῦ μὴ ναῦν μηδὲ οἰκίαν ἀποφαίνοντας, ἀλλὰ τρυπῆσαι ξύλα καὶ φυρᾶσαι πηλόν, αἱ δὲ μοῦσαι καὶ παντάπασιν, εἰ νομίζοιμεν αὐτῶν ἔργον εἶναι κιθάραν καὶ αὐλούς, ἀλλὰ μὴ τὸ παιδεύειν τὰ ἤθη, καὶ παρηγορεῖν τὰ πάθη τῶν χρωμένων μέλεσι καὶ ἁρμονίαις. οὔκουν οὐδὲ τῆς ἀφροδίτης ἔργον ἐστὶ συνουσία καὶ μῖξις, οὐδὲ τοῦ διονύσου μέθη καὶ οἶνος, ἀλλ' ἣν ἐμποιοῦσι διὰ τούτων φιλοφροσύνην, καὶ πόθον, καὶ ὁμιλίαν ἡμῖν, καὶ συνήθειαν πρὸς ἀλλήλους. ταῦτα γὰρ ἔργα θεῖα καλεῖ σόλων, καὶ ταῦτά φησιν ἀγαπᾶν καὶ διώκειν μάλιστα πρεσβύτης γενόμενος. ἔστι δὲ τῆς μὲν πρὸς γυναῖκας ἀνδρῶν ὁμοφροσύνης, καὶ φιλίας δημιουργὸς ἡ ἀφροδίτη, τοῖς σώμασιν ὑφ' ἡδονῆς ἅμα συμμιγνύουσα καὶ συντήκουσα τὰς ψυχάς, τοῖς δὲ πολλοῖς καὶ μὴ πάνυ συνήθεσι, μηδὲ ἄγαν γνωρίμοις, ὁ διόνυσος ὥσπερ ἐν πυρὶ τῷ οἴνῳ μαλάσσων τὰ ἤθη καὶ ἀνυγραίνων ἀρχὴν τινὰ συγκράσεως πρὸς ἀλλήλους καὶ φιλίας ἐνδίδωσιν· ὅταν δὲ τοιοῦτοι συνέλθωσιν ἄνδρες οἵους ὁ περίανδρος ὑμᾶς παρακέκληκεν, οὐδὲν ἔργον οὐδέν οἶμαι κύλικος, οὐδὲ οἰνοχόης, ἀλλ' αἱ μοῦσαι καθάπερ κρατῆρα νηφάλιον ἐν μέσῳ προθέμεναι τὸν λόγον, ᾧ πλεῖστον ἡδονῆς, ἀλλὰ καὶ παιδιᾶς καὶ σπουδῆς ἔνεστιν, ἐγείρουσι τούτῳ καὶ κατάρδουσι καὶ διαχέουσι τὴν φιλοφροσύνην, ἐῶσαι τὰ πολλὰ τὴν οἰνοχόην ἀτρέμα κεῖσθαι κρατῆρος ὕπερθεν, ὅπερ ἀπηγόρευσεν ἡσίοδος ἐν τοῖς πίνειν μᾶλλον ἢ διαλέγεσθαι δυνα-

μένοις. εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε καρηκομόωντες ἀχαιοὶ δαιτρὸν πίνωσι, σὸν δὲ πλεῖον δέπας ἕστηκεν. ἐπεὶ τάς τε προπόσεις αὐτὰς ἔφη πυνθάνομαι λέγειν τοὺς παλαιοὺς, οὐδ' εἶνον ὡς ὅμηρος ἔφη, καὶ μεστὸν ἑκάστου πίνοντος, εἶτα ὥσπερ αἶγας μερίδας μεταδιδόντας αὐτῷ πλησίον. εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ μνησιφίλου, χερσίας ὁ ποιητὴς, ἀφεῖτο γὰρ ἤδη τῆς αἰτίας, καὶ διήλλακτο πρὸς περιάνδρῳ νεωστὶ χίλωνος δεηθέντος, ἆρα οὖν ἔφη καὶ τοῖς θεοῖς ὁ ζεὺς ὥσπερ τοῖς ἀριστεῦσιν ὁ ἀγαμέμνων μεστὸν ἔχει τὸ ποτὸν, ὅτι προύπινον ἀλλήλοις ἑστιώμενοι παρ' αὐτῷ; καὶ ὁ κλεόδημος σὺ δὲ ὦ χερσία εἶπεν, εἰ τὴν ἀμβροσίαν πρὸς δὶς πελειάδες τινὲς κομίζουσιν, ὡς ὑμεῖς λέγετε, τὰς πλαγκτὰς ὑπερπετόμεναι χαλεπῶς καὶ μόλις, οὐ νομίζεις καὶ τὸ νέκταρ αὐτῷ δυσπόριστον εἶναι καὶ σπάνιον. ὥστε φείδεσθαι καὶ παρέχειν ἑκάστῳ τεταμιευμένον; καὶ ἴσως εἶπεν ὁ χερσίας, ἀλλ' εἰ τε πάλιν οἰκονομίας λόγος γέγονε, τίς ἂν ὑμῶν φράσειεν ἡμῖν τὸ ἀπολειπόμενον, ἀπολείπεται δὲ οἶμαι κτήσεώς τε λαβεῖν μέτρον αὐταρκοῦς καὶ ἱκανῆς ἐσομένης. καὶ ὁ κλεόβουλος, ἀλλὰ τοῖς μὲν σοφοῖς ἔφη τὸ μέτρον ὁ νόμος δέδωκε. πρὸς δὲ τοὺς λίαν φαύλους ἐρῶ λόγον τῆς ἐμῆς μητρὸς, ὃν πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἶπεν. ἔφη γὰρ τὴν σελήνην δεῖσθαι τῆς ἑαυτῆς μητρὸς, ὅπως αὐτῇ χιτώνιον ὑφάνῃ, σύμμετρον, τὴν δὲ εἰπεῖν, καὶ πῶς σύμμετρον ὑφήνω, νῦν μὲν γὰρ ὁρῶ σε πανσέληνον, αὖθις δὲ μηνοειδῆ, ποτὲ δὲ ἀμφίκυρτον, οὕτω δὴ ὦ φίλε χερσία καὶ πρὸς ἄνθρωπον ἀνόητον καὶ φαῦλον οὐδέν ἐστι μέτρον οὐσίας;

σίας, ἄλλοτε γὰρ ἄλλως δεῖ ταῖς χρείαις, διὰ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς τύχας, ὥσπερ ὁ αἰσώπου κύων, ὃν οὑτωσί φασιν ἐν τῷ χειμῶνι συστρεφόμενον, καὶ συσπειρόμενον διὰ τὸ ῥῖγος οἰκίαν ποιεῖν διανοεῖσθαι, θέρους δὲ αὖ πάλιν ἐκτεταμμένον καθεύδοντα φαίνεσθαι μέγαν ἑαυτῷ, καὶ μήτε ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι, μήτε μικρὸν ἔργον οἰκίαν περιβάλλεσθαι τοσαύτην. ἢ γὰρ οὐχ ὁρᾶς εἶπεν ὦ χερσία, καὶ σοὺ μικροὺς νῦν μὲν εἰς μικρὰ κομιδῇ συστέλλοντας ἑαυτοὺς ὡς στρογγύλως καὶ λακωνικῶς βιωσομένους, νῦν δὲ εἰ μὴ τὰ πάντων ἔχουσιν ἰδιωτῶν ἅμα καὶ βασιλέων ὑπ' ἐνδείας ἀπολεῖσθαι νομίζοντας; ὡς οὖν ὁ χερσίας ἀπεσιώπησεν, ὑπολαβὼν ὁ κλεόδημος, ἀλλὰ καὶ σοὺς σοφοὺς εἶπεν ὑμᾶς ὁρῶμεν ἀνίσοις μέτροις τὰς κτήσεις νενομημένας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντας. καὶ ὁ κλεόβουλος, ὁ γάρ τοι νόμος εἶπεν ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν, ὡς ὑφάντης ἑκάστῳ τὸ πρέπον ὑμῶν καὶ τὸ μέτριον καὶ ἁρμόττον ἀποδίδωσι, καὶ σὺ καθάπερ τῷ νόμῳ τῷ λόγῳ τρέφων καὶ διαιτῶν καὶ φαρμακεύων τοὺς κάμνοντας, οὐκ ἴσον ἑκάστῳ, τὸ δὲ προσῆκον ἀπονέμεις ἅπασιν. ὑπολαβὼν δὲ ὁ ἄρδαλος, ἆρ' οὖν ἔφη καὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν, σόλωνος δὲ ξένον ἐπιμενίδην, νόμος τις ἀπέχεσθαι τῶν ἄλλων σιτίων κελεύειν, τῆς δὲ ἀλίμου δυνάμεως, ἣν ἥδυνην αὐτὸς συντίθησιν μικρὸν εἰς τὸ στόμα λαμβάνοντα διημερεύειν ἀνάριστον, καὶ ἄδειπνον. ἐπιστήσαντος δὲ τοῦ λόγου τὸ συμπόσιον, ὁ μὲν θάλης ἐπισκώπτων, εὖ φρονεῖν ἔφη τὸν ἐπιμενίδην, ὅτι μὴ βούλεται πράγματα ἔχειν

ἀλῶν

ἀλῶν τὰ σιτία, καὶ πέττων ἑαυτῷ καθάπερ πιττακός. ἐγὼ γοῦν εἶπε τῆς ξένης ἤκουον ᾀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν λέσβῳ γενόμενος, ἄλει μύλα ἄλει. καὶ γὰρ πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας μιτυλήνας βασιλεύων. ὁ δὲ σόλων ἔφη θαυμάζειν τὸν ἄρδαλον, εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ ἡσιόδου γεγραμμένον. ἐκεῖ γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος ἐπιμενίδῃ σπέρματα τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν, καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας, ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. οἴει γὰρ ὁ περίανδρος εἶπε τὸν ἡσίοδον γνῶναί τι τοιοῦτον, οὐκ ἐπαινέτην ὄντα φειδοῦς, ἀεὶ, καὶ πρὸς τὰ λιτότατα τῶν ὄψων ὡς ἥδιστα παρακαλεῖν ἡμᾶς; ἀγαθὴ μὲν γὰρ ἡ μαλάχη βρωθῆναι, γλυκὺς δὲ ὁ ἀνθέρικος. τὰ δὲ ἄλιμα ταῦτα καὶ ἄδιψα φάρμακα μᾶλλον ἢ σιτία, πυνθάνομαι καὶ μέλι καὶ τυρόν τινα βαρβαρικὸν δέχεσθαι καὶ σπέρματα πάμπολλα τῶν δυσπορίστων. πῶς οὖν οὐκ ἐν τῷ ἡσιόδῳ τὸ πηδάλιον ὑπὲρ καπνοῦ κείμενον. ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο, καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν, εἰ τοσαύτης δεήσει παρασκευῆς. θαυμάζω δέ σου τὸν ξένον ὦ σόλων, εἰ δηλίοις ἔναγχος ποιησάμενος τὸν μέγαν καθαρμὸν, οὐχ ἱστόρησε παρ' αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν κομιζόμενα τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα μετάλλων καὶ αὐτοφυῶν μαλάχην καὶ ἀνθέρικον, ὧν εἰκός ἐστι καὶ τὸν ἡσίοδον προξενεῖν ἡμῖν τὴν λιτότητα καὶ ἀφέλειαν. οὐ ταῦτα ἔφη μόνα ὁ ἀνάχαρσις, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν λαχάνων ἑκάτερον ἐπαινεῖται. καὶ ὁ

κλεόδη

κλεόδημος ὀρθῶς ἔφη λέγεις. ἰατρὸς γὰρ ἡσίοδος ὡς δῆλός ἐστιν, οὐκ ἀμελῶς οὐδὲ ἀπείρως περὶ διαίτης καὶ κράσεως οἴνου καὶ ἀρετῆς ὕδατος καὶ λουτροῦ καὶ γυναικῶν διαλεγόμενος, καὶ συνουσίας καιροῦ, καὶ βρεφῶν καθίσεως, ἀλλ᾽ ἡσιόδου μὲν ἐμοὶ δοκεῖ δικαιότερον αἴσωπος αὑτὸν ἀποφαίνειν μαθητὴν ἢ ἐπιμενίδης. τούτῳ γοῦν ἀρχὴν τῆς καλῆς ταύτης, καὶ ποικίλης καὶ πολυγλώσσου σοφίας ὁ πρὸς τὴν ἀηδόνα λόγος τοῦ ἱέρακος παρέσχηκεν. ἐγὼ δ᾽ ἂν ἡδέως ἀκούσαιμι σόλωνος. (εἰκὸς γοῦν αὐτὸν πεπύσθαι πολὺν χρόνον ἀθήνησιν ἐπιμενίδῃ συγγενόμενον) ὅτι δὴ παθὼν ἢ σοφιζόμενος τὴν τοιαύτην ἦλθε δίαιταν. καὶ ὁ σόλων ἔφη τί δὲ τοῦτο ἐκεῖνον ἐρωτᾶν ἔδει. δῆλον γοῦν ἦν ὅτι τοῦ μεγίστου τῶν ἀγαθῶν καὶ κρατίστου δεύτερόν ἐστι τὸ δεῖσθαι τροφῆς βραχυτάτης, ἢ εἰ τὸ μέγιστον οὐ δοκεῖ τὸ μηδὲ ὅλως τροφῆς δεῖσθαι. οὐδαμῶς ὁ κλεόδημος ἔμοιγε εἶπεν, εἰ δεῖ τὸ φαινόμενον εἰπεῖν, καὶ μάλιστα παρακειμένης τραπέζης ἦν, ἀναιροῦσι αἰρομένης τροφῆς φιλίων θεῶν οὖσαν καὶ ξενίων. ὡς δὲ θάλης λέγει τῆς γῆς ἀναιρεθείσης σύγχυσιν τὸν ὅλον ἕξειν κόσμον, οὕτως οἴκου διάλυσίς ἐστι, συναναιρεῖται γοῦν αὐτῇ πῦρ ἑστιοῦχον, ἑστία, κρατῆρες, ὑποδοχαί, ξενισμοί, φιλανθρωπότατα καὶ πρῶτα κοινωνήματα πρὸς ἀλλήλους, μᾶλλον δὲ σύμπας ὁ βίος, εἴ γε διαγωγή τίς ἐστιν ἀνθρώπου πράξεων ἔχουσα διέξοδον, ὧν ἡ τῆς τροφῆς χρεία καὶ παρασκευὴ τὰς πλείστας παρακαλεῖ. δεινὸν μὲν οὖν ὦ ἑταῖρε καὶ τὸ γεωργίας αὐτῇ. διαλυομένη γὰρ αὖθις, ἀπολείπει γῆν

ἡμῖν

ἡμῖν ἄμορφον καὶ ἀκάθαρτον ὕλης ἀκάρπου καὶ ῥευμάτων πλημμελῶς φερομένων ὑπὸ ἀργίας ἀνάπλεων, συναπόλλυσι δὲ καὶ τέχνας πάσας καὶ ἐργασίας ὧν ἔξαρχός ἐστι, καὶ παρέχει βάσιν καὶ ὕλην, καὶ τὸ μηδὲν εἰσι ταύτης ἐκποδὼν γενομένης. καταλύονται καὶ τιμαὶ θεῶν, ἡλίῳ δὲ μικρὰν, ἔτι δὲ ἐλάττω σελήνῃ χάριν αὐγῆς μόνον καὶ ἀλέας ἀνθρώπων ἐχόντων, ὀμβρείῳ δὲ Διῒ, καὶ προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ φυταλμίῳ Ποσειδῶνι, ποῦ βωμός ἐστι, ποῦ δὲ θυσία, πῶς δὲ χαριδότης ὁ Διόνυσος, εἰ δεησόμεθα μηδενὸς ὧν δίδωσι, τί δὲ θύσομεν, ἢ σπείσομεν, τίνος δὲ ἀπαρξόμεθα. πάντα γὰρ ταῦτα τῶν μεγίστων ἀνατροπὴν καὶ σύγχυσιν ἔχει πραγμάτων. ἡδονῆς δὲ πάσης μὲν περιέχεσθαι καὶ πάντως, ἀλόγιστόν ἐστι, πᾶσαν δὲ φεύγειν καὶ πάντως, ἀναίσθητον. τῇ μὲν οὖν ψυχῇ ἑτέραις τισὶν ἡδοναῖς χρῆσθαι κρείττοσιν ὑπαρχέτω, τῷ δὲ σώματι λαβεῖν ἡδονὴν περὶ τὸ τρέφεσθαι δικαιοτέραν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ὅπερ οὐδένα λέληθεν ἀνθρώπων, ταύτην γὰρ ἐν μέσῳ θέμενοι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις δείπνου καὶ τραπέζης, τῇ δὲ ἀφροδισίων δεκτῇ καὶ πολὺ προβάλλονται σκότος, ἡγούμενοι ταύτης τὸ κοινωνεῖν ἀναίσχυντον εἶναι καὶ θηριῶδες, ὡς τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκείνης ἀναίσθητον. ὑπολαβὼν οὖν ἐγὼ, τοῦ Κλεοδήμου διαλιπόντος, ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπον ὅτι καὶ τὸν ὕπνον ἅμα τῇ τροφῇ συνεκβάλλομεν, ὕπνου δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲ ὄνειρός ἐστιν, ἀλλ' οἴχεται τὸ πρεσβύτερον ἡμῖν μαντεῖον, ἔσται δὲ μονοειδὴς ὁ βίος, καὶ τρόπον τινὰ μά

νὰ μά

ναὶ μάτην τὸ σῶμα περικέεται τῇ ψυχῇ, τὰ πλεῖστα γὰρ αὐτοῦ καὶ κυριώτατα τῶν μερῶν, ὡς τὴν τροφὴν ὄργανα κατεσκεύασται, καὶ γλῶττα, ὀδόντες, καὶ στόμαχος, ἧπαρ. ἀργὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ πρὸς ἄλλην συντεταγμένον χρείαν. ὥστε ὁ μὴ δεόμενος τροφῆς, οὐδὲ σώματος δεῖται, τοῦτο δ' ἦν, αὐτὸ αὑτοῦ μὴ δεῖσθαι, σὺν σώματι γὰρ ἡμῶν ἕκαστος, ἡμεῖς μὲν οὖν ἔφην ἐγὼ ταύτας τῇ γαστρὶ συμβολὰς εἰσφέρομεν, εἰ δὲ σόλων ἤ τις ἄλλος τί κατηγορεῖ, ἀκουσόμεθα. πάνυ μὲν οὖν ἔφη ὁ σόλων μὴ καὶ τῶν αἰγυπτίων ἀλειτώτεροι φανῶμεν, οἳ τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἔδειξαν τῷ ἡλίῳ εἶτ' ἔντερα μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον, τοῦ δ' ἄλλου σώματος ἤδη καθαροῦ γεγονότος, ἐπιμελοῦνται τῷ γὰρ ὄντι, τοῦτό ἐστι τὸ μίασμα τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τάρταρος ὡς ἐν ᾅδου δεινῶν τινῶν ῥευμάτων, καὶ πνευμάτων ὁμοῦ καὶ πυρὸς συμπεφυρμένων καὶ νεκρῶν, περίπλεως ζῶν γὰρ ἀπ' οὐδενὸς τρέφεται ζῶντος, ἀλλὰ θανατοῦντες τὰ ἔμψυχα καὶ τὰ φυόμενα τῷ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι μετέχοντα τοῦ ζῆν ἀπολλύντες ἀδικοῦμεν, ἀπόλλυται γὰρ δὴ ὃ πέφυκε τὸ μεταβάλλον εἰς ἄλλο, καὶ πᾶσαν φθείρεται φθορὰν, ὅπως ἂν θατέρου τροφὴ γένοιτο. τὸ δ' ἀπέχεσθαι σαρκῶν ἐδωδῆς, ὥσπερ ὀρφέα τὸν παλαιὸν ἱστοροῦσι, σόφισμα μᾶλλον ἢ φυγὴ τῶν περὶ τὴν τροφὴν ἀδικημάτων ἐστί. φυγὴ δὲ μία καὶ καθαρμὸς εἰς δικαιοσύνην τελείου αὐτάρκη καὶ ἀπροσδεῆ γενέσθαι, ᾧ δ' αὐτοῦ κακώσεως ἑτέρου τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν ἀμήχανον ὁ θεὸς πεποίηκε, τούτῳ τὴν φύσιν

ἀρχὴν

ἀρχὴν ἀδικίας προστέθεικεν. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιον ὦ φίλε συνεκτεμεῖν ἀδικίᾳ κοιλίαν καὶ στόμαχον καὶ ἧπαρ, ἃ καλοῦ μὲν οὐδενὸς αἴσθησιν, σίτου δ' ὄρεξιν ἐνδίδωσι, σκεύεσι δὲ μαγειρικοῖς οἷα κοπίδες καὶ λέβητες, τὰ δὲ μυλωθρικοῖς καὶ καμίνοις καὶ φρεωρύχοις καὶ μακτηρίοις ἔοικεν. ἀτεχνῶς δὲ τῶν πολλῶν ἴδοι τις ἄν, ὥσπερ ἐν μύλωνι τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ἐγκεκαλυμμένην, περὶ τὴν τῆς τροφῆς χρείαν κυκλοῦσαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ἡμεῖς, ἄρτι μὲν οὐκ ἐθεωροῦμεν ἀλλήλους, οὔτε ἠκούομεν, ἀλλ' ἕκαστος ἐγκεκυφὼς, ἐδούλευε τῇ περὶ τὴν τροφὴν χρείᾳ, νυνὶ δὲ παρατεθεισῶν τῶν τραπεζῶν, ἐλεύθεροι γεγονότες, ὡς ὁρᾷς ἐστεφανωμένοι περὶ λόγους διατρίβομεν, καὶ ἀλλήλοις σύνεσμεν, καὶ σχολὴν ἄγομεν, εἰς τὸ μὴ δεῖσθαι τροφῆς ἐληλυθότες. ἆρ' οὖν ἂν ὥσπερ ἡ νῦν οὖσα περὶ ἡμᾶς ἕξις, ἄπαυστος διαμένῃ παρὰ πάντα τὸν βίον, οὐκ ἀεὶ σχολὴν ἕξομεν ἀλλήλοις, μὴ δὲ δεδιότες πενίαν, μὴ δὲ εἰδότες πλοῦτον. ὁ γὰρ τῶν περιττῶν ζῆλος, εὐθὺς ἀκολουθεῖ, καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων. ἀλλ' οἴεται δεῖν τροφὴν εἶναι κλεόδημος, ὅπως τράπεζαι καὶ κρατῆρες ὦσιν ἃ δήμητρι καὶ κόρῃ θύεται ἔτι. ἕτερος δὲ τις ἀξιούτω μάχας εἶναι καὶ πόλεμον, ἵνα καὶ τείχη καὶ νεωσοίκους καὶ ὁπλοθήκας ἔχωμεν, καὶ θύωμεν ἑκατομφόνια, καθάπερ φασὶ νόμον εἶναι μεσσηνίοις, ἄλλον δὲ πρὸς τὴν ὑγίειαν οἶμαι χαλεπαίνειν, δεινὸν γὰρ εἰ μηδενὸς νοσοῦντος, οὐ στρωμνῆς ἔτι μαλακῆς ὄφελος, οὐ κλίνης, οὐκ ἀσκληπιῷ θύσομεν, οὐκ ἀποτροπαίοις, ἰατρικὴ δὲ μετὰ

ὀργάνων

ὀργάνων καὶ φαρμάκων ἀποκεῖσθαι, τοσοῦτον ἀτελὴς καὶ ἀπόθετος, ἢ τί ταῦτα ἐκείνων διαφέρει, καὶ γὰρ ἡ τροφὴ λιμοῦ φάρμακον προσάγεται, καὶ θεραπεύειν αὐτοὺς λέγουσι πάντες οἱ τρεφόμενοι δίαιταν, οὐχ ὡς ἡδύ τι καὶ κεχαρισμένον, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον τῇ φύσει πράττοντες. ἐπεὶ λύπας γε πλείονάς ἐστιν ἀπὸ τῆς τροφῆς τῶν ἡδονῶν γινομένας καταριθμῆσαι, μᾶλλον δὲ ἡ μὲν ἡδονὴ καὶ τόπον ἔχει βραχὺν ἐν τῷ σώματι, καὶ χρόνον οὐ πολύν, ἡ δὲ περὶ τὴν διοίκησιν αὐτῆς ἀσχολία καὶ δυσχέρεια, τί δεῖ λέγειν, ὅσων αἰσχρῶν καὶ ὀδυνηρῶν ἡμᾶς ἐμπίπλησιν, οἶμαι γοῦν εἰς τοσαῦτα βλέψαντα τὸν Ὅμηρον ἀποδείξει κεχρῆσθαι περὶ θεῶν τοῦ μὴ ἀποθνήσκειν, τῷ μὴ τρέφεσθαι, οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ' οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον, τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται, ὡς μὴ μόνον τοῦ ζῆν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀποθνήσκειν τὴν τροφὴν ἐφόδιον οὖσαν, ἐκ ταύτης γοῦν αἱ νόσοι, συστρεφόμεναι τοῖς σώμασιν, οὐκ ἔλαττον ἐνδείας κακὸν ἔχουσι τὴν πλήρωσιν, πολλάκις δὲ καὶ μεῖζον ἐστὶν ἔργον τοῦ πορίσαι τροφὴν, καὶ συναγαγεῖν, καὶ καταναλῶσαι, καὶ τὸ διαφορῆσαι πάλιν εἰς τὸ σῶμα πραγματευομένην. ἀλλ' ὥσπερ εἰ διαποροῖεν αἱ Δαναΐδες τίνα βίον βιῶσι, καὶ τί πράξουσιν ἀπαλλαγεῖσαι τῆς περὶ τὸν πίθον λατρείας καὶ πληρότητος, οὕτω διαποροῦμεν ἡμεῖς, εἰ γένοιτο παύσασθαι φοροῦντας εἰς τὴν σάρκα τὴν ἄβυσσον, ἐκ γῆς ἅμα καὶ θαλάττης τοσαῦτα, τί πράξομεν, ἀπειρίᾳ τῶν καλῶν τὸν περὶ τοῖς ἀναγκαίοις στέργοντες βίον. ὥσπερ

ὧν οἱ δουλεύσαντες ὅταν ἐλευθερωθῶσιν, ἃ πάλαι τοῖς δεσπόταις ἔπραττον ὑπηρετοῦντες, ταῦτα πράττουσιν αὐτοῖς καὶ δι' αὐτούς, οὕτως ἡ ψυχὴ νῦν μὲν τρέφει τὸ σῶμα πολλοῖς πόνοις καὶ ἀσχολίαις, εἰ δὲ ἀπαλλαγείη τῆς λατρείας, αὐτὴν δήπουθεν ἐλευθέραν γενομένην θρέψει καὶ βιώσεται εἰς αὐτὴν ὁρῶσα καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐδενὸς περισπῶντος οὐδὲ ἀπάγοντος. τὰ μὲν οὖν ῥηθέντα περὶ τροφῆς ὦ νίκαρχε ταῦτ' ἦν. ἔτι δὲ τοῦ σόλωνος λέγοντος, εἰσῆλθε γοργίας ὁ περιάνδρου ἀδελφός, ἐτύγχανε γὰρ εἰς ταίναρον ἀπεσταλμένος ἐκ τινων χρησμῶν τῷ ποσειδῶνι θυσίαν καὶ θεωρίαν ἀπάγων, ἀσπασαμένων δ' ἡμῶν αὐτὸν, καὶ τοῦ περιάνδρου προσαγαγομένου καὶ φιλήσαντος, καθίσας παρ' αὐτὸν ὡδὶ τῆς κλίνης, ἀπήγγειλεν ἅττα δὴ πρὸς μόνον ἐκεῖνον. ὁ δὲ ἠκροᾶτο πολλὰ πάσχοντι πρὸς τὸν λόγον ὅμοιος ὤν, τὰ μὲν γὰρ ἀχθόμενος, τὰ δὲ ἀγανακτῶν ἐφαίνετο, πολλάκις δὲ ἀπιστῶν, εἶτα θαυμάζων, τέλος δὲ γελάσας πρὸς ἡμᾶς, βούλομαι μὲν ἔφη πρὸς τὸ παρὸν φράσαι τὸ προσηγγελμένον. ὀκνῶ δὲ ἀκούσας θαλέω ποτὲ εἰπόντος, ὅτι δεῖ τὰ μὲν εἰκότα λέγειν, τὰ δὲ ἀμήχανα σιωπᾶν. ὑπολαβὼν οὖν ὁ βίας, ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἔφη θάλεω τὸ σοφόν ἐστιν, ὅτι δεῖ τοῖς ἐχθροῖς καὶ περὶ τῶν πιστῶν ἀπιστεῖν, τοῖς δὲ φίλοις καὶ τὰ ἄπιστα πιστεύειν, ἐχθροὺς μὲν, ἐγὼ ἡγοῦμαι, τοὺς πονηροὺς καὶ ἀνοήτους, φίλους δὲ τοὺς χρηστοὺς καὶ φρονίμους, αὐτοῦ καλοῦντος. οὐκοῦν ἔφη λεκτέον εἰς ἅπαντας ὦ γοργία, μᾶλλον δὲ ᾀστέον ἐπὶ τοὺς νέους τούτους διθυράμβους

ὑπερ

ὑποφθεγγόμενον ὃν ἥκεις λόγον ἡμῖν κομίζων. ἔφη τοίνυν Γοργίας, ὅτι τῆς θυσίας ἐφ' ἡμέρας τρεῖς συντελεσθείσης ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῇ τελευταίᾳ παννυχίδος οὔσης, καὶ χορείας τινὸς καὶ παιδιᾶς πρὸς τὸν αἰγιαλὸν, ἡ μὲν σελήνη κατέλαμπεν εἰς τὴν θάλατταν, οὐκ ὄντος δὲ πνεύματος ἀλλὰ νηνεμίας καὶ γαλήνης, πόῤῥωθεν ἀφεωρᾶτο φρίκη κατιοῦσα παρὰ τὴν ἄκραν, ἀφρόν τινα καὶ ψόφον ἄγουσα τῷ ῥοθίῳ περὶ αὐτὴν πολὺν, ὥστε πάντας ἐπὶ τὸν τόπον οὗ προσέμελλε καταδραμεῖν θαυμάσαντας, πρὶν δὲ εἰκάσαι τὸ προσφερόμενον ὑπὸ τάχους, δελφῖνες ὤφθησαν, οἱ μὲν ἀθρόοι πέριξ κυκλοῦντες, οἱ δὲ ὑφηγούμενοι τοῦ αἰγιαλοῦ πρὸς τὸ λειότατον, ἄλλοι δ' ἐξόπισθεν, οἷον παραπέμποντες, ἐν μέσῳ δὲ ἀνεῖχεν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὄγκος ἀσαφὴς καὶ ἄσημος, ὀχουμένου σώματος μέχρις οὗ συνάγοντες, εἰς αὐτὸ καὶ συνεποκείλαντες, ἐξέθηκαν ἐπὶ τὴν γῆν ἄνθρωπον ἔμπνουν καὶ κινούμενον, αὐτοὶ δὲ πάλιν πρὸς τὴν ἄκραν ἀναφερόμενοι μᾶλλον ἢ πρότερον ἐξήλλοντο παίζοντες ὑφ' ἡδονῆς τινος ὡς ἔοικε καὶ σκιρτῶντες. ἡμῶν δὲ ὁ Γοργίας ἔφη, πολλοὶ μὲν διαταραχθέντες ἔφυγον ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ὀλίγοι δὲ μετ' ἐμοῦ θαῤῥήσαντες προσελθεῖν ἐγνώρισαν Ἀρίονα τὸν κιθαρῳδὸν αὐτὸν, τοὔνομα φθεγγόμενον αὐτοῦ, καὶ τῇ στολῇ καταφανῆ γενόμενον, τὸν γὰρ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ᾧ κιθαρῳδῶν ἐχρήσατο. κομίσαντες οὖν ἐπὶ σκηνὴν αὐτὸν οὐδὲν εἶχε κακὸν, ἀλλ' ἢ διὰ τάχος καὶ ῥοῖζον ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκ-

λελυμένος καὶ κεκμηκώς, ἠκούσαμεν λόγον ἄπιστον ἅπασι, πλὴν ἡμῶν τῶν θεασαμένων τὸ τέλος. ἔλεγε γὰρ ἀρίων ὡς πάλαι μὲν ἐγνωκὼς ἐκ τῆς ἰταλίας ἀπαίρειν, περιάνδρου δὲ γράψαντος αὐτῷ προθυμότερος γενόμενος, ὁλκάδος κορινθίας παραφανείσης εὐθὺς ἐπιβὰς ἀναχθείη, μετρίῳ δὲ πνεύματι χρωμένων, αἴσθοιτο τοὺς ναύτας ἐπιβουλεύοντας ἀνελεῖν αὐτον, εἶτα καὶ παρὰ τοῦ κυβερνήτου πύθοιτο λάθρα μηνύσαντος, ὡς τῇ νυκτὶ τοῦτο δρᾶν αὐτοῖς εἴη δεδογμένον. ἔρημος οὖν ὢν βοηθείας καὶ ἀπορῶν, ὁρμῇ τινι χρήσαιτο δαιμονίῳ, τὸ μὲν σῶμα κοσμῆσαι, καὶ λαβεῖν ἐντάφιον αὐτῷ τὸν ἐναγώνιον ἔτι ζῶν κόσμον, ἐπᾶσαι δὲ καὶ τῷ βίῳ τελευτῶν, καὶ μὴ γενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κύκνων ἀγεννέστερος. ἐσκευασμένος οὖν καὶ προειπὼν, ὅτι προθυμία τις αὐτὸν ἔχει τὸν νόμον διελθεῖν τὸν πυθικὸν ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ καὶ τῆς νεὼς καὶ τῶν ἐμπλεόντων, καταστὰς παρὰ τὸν τοῖχον ἐν πρύμνῃ καί τινα θεῶν πελαγίων ἀνάκλησιν προανακρουσάμενος ᾄδοι τὸν νόμον, καὶ ὅσον οὔπω μεσοῦντος αὐτοῦ καταδύοιτο μὲν ὁ ἥλιος εἰς τὴν θάλατταν, ἀναφαίνοιτο δὲ ἡ πελοπόννησος. οὐκέτ' οὖν τῶν ναυτῶν τὴν νύκτα περιμενόντων, ἀλλὰ χωρούντων ἐπὶ τὸν φόνον, ἰδὼν ξίφη γεγυμνωμένα, καὶ παρακαλυπτόμενον ἤδη τὸν κυβερνήτην, ἀναδραμὼν ῥίψειεν ἑαυτὸν ὡς δυνατὸν ἦν μάλιστα πόρρω τῆς ὁλκάδος, πρὶν ὅλον καταδῦναι τὸ σῶμα, δελφίνων ὑποδραμόντων ἀναφέροιτο, μεστὸς ὢν ἀπορίας καὶ ἀγνοίας καὶ ταραχῆς τὸ πρῶτον. ἐπεὶ

δὲ ῥᾳ

δὲ ῥαστώνη τῆς ὀχήσεως ἦν, καὶ πολλοὺς ἑώρα ἀθροιζομένους περὶ αὐτὸν δελφῖνας καὶ διαδεχομένους, ὡς ἀναγκαῖον ἐν μέρει λειτούργημα καὶ προσῆκον πᾶσιν· ἡ δὲ ὁλκὰς ἀπολειφθεῖσα πόῤῥω τοῦ τάχους αἴσθησιν παρεῖχε· μήτε τοσοῦτον ἔφη δέους πρὸς θάνατον αὐτῷ, μήτε ἐπιθυμίας τοῦ ζῆν, ὅσον δὲ φιλοτιμίας ἐγγενέσθαι πρὸς τὴν σωτηρίαν, ὡς θεοφιλὴς ἀνὴρ φανείη, καὶ λάβοι περὶ θεῶν δόξαν βέβαιον· ἅμα δὲ καθορῶν τὸν οὐρανὸν ἀστέρων περίπλεων, καὶ τὴν σελήνην ἀνίσχουσαν εὐφεγγῆ καὶ καθαράν, ἑστώσης δὲ πάντη τῆς θαλάσσης ἀκύμονος, ὥσπερ τρίβον ἀνασχιζόμενον ὑπὸ δρόμου, διανοεῖσθαι πρὸς αὐτόν, ὡς οὐκ ἔστιν εἷς ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμός, ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐπισκοπεῖ κύκλῳ ὁ θεὸς τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τε καὶ θάλατταν. τούτοις δὲ δὴ τοῖς λογισμοῖς ἔφη τὸ κάμνον αὐτῷ βαρυνόμενον ἤδη τοῦ σώματος ἀναφέρεσθαι, καὶ τέλος ἐπεὶ τῆς ἄκρας ἀπαντώσης ἀποτόμου καὶ ὑψηλῆς εὖ πως φυλαξάμενοι καὶ κάμψαντες, ἐν χρῷ γῆν ἐνήχοντο τῇ γῇ ὥσπερ εἰς λιμένα σκάφος ἀσφαλὲς κατάγοντες, παντάπασιν αἰσθέσθαι θεοῦ κυβερνήσει γεγονέναι τὴν κομιδήν. ταῦτα ὁ γοργίας ἔφη, τοῦ ἀρίονος εἰπόντος, ἠρόμην αὐτὸν ὅποι τὴν ναῦν οἴεται καταχθήσειν, ὁ δὲ πάντως μὲν εἰς κόρινθον, πολὺ μέντοι καθυστερεῖν, αὐτὸν γὰρ ἑσπέρας ἐκπεσόντα πεντακοσίων οὐ μεῖον οἴεσθαι δρόμον σταδίων κομισθῆναι, καὶ γαλήνην εὐθὺς κατασχεῖν, οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ὁ γοργίας ἔφη πυθόμενον τοῦ τε ναυκλήρου τοὔνομα, καὶ

τοῦ κυβερνήτου, καὶ τῆς νεὼς τὸ παράσημον, ἐκπέμψαι πλοῖα καὶ στρατιώτας τὰς καταίρσεις παραφυλάξοντας, τὸν δ' ἀρίονα μετ' αὐτοῦ κομίζειν ἀποκεκρυμμένον, ὅπως μὴ προαισθόμενοι τὴν σωτηρίαν διαφύγοιεν. ὄντως οὖν ἐοικέναι θείᾳ τύχῃ πρᾶγμα· παρεῖναι γὰρ αὐτὸς ἅμα δεῦρο καὶ πυνθάνεσθαι τῆς νεὼς κεκρατημένης ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, συνειλῆφθαι τοὺς ἐμπόρους καὶ ναύτας. ὁ μὲν οὖν περίανδρος ἐκέλευσεν εὐθὺς ἐξαναστάντα τὸν γοργίαν εἰς φυλακὴν ἀποθέσθαι τοὺς ἄνδρας, ὅπου μηδεὶς αὐτοῖς πρόσεισι, μὴ δὲ φράσει τὸν ἀρίονα σεσωσμένον. ὁ δ' αἴσωπος ἀλλ' ὑμεῖς ἔφη, χλευάζετε τοὺς ἐμοὺς κολοιοὺς καὶ κόρακας εἰ διαλέγονται, δελφῖνες δὲ τοιαῦτα νεανιεύονται, ἄλλο τι λέγομεν ἔφην ὦ αἴσωπε, τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ πιστευομένῳ καὶ γραφομένῳ παρ' ἡμῖν πλέον ἢ χίλια ἔτη διαγέγονε, καὶ ἀπὸ τῶν ἰνοῦς καὶ ἀθάμαντος χρόνων. ὁ δὲ σόλων ὑπολαβὼν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὦ διόκλεις, ἐγγὺς θεῶν ἔστω καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς· ἀνθρώπινον δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς τὸ τοῦ ἡσιόδου πάθος, ἀκήκοας γὰρ ἴσως τὸν λόγον. οὐκ ἔγωγε εἶπεν. ἀλλαμὴν ἄξιον πυθέσθαι. μηλησίου γὰρ ὡς ἔοικεν ἀνδρὸς ᾧ ξενίας ἐκοινώνει ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν λοκροῖς τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος, ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα, μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως, ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ λοκρικὸν νέμειον ἐνεδρεύσαντες, καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον ᾧ τρωΐλος

ἦν

ἦν ὄνομα. τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων, τὸ μὲν τοῦ τρωΐλου εἰς τὸν δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον, ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀπεχούσῃ, καὶ μέχρι νῦν τρωΐλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. τοῦ δὲ ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ ῥίον ἐκόμιζε, καὶ τὴν μολυκρίαν. ἐτύγχανε δὲ λοκροῖς ἡ τῶν ῥίων καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον. ὡς δὲ ὤφθη προσφερόμενον τὸ σῶμα θαυμάσαντες, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον, καὶ γνωρίσαντες, ἔτι πρόσφατον νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο, διὰ τὴν δόξαν τοῦ ἡσιόδου, καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν εὑρόντες τοὺς φονεῖς, αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας, καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. ἐτάφη δὲ ἡσίοδος πρὸς τῷ νεμείῳ, τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται ζητούμενος ὑπ' ὀρχομενίων ὥς φασι βουλομένων κατὰ χρησμὸν ἀνελέσθαι τὰ λείψανα, καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς. εἴπερ οὖν οὕτως ἔχουσιν οἰκείως καὶ φιλανθρώπως πρὸς τοὺς ἀποθανόντας, ἔτι μᾶλλον εἰκὸς ἐστὶ τοῖς ζῶσι βοηθεῖν, καὶ μάλιστα κηληθέντες αὐλοῖς, ἢ τισὶ μέλεσι, τοῦτο γὰρ ἤδη πάντες ἴσμεν, ὅτι μουσικῇ τὰ ζῷα ταῦτα χαίρειν καὶ διώκειν, καὶ παρανήχεσθαι τοῖς ἐλαυνομένοις πρὸς ᾠδὴν καὶ αὐλὸν γὰρ εὐδίᾳ πορείας τερπόμενα, χαίρει δὲ καὶ νήξεσι παιδίων, καὶ κολύμβοις ἁμιλλᾶται, διὸ καὶ νόμος ἀδείας ἄγραφός ἐστιν αὐτοῖς, θηρᾷ γὰρ οὐδεὶς

οὔτε λυμαίνεται, πλὴν ὅταν ἐν δικτύοις γενόμενοι κακουργῶσι περὶ τὴν ἄγραν, πληγαῖς κολάζονται καθάπερ παῖδες ἁμαρτάνοντες. μέμνηται δὲ καὶ παρὰ λεσβίων ἀνδρῶν ἀκούσας σωτηρίαν τινὰ κόρης ὑπὸ δελφῖνος ἐκ θαλάττης γενέσθαι λεγόμενον ἀκριβῶς, ἀλλ' ὁ πιττακὸς ἔνδοξον εἶναι καὶ μνημονευόμενον ὑπὸ πολλῶν τὸν λόγον. χρησμοῦ γὰρ γενομένου τοῖς οἰκίζουσι λέσβον ὅταν ἕρματι πλέοντες προστύχωσιν ὃ καλεῖται μεσόγειον, τότε ἐνταῦθα ποσειδῶνι μὲν ταῦρον, ἀμφιτρίτῃ δὲ καὶ νηρηίσι ζῶσαν καθιέναι παρθένον. ὄντων οὖν ἀρχηγετῶν ἑπτὰ καὶ βασιλέων, ὀγδόου δὲ τοῦ ἐχελάου πυθοχρήστου τῆς ἀποικίας ἡγεμόνος, οὗτος μὲν ἠίθεος ἦν, ἐκ τῶν δὲ τῶν ἑπτὰ κληρουμένων ὅσοι ἄγαμοι παῖδες ἦσαν καταλαμβάνει μητόρα σμινθέως ὁ κλῆρος, ἣν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ κοσμήσαντες, ὡς ἐγγύοντο κατὰ τὸν τόπον, ἔμελλον εὐξάμενοι καθήσειν, ἔτυχε δέ τις ἐρῶν αὐτῆς τῶν συμπλεόντων, οὐκ ἀγεννὴς ὡς ἔοικε νεανίας, οὗ καὶ τὸ ὄνομα διαμνημονεύουσιν ἔναλον, οὗτος ἀμήχανόν τινα τοῦ βοηθεῖν τῇ παρθένῳ προθυμίαν ἐν τῷ τότε πάθει λαβὼν παρὰ τὸν καιρὸν ὥρμησε, καὶ περιπλακεὶς ὁμοῦ συγκαθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν. εὐθὺς μὲν οὖν φήμη τὶς οὐκ ἔχουσα τὸ βέβαιον, ἄλλως δὲ πείθουσα πολλοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, διηνέχθη περὶ σωτηρίας αὐτῶν καὶ κομιδῆς, ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ ἔναλόν φασιν ἐν λέσβῳ φανῆναι καὶ λέγειν, ὡς ὑπὸ δελφίνων φορηθεὶς διὰ θαλάττης ἐκπέσοιεν ἀβλαβῶς εἰς τὴν ἤπειρον. ἔστι δὲ ἄλλα θειότερα τούτων

των

των ἐκπλήττοντα καὶ κηλοῦντα τοὺς πολλούς, διηγεῖσθαι. πάντως δὲ πίστιν ἔργον παρασχεῖν, κύματος καὶ ἠλιβάτου περὶ τὴν νῆσον αἰρομένου καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπαντῆσαι δεδιότων μόνον θαλάττῃ, ἐπελθεῖν πολύποδας αὐτῷ πρὸς τὸ ἱερὸν τοῦ ποσειδῶνος, ὧν τοῦ μεγίστου λίθον κομίζοντος λαβεῖν τὸν ἔναλον, καὶ ἀναθεῖναι, καὶ τοῦτον ἐν καλοῦμεν. καθόλου δὲ εἰπεῖν, εἴ τις οἶδεν ἡ διαφορὰν ἀδυνάτου καὶ ἀσυνήθους, καὶ παραλόγου καὶ παραδόξου, μάλιστα ἂν εἴης ὦ χίλων, καὶ μήτε πιστεύων ὡς ἔτυχε, μήτε ἀπιστῶν, τὸ μηδὲν ἄγαν, ὡς σὺ προσέταξας, διαφυλάττων. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ ἀνάχαρσις εἶπεν, ὅτι τοῦ θάλεω καλῶς ὑπολαμβάνοντος ἐν πᾶσιν εἶναι τοῖς κυριωτάτοις μέρεσι τοῦ κόσμου, καὶ μεγίστοις ψυχήν, οὐκ ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν, εἰ τὰ κάλλιστα περαίνεται θεοῦ γνώμῃ. ψυχῆς γὰρ ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ ἡ ψυχή. καὶ καθάπερ σῶμα πολλὰς μὲν ἐξ αὐτοῦ κινήσεις ἔχει, τὰς δὲ πλείστας καὶ καλλίστας ὑπὸ ψυχῆς, οὕτως αὖ πάλιν ἡ ψυχή, τὰ μὲν ὑφ' ἑαυτῆς κινουμένη πράττει τὰ δὲ ὑπὸ θεῷ παρέχει χρωμένῳ, κατευθύνειν καὶ τρέπειν ἑαυτὴν ἡ βούλοιτο, πάντων ὀργάνων εὐτρεπέστατον οὖσα, δεινὸν γὰρ εἰ πῦρ μὲν ὄργανόν ἐστι καὶ πνεῦμα καὶ ὕδωρ καὶ νέφη καὶ ὄμβροι, δι' ὧν πολλὰ μὲν σώζει τε καὶ τρέφει, πολλὰ δὲ ἀπόλλυσι καὶ ἀναιρεῖ, ζῴοις δὲ χρῆται πρὸς οὐδὲν ἁπλῶς οὐδέτω τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινομένων, ἀλλὰ μᾶλλον εἰκὸς ἐξηρτημένων τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ὑπουργεῖν, καὶ συμπαθεῖν ταῖς τοῦ θεοῦ κινήσεσιν ἢ

σκύθαις τόξα, λύραι δὲ ἕλλησι καὶ αὐλοὶ, συμπαθοῦσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ ποιητὴς χερσίας, ἄλλων τε σωθέντων ἀνελπίστως ἐμέμνητο καὶ κυψέλου τοῦ περιάνδρου πατρὸς, ὃν οἱ πεμφθέντες ἀνελεῖν νεογνὸν ὄντα προσμιλήσαντα αὐτοῖς ἀπετράποντο, καὶ πάλιν μετανοήσαντες ἐζήτουν, καὶ οὐχ εὗρον εἰς κυψέλην ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀποτεθέντα, διὸ καὶ τὸν οἶκον ἐν δελφοῖς κατεσκεύασεν ὁ κύψελος. ὥσπερ θεοῦ τότε τὸν κλαυθμυρισμὸν ἐπισχόντος, ὅπως διαλάθοι τοὺς ζητοῦντας. καὶ ὁ πιττακὸς προσαγορεύσας τὸν περίανδρον, εὖ γε ἔφη περίανδρε χερσίας ἐποίησε μνησθεὶς τοῦ οἴκου, πολλάκις γὰρ ἐβουλόμην ἐρέσθαι σε τὴν αἰτίαν τῶν βατράχων ἐκείνων, τί βούλονται περὶ τὸν πυθμένα τοῦ χοίνικος ἐντετορευμένοι τοσοῦτοι, καὶ τίνα πρὸς τὸν θεὸν ἢ τὸν ἀναθέντα λόγον ἔχουσι. τοῦ δὲ περιάνδρου τὸν χερσίαν ἐρωτᾶν κελεύσαντος, εἰδέναι γὰρ ἐκεῖνον, καὶ παρεῖναι τῷ κυψέλῳ καθιεροῦντι τὸν οἶκον, ὁ χερσίας μειδιάσας, ἀλλ' οὐκ ἂν ἔφη φράσαιμι πρότερον ἢ πυθέσθαι παρὰ τούτων, ὅτι βούλεται, τὸ μηδὲν ἄγαν αὐτοῖς, καὶ τὸ γνῶθι σαυτὸν, καὶ τοῦτο δὲ τὸ πολλοὺς μὲν ἀγάμους, πολλοὺς δὲ πιστοὺς, ἐνίους δὲ καὶ ἀφώνους πεποιηκὸς, ἐγγύα πάρα δ' ἄτα. τί δὲ εἶπεν ὁ πιττακὸς ἡμῶν δέῃ ταῦτα φραζόντων, πάλαι γε αἰσώπου λόγον εἰς ἕκαστον ὡς ἔοικε τούτων συντεθεικότος ἐπαινεῖς. καὶ ὁ αἴσωπος ὅταν γε παίζῃ πρὸς ἐμὲ χερσίας εἶπε, σπουδάζων δὲ, τούτων ὅμηρον εὑρετὴν ἀποδείκνυσι, καὶ φησὶ τὸν μὲν ἕκτορα γινώσκειν ἑαυτὸν, τοῖς γὰρ ἄλλοις

ἐπιτι

ἐπιτιθέμενος, αἴαντος ἀλέεινε μάχην τελαμωνιάδαο, τὸν δ' ὀδυσσέα τοῦ μηδὲν ἄγαν ἐπαινέτην παρὰ διομήδει παρακελεύεσθαι, τυδείδη μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε, μήτε τι νείκει. τὴν δ' ἐγγύην οἱ μὲν ἄλλοι λοιδορεῖν αὐτὸν ὡς πρᾶγμα δείλαιον καὶ μάταιον οἴονται, λέγοντα δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγυάασθαι. χερσίας δ' οὖν φησι τὴν ἄτην ὑπὸ τοῦ διὸς ῥιφῆναι τῇ ἐγγύῃ παραγινομένην, ἣν ἐγγυησάμενος ὁ ζεὺς ἐσφάλη περὶ τῆς τοῦ ἡρακλέους γενέσεως. ὑπολαβὼν δ' ὁ σόλων, οὐκοῦν ἔφη καὶ τῷ σοφωτάτῳ πιστευτέον ὁμήρῳ; νὺξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι, σπείσαντες οὖν μούσαις καὶ ποσειδῶνι, καὶ ἀμφιτρίτῃ διαλυόμεν, εἰ δοκεῖ, τὸ συμπόσιον; τοῦτο ἔσχεν ὦ νίκαρχε πέρας ἡ τότε συνουσία.

ΤΕΛΟΣ.

